MONUMENTA

SPECTANTIA

HISTORIAM SLAVORUM MERIDIONALIUM

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM ET ARTIUM SLAVORUM MERIDIONALIUM

VOLUMEN VIGESIMUM SECUNDUM.

ZAGABRIAE 1891.

EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE.

LISTINE

O ODNOŠAJIH IZMEDJU JUŽNOGA SLAVENSTVA I MLETAČKE REPUBLIKE

SAKUPIO I UREDIO

SIME LJUBIĆ
PRAVI ČLAN JUGOSLAVENSKE AKADEMIJE ZNANOSTI I UMJETNOSTI ITD.

KNJIGA X.
OD GODINE 1453 DO 1469.

NA SVIET IZDALA

JUGOSLAVENSKA AKADEMIJA ZNANOSTI I UMJETNOSTI.

U KNJIŽARNICI JUGOSLAVENSKE AKADEMIJE (DIONIČKE TISKARE).

Kazalo.

Strana

Strana

Strana

Strana

I. God. 1453. 16. siečnja, u Mletcih.

Naputak podieljen Ljudevitu de Canali, koga se šalje Stjepanu hrcegu sv. Save.

MCCCCLII. die XVI. ianuarii. Quod fiat commissio ser Ludovico de Canali camerario Catari in hac forma:

Nos Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro Ludovico de Canali camerario nostro Catari, quod cum omni possibili celeritate te conferras ad presentiam illustris domini Stefani ducis sancti Save, cui presentatis nostris credentialibus literis et factis convenientibus salutationibus et oblationibus, expones, quod serenissimus dominus rex Bossine per suos oratores, qui ad nos fuerunt, obtulit nobis dare locum Narente. Nos autem, intellecta eorum oblatione, et memores eius, quod sua excellentia alias scripsit et dici fecit comiti nostro Spaleti de loco predicto Narente, considerantesque, quantum incomodi et damni esset Raguseis, quod locum predictum haberemus, quantumque securitatis et comodi afferret suo nostroque statui locus predictus propter vicinitatem terrarum suarum cum nostris, respondimus dictis oratoribus, quod amicabilem et liberam oblationem suam acceptabamus; de qua quidem oblatione et responsione nostra deliberavimus pro officio et debito vere amicicie et fraternitatis nostre, ac ut nihil faciamus in materia ista nisi quod sibi gratum et acceptum sit, dari facere noticiam sue excellencie, sperantes, quod pro multa sapientia eius et pro sua maxima affectione erga nos contenta erit, et sibi placebit, tam respectu Raguseorum, quam respectu multorum casuum, qui occurrere possent, quod locus Narente pocius ad manus nostras deveniat quam alicuius alterius, quia si erit in manibus nostris, reputare poterit, quod sit in manibus suis. Et cum his et aliis rationibus et verbis procurabis inducere suam excellenciam, ut contenta sit, quod habeamus Narentam; et habita eius responsione, solicitabis redditum tuum Catarum, dando particularem noticiam comiti nostro, cui scripsimus, quod de omnibus, que reportaveris, nos informet quanto celerius et particularius fieri poterit. De parte 73, de non 2, non sinceri 1.

Senato. Mar. vol. IV. c. 165., u mlet. arkivu.

II. God. 1453. 18. siečnja, u Mletcih.

Odluka, da svakomu je slobodno ostaviti svoja imanja komu hoće.

MCCCCLII. die XVIII. ianuarii. Provisum et deliberatum fuit in isto consilio die 29. ianuarii 1450. ad instantiam summi pontificis, qui pluries scripsit domino nostro, quod quoddam statutum editum in Tragurio, per

quod vetitum erat omnibus civibus et habitatoribus Tragurii et districtus posse legare et testari bona sua stabilia et introitus ecclesiis et hospitalibus, revocaretur, ita ut omnes de rebus et bonis suis in vita et in morte disponere possint de cetero, sicut saluti animarum suarum utilius esse videretur. Et in civitate Spaleti sit etiam unum simile statutum, quod reverendissimus pater dominus archiepiscopus Spalatensis supplicavit revocari, sicut revocatum fuit statutum Tragurii pro reverentia dei, et honore dominationis nostre, que rebus ecclesie semper favere consuevit. Et sit providendum de dicto statuto Spaleti sicut provisum fuit de statuto Tragurii.

Vadit pars, quod statutum predictum damnabile auctoritate huius consilii non se extendat, neque intelligatur habere locum pro his, que pertinere possint ad ecclesiam aut personas ecclesiasticas civitatis et districtus Spaleti, liceatque unicuique layco in vita sua et in articulo mortis non obstante dicto statuto disponere de rebus suis, et illos constituere suos commissarios, qui et sicut melius et utilius eis videbitur pro salute animarum suarum. In reliquis autem vigorem habeat, sicque scribatur et mandetur comiti Spaleti et successoribus suis De parte 72, de non 11, non sinceri 8.

Senato Mar. vol. IV. c. 166., u mlet. arkivu.

III. God. 1453. 22. siečnja, u Mletcih.

Daje se odgovor na molbe poslanika omiških.

MCCCCLII. die XXII. ianuarii in collegio ex auctoritate consilii rogatorum. Quod ad capitula porrecta per ambassiatores comunis Almisii respondeatur et primo:

Ad primum. Serenissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum etc., devote et humiliter supplicatur per Vocas et Voctavus de Almissa tanquam missos comunis et hominum dicti castri districtus Spalatensis, exponentes, quod quando dictum castrum se sponte submisit vestro dominio, habebant in suo districtu et sub eius iurisditionem villas duodecim et unam salinam, ita quod restat dicto castro vix una villa de pauperioribus; igitur expoliati iurisditionibus et villis suis sine aliqua causa, cum semper fuerint fideles vestre serenitati, supplicant, quatenus dignetur facere sibi restitui predictas suas villas undecim et suam salinam, et mandet, quod amplius non molestentur. Nam per antiqua privilegia serenissimorum regum Hungarie eas semper tenuerunt, et possiderunt; denunciando vestre serenitati, quod si haberent dictas suas villas et salinam, poterunt solvere et sustinere angarias positas per vestram serenitatem, aliter minime ullo modo.

Responsio. Est nostre intentionis et volumus, quod comes noster Spaleti, auditis fidelibus nostri Policii et Almisii in facto dictarum villarum et saline, ministrare debeat ius et iustitiam, et non permittere, quod eis aliquid indebite usurpetur.

Ad secundum. Item supplicant, quod serenitas vestra sibi confirmet dicta sua privilegia, et quod restituantur ad pristinum statum et esse, quo erant, quando se sponte submiserunt vestre serenitati.

Responsio. Volumus, quod comes noster provideat omnino, quod conserventur in eo statu et esse, cum quibus eos accepimus sub dominio nostro.

Ad tercium. Item quod serenitas vestra dignetur sibi concedere, quod eius castellanus et quilibet alius, qui per tempora fuerit, possit ministrare et facere fieri iusticiam in criminali quolibet modo, quemadmodum ministrat ius in civili, ne habeant causam eundi Spaletum per tam iter longum.

Responsio. Sumus contenti et concedimus, quod castellanus noster Almisii, et alii, qui per tempora ministrabunt ius Almissanis in civilibus, etiam ministrare debeant in criminalibus, reservata appellatione ad comitem nostrum Spaleti; declarando tamen, quod nullo modo possint facere sanguinem, quia hoc volumus esse reservatum comiti nostro Spaleti.

Ad quartum et ultimum. Item quod serenitas vestra mandet, quod non molestentur in suo molendino, quod habent penes dictum suum castrum, nec in et pro flumine suo labente penes ipsum castrum non dubitant, quod velut sibi actum est de dictis suis villis et salina, de facto ita fiat eis in reliquis. Ideo se recommittunt vestre iustissime serenitati, quod possint gaudere iurisdictionibus suis, et libere vivere sub umbra vestre serenitatis prout semper putarunt, et fuit de sua intentione, ac sperant procul dubio sic semper voluisse et velle ipsam vestram iustissimam serenitatem.

Responsio. Volumus, quod in facto eorum molendini et fluminis labentis prope castrum Almisii nullo modo molestentur per quemquam, sed conserventur in eorum iurisditione, libertate et consuetudine.

Et missa fuerunt suprascripta capitula comiti Spaleti . . et successoribus suis.

Senato Mar. vol. IV. c. 166. t., u mlet. arkivu.

IV. God. 1453. 2. ožujka, u Mletcih.

Mletačko vieće imenuje satnikom grada Šibenika Tomu Tavilića.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Johanni Nani comiti Sibenici. Concessum fuit capitaneatum istius civitatis per quatuor annos Johanni Tavilich quondam Clementis, sicut ex litteris nostris vobis scriptis die 4 mai preteriti sitis, et hoc propter merita precessorum suorum. Nuper vero eius frater Thomasius notificavit nobis mortem ipsius Johannis, rogavitque, quod concederemus ei gratiam fratri suo datam. Nos igitur propter merita ipsius Tomasii erga nos „ipsum ellegimus, et tenore presentium designamus et deputamus capitaneum comitatus eiusdem civitatis nostre, postquam presens capitaneus compleverit tempus et terminum offitii sui, pro annis quattuor, cum salario, utilitatibus et emolumentis et ceteris aliis prerogativis et honorificentiis, quibus personaliter utitur et habet capitaneus predictus, et que concesseramus prefato fratri suo“; vobisque ordinamus, quod istam nostram deliberationem ad effectum reducatis, et quod istas litteras registrari faciatis in actis vestre cancellariae.

Datum in nostro ducali palatio die prima martii, indictione prima, MCDLIII.

Diplom. Siben. in bibliotheca palatina Viennę. Cod. Supp. 541. p. 104.

V. God. 1453. 9. ožujka, u Mletcih.

Šalje se poslanik korbavskim knezovom radi tvrdje, što su htjeli graditi blizu Vrane, i odredjuje se, da se poboljša stanje Nina.

MCCCCLIII. die nono martii. Quia, ut habetur relatione duorum oratorum Jadrensium, unus ex comitibus Corbavie, qui per tractatum quesivit a nobis accipere locum nostrum Aurane, querit hedificari facere quoddam castrum propinquum loco Aurane per milliaria quatuor vel quinque, et commemorant dicti oratores, ut mittatur ad ipsum comitem et fratrem unus nostro nomine, quoniam sperant, quod ab his desistet, potissime quia frater suus de predictis contentus non est, et faciat pro nostro dominio potius bonis verbis rem aptare quam aliter; vadit pars, quod per collegium eligi debeat unus noster nobilis orator ad dictos comites Corbavie, cum illis condicionibus, pena et commissione, que ipsi collegio videatur.

Et pro maiori custodia et securitate locorum nostrorum Aurane et Novigradus per dictum collegium provideatur et fiant ille provisiones, que utiles videantur, et inter cetera, quod page ipsorum locorum reducantur, si possibile est, ut sunt page castri nostri Jadre, que recipiunt pagas suas de per se, et non a castellano vel comestabile.

Et quia dicti oratores inter cetera commemorarunt, quod habenda est maxima advertentia ad factum None propter ipsius multam importantiam, et quod alias inceptus fuit quidam murus, qui comprehendit et capit partem ipsius terre, qui posset perfici, et illa pars custodiri, mandetur rectoribus nostris Jadre, ut unus eorum insimul cum oratore suprascripto mittendo ad comites Corbavie se conferrat cum personis intelligentibus ad dictum locum, et examinent factum, et rescribat expensam, que curreret ad perfectionem dicti muri, et utilitatem que ex eo sequeretur, et rector iturus scribat parere et opinionem suam, et orator in reditu suo etiam suam referat, ut omnibus auditis oportune deliberare valeat.

Et quia oratores None supplicant, quod cum sit quedam aqua unius fluminis, que aterrat et facit ipsum locum malesanum, scribere et providere dignemur, quod, ut habiliter fieri potest, dicte aque fiat certa reparatio, et detur alius cursus; mandetur etiam, quod dicti rector ut supra iturus Nonam et orator hanc materiam examinare et intelligere debeant, et scribat rector et orator in eius reditu referat expensas et utilitatem ac opinionem suam. De parte 134, de non 3, non sinceri 1.

Electus fuit orator ser Nicolaus Basadona sapiens ordinum.

Senato Mar. vol. IV. c. 178. t., u mlet. arkivu.

VI. God. 1453. 25. ožujka, u Mletcih.

Radi štete nanesene Šibeniku od Grgura kneza korbavskoga, upućuju se gradovi Šibenik, Spljet i Trogir, da se medju sobom slože, i tim odstrane svaki napadaj.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Laurentio Lauredano de suo mandato comiti et Benedicto de Mula capitaneo Jadre et . . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem

et dilectionis affectum. Per litteras comitis nostri Sibenici fuimus noviter informati, comitem Gregorium Corbavie violenter damnificasse fideles nostros Sibenici in animalibus et bonis pro bona summa pecuniarum, et licet per nuntios et litteras institerit habere debitam satisfactionem, nihil tamen nisi verba generalia habere potuit; et quoniam cognoscimus hoc procedere, quum vos et alii rectores Sibenici, Spaleti et Tragurii non habetis invicem illam intelligentiam, quam habere deberetis circa securitatem et bonam tutellam civium et districtualium nostrorum civitatum illarum, volumus et vobis mandamus, quod, cum omnes subditos nostros indiferenter caros habeamus, talem intelligentiam et modum cum rectoribus civitatum nostrarum predictarum capere et servare de cetero debeatis ad bonam cautellam et securitatem civium et districtualium nostrorum taliaque presidia et favores invicem vobis prebere, quod omnibus detur materia se abstinendi a damnis fidelium subditorum nostrorum.

Data in nostro ducali palatio die primo mensis martii, indictione prima, MCCCCLIII. Recepte fuerunt infrascripte littere die XXV martii 1453.

Ducali e terminazioni. Lib. I. c. 124, u zadar. arkivu.

VII. God. 1453. 17. travnja, u Mletcih.

Obdaruje se viernost Jakova Farini zadarskoga gradjanina sa otokom Vergada.

1453. 17 aprilis. — Jacobo Farini conceditur vita durante insula Vergada ob multa sua merita, quum „et modo nuper precipuam sue fidelitatis virtutem demonstraverit, quando quidem mensibus proxime exactis sua opera et intercessione conspirationem, que gerebatur de castro Aurane Jadrensis agri contra statum prefati illustrissimi ducalis dominii Venetiarum, patefecerit et distraxerit.“ Subscripti: „Laurentius Lauredano comes, Benedictus de Mula capitaneus Jadrae, Nicolaus Basadona orator ad partes Corbavie, auctoritate consilii rogatorum;“

Ducali e terminazioni. Liber I. c. 124, u zadar. arkivu.

VIII. God. 1453. 22. travnja, u Mletcih.

Nalaže se knezu trogirskomu, da uhvati Antuna Mikića Sibeničanina uhodu aragonskoga kralja.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Nobili et sapienti viro Donato Barbaro de suo mandato comiti Tragurii fideli dilecto salutem et dilectionis affectum. Si per ingenium vel prudentiam vel astutiam sub vestro regimine reperiri potest Antonius Michichitorum de Sibinico, qui alias ad nostra servitia in Lombardia fuit caput aliquorum arceriorum, volumus et mandamus vobis, quod illum capi facere et per vim et tormenta ab illo diligenter extorquere debeatis, quid per totam Dalmatiam atque Segnam et Albaniam, atque etiam per Apuleam cum rege Aragonum praticavit et tractavit aut cum comite Stefano aut subditis nostris contra statum nostrum, aut aliter. Et de omni confessione sua reddatis

nostrum dominium informatum, tenendo illum sub forti et tuta custodia, quousque a nostro dominio habueritis aliud speciale mandatum.

Datum in nostro ducali palatio xxii aprilis, indictione sexta mccccliii.

Ab extra: Nobili et sapienti viro Donato Barbaro comiti Tragurii.

Orig. Perg., u mlet. arkivu.

IX. God. 1453. 24. travnja, u Mletcih.

Daju se njeke odštete občini kotorskoj, a neka nastoji, da Stjepan Crnoević sruši njeke solnice.

mccccliii. die xxiiii aprilis. In collegio ex auctoritate consilii rogatorum. Cum fidelissima comunitas nostra Catari per suas literas datas vigesimo mensis martii nuper elapsi supplicaverit, quod cum sibi per patentes nostras literas concesserimus, quod ducati mille, quos expendit in conducendis Murlachis contra rebelles nostros de Zuppa, sibi restituerentur in duobus vel tribus annis de introitibus salinarum et villarum reductarum ad obedientiam nostram soluta provisione magnifici Stefani Cernoevich et aliis expensis factis, et saline omnes de nostro mandato nunc destructe et totaliter devastate sint, dignemur mandare, quod illud, quod habere restat ex dictis ducatis mille, quod est ducati v centum vel circa sibi solvantur per cameram nostram. Item dignemur mandare, quod tribus iudicibus suis, qui habent de salario ducati septem vel circa in anno, nichil retineatur pro observatione privilegiorum et pactorum suorum, maxime, cum omnes tres habeant in anno de salario ducati xxi et ab inde infra.

Vadit pars, quod concedatur dicte fidelissime comunitati Catari, quod dicti v centum ducati, quos restat habere de dictis ducatis mille, sibi solvantur in annis quatuor vel sex per cameram nostram Catari de pecuniis omnibus superhabundantibus anno singulo in camera nostra, sicque mandetur comiti Catari et successoribus suis, quod observare debeant.

Et pro observatione privilegiorum et concessionum nostrarum, mandetur comiti Catari et successoribus, quod nichil aliqualiter retinere debeant de salario trium iudicum Catari si eorum salarium non excedit ducatos vii in anno pro quolibet.

Mandetur quoque prefato comiti Catari, quod praticare debeat cum magnifico Stefano Cernoevich capitaneo, quod contentus sit, quod sue saline destruantur, recipiendo annuatim a camera nostra Catari tantum salis vel tot denariorum, quot annuatim recipere poterat ex dictis salinis; in qua quidem pratica debeat ipse comes procurare de avantagiando dominium nostrum quantum sibi possibile fuerit, et facta conclusione, debeat subito destrui et funditus evelli facere dictas salinas, taliter quod sine maxima expensa et longitudine temporis refici non possint. De parte 19, de non 0, non sinceri 1.

Senato Mar. vol. IV. c. 185 t., u mlet. arkivu.

X. God. 1453. 8. svibnja, u Mletcih.

Daje se naputak Bartulu Marcello, koj je odlazio kao poslanik k Turčinu.

1453. 8 mai. Commissio data Bartholomeo eunti ad Turchum pro pacificando istum cum imperatore Constantinopolis. Dicat Turco, nos audivisse intentionem suam aggredi urbem Constantinopolis, „quam tenemus et reputamus esse nostram propter iura et iurisditiones, quas semper habuimus et de presenti habemus in illa; in illa enim elevatur publice vexillum nostrum, et tenemus nostrum bailum et rectorem cum mero et mixto imperio, qui dacia et gabellas nomine nostro exigit“, ideoque mittuntur ibi naves armate cum galeis Romaniae, etiam pro defensione illius civitatis tanquam nostrae. Dicat insuper, quod nos cum ipso Turco habemus pacem, cuius causa firmiter tenemus, quod abstineret se ab omni offensione Constantinopolis.

Si Turchus proponeret treuguas inter ipsum et imperatorem, da operam, ut ipsae treuguae componantur; si vero bellum vellet, tunc reverte Constantinopolim. Galeae armantur.

Senato. Mar. vol. IV. c. 188., u mlet. arkivu.

XI. God. 1453. 29. svibnja, u Mletcih.

Prihvaća se, da milost podieljena Radiču i Stjepanu iz Pastrovića prodje i na njihove baštinike.

MCCCCLIII. die XXVIIII mensis mai. In collegio ex auctoritate consilii rogatorum.

Cum venerit ad presentiam dominii Stefanus frater Radizii Grubacevich de Pastrovichis supplicans parte sua et Radicii predicti, quod eorum provisio augeatur, quia cum illa, quam habent, se substentare non possunt; et tandem audita responsione eis data contentus sit, quod eorum provisio se extendat ad eorum filios, et sit in hoc eis complacendum; vadit pars, quod ex auctoritate attributa huic collegio a consilio rogatorum, concedatur predictis Radicio et Stefano Grubacevich fratribus, quod provisio sua se extendat et deveniat post mortem in filios eorum, videlicet provisio Radizii in filios suos et provisio Stefani in filios suos masculos tantum ad beneplacitum nostri dominii, non derogando iuribus alicuius filiorum fratrum suorum defunctorum.

Et confirmentur fidelissimo nostro Luce Pautino de Cataro litere patentes ser Andree Venerio olim provisoris Albanie, per quas sibi concedit, quod ipse et heredes sui habeant singulo anno a camera nostra Catari sachos duos salis ad mensuram grossani iuxta continentiam illarum literarum.

Et mandetur comiti Scutari auctoritate attributa huic collegio a consilio rogatorum, quod sub pena ducatorum C. subito rescribere et restituere debeat ad solitam eius pagam et stipendium fidelem nostrum Vitum Maluncio, cassum vigore partis capte in rogatis die XXX augusti MCCCCLI., quia est rescribendus vigore partis capte die XXVI novembris eiusdem millesimi; et si aliquis eius loco scriptus fuisset, cassetur.

Mandetur quoque potestati nostro Antibari, quod observare debeat filiis condam Deschi Juroevich literas nostras patentes eis concessas XXVIII sep-

tembris 1445 in facto Gorane non obstante aliqua terminatione vel concessione facta per ser Jacobum Delfino; verum si aliquid in contrarium haberet, debeat nos informare, ut debite deliberare possimus. De parte 17, de non 2, non sinceri 1.

Senato Mar. vol. IV. c. 191. t., u mlet. arkivu.

XII. God. 1453. 5. lipnja, u Mletcih.

Potvrdjuje se pogodba sklopljena sa korbavskimi knezovi, kojim se dozvoljuje, da svoje proizvode nose u mletačke zemlje, i u Senj na sajam sv. Gjorgja.

1453. 5 iunii. Deliberatum „quod concordium factum per dictum oratorem nostrum (sc. Nicolaum Basadonna cum comitibus Corbavie) confirmetur et approbetur auctoritate huius consilii cum hac modificatione, quod de vilicis existentibus in Lusera, super quibus petunt habere auctoritatem, respondeatur, quod licet ad omnia eis grata sumus inclinatissimi, tamen bonis respectibus non videmus posse sue requisitioni satisfacere". Concessum etiam eisdem comitibus, quod subditi sui Scrisii et Obrovacii posint conducere caseum, picem, castratos, frumenta et farinam ad terras et loca nostra et nobis commendata et ad nundinas Segne sancti Georgii et Arbi sancte Margarite, non possendo navigare ad partes Marchie vel regni ullo modo. De parte 141, de non 2, non sinceri 5.

Senato Mar. vol. IV. 194. t., u mlet. arkivu.

XIII. God. 1453. 14. lipnja, u Mletcih.

Odgovara se na molbe knezova korbavskih.

Copia ducalium litterarum scriptarum dominis comitibus Corbavie videlicet domino Charolo militi et domino Tomasio eius fratri.

Rediens ad nostram presentiam nobilis vir Nicolaus Basadona orator noster, nobis particulariter retulit omnia praticata et conclusa vobiscum circa negocia per nos sibi comissa. Exposuit etiam aliqua, que spectabilitates vestre a nobis cum instantia petunt. Vidimus quoque et intelleximus per litteras et capitula per vos nobis missa predicta omnia, que ipse orator verbo reportavit. Quibus omnibus intellectis et super illis habita convenienti consideratione, deliberavimus pro consueta affectione nostra ad vestras spectabiles amicicias acceptare et approbare responsiones per vos datas dicto nostro oratori, ac amplas promissiones vestras, sicut in vestris litteris et capitulis continetur, in facto castri Clicevaz et alterius castri, quod hedificare disponebatis, ac refectionis damnorum nostris fidelibus Sibinici illatorum; sperantes et indubie tenentes, quod magnificentie vestre integraliter et effectualiter servabunt omnia promissa nostro oratori et contenta in litteris et capitulis vestris, quorum exemplum his inclusum mittimus et autenticum diligenter conservari faciemus et registrari in nostra cancellaria.

Ad capitulum, per quod petitis, quod subditi vestri Scrisii et Obrovacii possint navigare etc., inclinati ad omnia, que vestris spectabilibus amiciciis grata et comoda esse possint, sumus contenti et placet nobis,

quod subditi vestri Scrisii et Obrovacii possint conducere caseum, picem, castratos, frumenta et farinam ad terras et loca nostra et nobis commoda ac ad nundinas Segne sancti Georgii et sancte Margarite in Arbo; non possendo navigare ad partes Marchie vel regni ullo modo.

De subditis vero vestris existentibus in territorio nostro in Luca, licet ad omnia vobis grata simus sincere dispositi, attamen bonis respectibus non videmus posse vestris requisitionibus satisfacere.

Recepte fuerunt infrascripte littere die xxviii iunii mcccclii.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Laurentio Lauredano de suo mandato comiti et Benedicto de Mula capitaneo Jadre fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Relatione viri nobilis Nicolai Basadona oratoris nostri, quem missimus ad spectabiles comites Corbavie et Jadram pro causis vobis notis, intelleximus verbo et in scriptis omnia praticata et conclusa per eum cum dictis comitibus; super quibus habita diligenti consideratione, deliberavimus cum nostro consilio rogatorum acceptare responsiones datas per ipsos comites nostro oratori predicto ac amplas promissiones suas contentas in litteris et capitulis per eos nobis missis in facto castri Clicevaz et alterius castri, quod edificare disponebant, ac damnorum nostris subditis illatorum; super quibus per nostras litteras his adiunctas respondemus dictis comitibus, isicut per copiam dictarum litterarum et capitulorum, quam ad vestri informationem mittimus his inclusam particularius videbitis. Volumus ergo et vobis mandamus, quatenus dictas litteras ipsis comitibus mittere studeatis, instando et procurando, quod contenta in ipsis capitulis observentur per dictos comites, et universa eis observentur ea, que ipsis concedimus per litteras nostras. Et pro informatione successorum vestrorum debeatis dicta capitula et litteras nostras responsivas registrari facere in cancellaria deinde.

Data in nostro ducali palatio die xiii mensis iunii, indictione prima, mccccliii.

Copia capitulorum, de quibus supra fit mentio:

Serenissimo et illustrissimo principi et domino domino Francisco Foscari dei gratia duci Venetiarum inclito etc. domino nobis honorando. Tomas comes Corbavie nostro ac Johannis et Gregorii filiorum nostrorum nominibus ac Paulus filius magnifici Caroli comitis Corbavie similiter eiusdem patris et fratrum nostrorum carnalium nominibus. Notificamus illustrissime dominationi vestre, qualiter fuimus in loco nostro Scrissie una cum magnifico et generoso domino Nicolao Basadona dignissimo vestre celsitudinis oratore, eundemque honorifice audivimus, et ambassiatam nobis pro parte vestra factam clare intelleximus. Et quum cum ipso oratore vestro non potuimus aliquid concludere pro eo, quia dicebat, comissionem aliquid concludendi nobiscum non habere nisi ruinetur locus Chlicevaz, quapropter intentionem et responsionem nostram presentialiter vestre dominationi per dictum oratorem vestrum mittimus sub hac forma, videlicet:

Primo. Celsitudini vestre dicimus et respondemus, sicut antecessores nostri et nos hucusque fuimus optimi filii et fideles servitores vestri dominii, eodem modo etiam temporibus presentibus et futuris omnino et firmiter volumus esse, et sic decrevimus.

Item nos Thomas comes respondemus ad illud, quod subditi nostri spoliaverunt quosdam subditos vestros in districtu vestro Sibenicensi, qui nobis clare debebant certos proventus et introitus nostros, et illuc aufugerant, et quod ipsi subditi nostri, sicut nobis dixit orator vester, etiam quosdam subditos vestros de Sibenico (sic). Qua de causa si ita factum est, nobis valde displicet, nec fuit de nostra voluntate; nichilominus ipsis subditis vostris de ipsorum damnis et nocumentis parati sumus plenam facere satisfactionem iustitia mediante.

Item super facto deponendi et ruinandi locum Clicevaz respondemus vestre dominationi nos Thomas, quod hoc ullo modo facere audemus, pro eo, si hoc faceremus, inimici nostri possent nos accusare serenissimo domino nostro regi Hungarie et eius baronibus, et ex hac causa de facili possemus incurrere in perpetuam infidelitatem, ac omnia castra et dominium nostrum velut infideles perdere. Sed ad contemplationem vestre dominationis si forsam suspicatis habere aliquod scandalum vel damnum de illo loco Chlicevaz, qui locus non potest vocari oppidum neque castrum, quia non est, prout clare scietis, dicimus et sic facere volumus et promittimus, quod dictum locum Chlicevaz nullo modo volumus neque intendimus ampliare nec fortificare ultra id, sicut nunc est, nec ibi de prope, ubi aliud castrum construere disposueramus, nec alibi, neque facere aliquam novitatem dominationi vestre, sed ut dictus locus Chlicevaz remaneat in eodem statu et forma, prout nunc stat; quia si locum ipsum traderemus ruine, indubitanter, ut diximus, incurreremus in infidelitatem nos et heredes nostri, de quo certi sumus, quod non foret contenta dominatio vestra.

Item dicimus et hoc firmiter dominationi vestre promittimus et obligamur, quod ex isto loco Chlicevaz non habebitis ullo unquam tempore aliquod scandalum, damnum vel tractatum contra loca vestra nec aliquam novitatem, imo tanquam boni vicini, amici, filii et servitores vestri intendimus bene et fideliter vobiscum vicinare, sed volumus, ut dominatio vestra cognoscat, quod non intendimus dictum locum Chlicevaz alia de causa servare nisi pro vicio infidelitatis et propter Morlacos nostros, qui sepius nobis rebelaverunt.

Item dicimus et clementissime dominationi vestre promittimus, quod nos ipsum locum Chlicevaz ullo unquam tempore dabimus ullo domino, qui vellet aut posset ex ipso loco aliquod damnum sive iacturam locis nec subditis vestris inferre.

Item dicimus pro favore oppidorum nostrorum Scrissie et Obrovacii, que oppida ita constricta sunt propter deveta vestra, quod iam quasi ad nichilum redacta sunt, propter quod valde gravamur et maximum habemus damnum. Qua de causa supplicamus humiliter illustrissimam dominationem vestram, ut placeat vobis facere nobis gratiam specialem, quod ex dictis locis nostris possint extrahi et portari ad loca et dominia vestra caseus, pix, castroni, frumenta et farina similiter ad Veglam et ad nundinas sancti Georgii et beate Margarite, et etiam portare lignamina ad loca Marchie, Brucie et Apulie, prout faciunt illi de Segna et de Flumine.

Item dicimus propter aliquos villicos nostros in Luca existentes, super quibus non habemus auctoritatem sicut habuerunt predecessores nostri et eandem nos. Quapropter supplicamus dominationem vestram, velitis observare antiquas consuetudines.

Pro quibus omnibus supradictis humiliter obsecramus, prefatam illustrissimam dominationem vestram placeat vobis ea nobis concedere ex gratia speciali, quia ista erunt vobis sine damno, et nos contentos iuridice fatietis.

Et ad omnia, que vobis superius promittimus, sumus parati observare et adimplere et non contrafacere ullo unquam tempore.

Ducali e terminazioni. Libro I. c. 124—5., u zadar. arkivu.

XIV. God. 1453. 22. lipnja, u Mletcih.

Republika mletačka obdaruje Augustina Dragoevića izgonjenika šibeničkoga sa otokom Murterom i kućom u Šibeniku, što je spasio šibenički kotar, ali pod uvjetom, da ne smije u Šibenik.

Insule Murtarii datio Augustino Dragoevich loco bonorum suorum facta. — Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Joanni Nani de suo mandato comiti Sibenici et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Significamus vobis, quod in nostro consilio rogatorum die XVIII mensis iunii capta fuit pars tenoris infrascripti, videlicet: cum civitas Sibenici pervenisset ad obedientiam nostri dominii, et comes Joannes de Cetina occupasset molendina, possessiones et totum fere districtum, allegando, illum territorium esse suum, et onestando se apud nostrum dominium, velle stare iuri, et non esset ulla via vel modus recuperandi districtum predictum, communitas Sibenici pro recuperando tot bona sua et etiam nostri communis, que taliter occupabantur, promisisset Augustino Dragoevich de Sibenico, tunc temporis habitatoris Senie, qui solebat esse primus nobilis illius civitatis, et sciebat omnia iura sui communis, quod si volebat facere et procurare, quod districtus Sibenici recuperaretur, dicta comunitas sibi redderet bona sua, et eum ad gratiam reduceret, cum aliis magnis promissionibus; et ipse Augustinus cum salvoconducto communitatis Sibenici venisset Sibenicum, reperit instrumenta imperatorum annullantia sententias comitis de Cetina, et sine ulla questione in uno die recuperavit omnia de plano, et petendo promissionem sibi debere attendi, nihil sibi observatum fuerit, sed sibi oblate fuerint libre vigintiquinque in mense, illo stante extra Sibinicum. Cumque ipse Augustinus steterit hic Venetiis multis annis petendo suum vigore iuris et promissionis sibi facte, ostendendo miseriam sue paupertatis cum quattuor filiabus magnis et tribus filiis hominibus expectando ius, potius volentes stare pro famulis, sicut stant fideles sub dominio Venetiarum, quam stare curiales dominorum comitum Croatie et Hungarie, quiens petierunt et petunt; et tandem advocatores communis intromisissent casum suum, et vellent illum ducere ad consilium, et capita consilii decem prohibuissent pro non contrafaciendo capitulo promissionis olim facte communitati Sibenici in prima aquisitione illius civitatis, ita instantibus ambasiatoribus communitatis; unde convenit nostro dominio debito honestatis et iustitie considerare servitia eius fidelia, et uti erga eum retributione, et servare etiam promissionem factam communitati, vadit pars, quod loco bonorum suorum, que sibi non restituantur, qui redebant ducatos quadringentos et ultra,

detur sibi, filiis et heredibus pro concambio insula Mortarii, servata tamen omni concessione per nos aliis facta in dicta insula, et ultra hoc restituetur sibi una sua domus, que presentialiter est in nostro communi; hoc tamen declarato, quod ipse Augustinus nunquam posset intrare civitatem Sibenici, sicut communitati concessum fuit, sed bene possit stare in insula Mortarii, que sibi datur, et etiam in districtu, quia per industriam suam fuit recuperatum; et si idem Augustinus haberet aliquam aliam promissionem, ex nunc intelligatur illam sibi esse ablatam et revocatam. Quare cum suprascripto nostro consilio vobis expresse mandamus, quod suprascriptam partem et contenta in ea ad plenum observare et observari facere ac exequi inviolabiliter debeatis, facientes has nostras litteras in cancelaria vestra ad futurorum memoriam deinde registrare, et registratas presentanti restitui. Data in nostro ducali palatio die XXII mensis iunii, indictione p.ima MCDLIII.

Tenore huius ducalis cancellarius comunis Sibenici Johannes a Prato Vallis de Padua iuxta ordinem comitis ipsius civitatis Johannis Nani induxit ipsum Franciscum Dragoevich in tenutam et corporalem possessionem insulae Mortarii et domus in civitate Sibenici; in fidem quorum comes Sibenici confirmat ipsi Francisco pro se et heredibus suis ipsam possessionem, et praesens instrumentum relaxat. „Anno ab intacte virginis fetu MCDLIIII. indictione prima, die XXV mensis iulii in predicta civitate Sibenici“ etc.

Dipl. Siben. in bibliotheca palatina Viennae. Cod. suppl. 541. p. 115.

XV. God. 1453. 23. lipnja, u Mletcih.

Upućuje se knez spljetski, neka nedira u pogodbu jednom sklopljenu sa narodom u Krajini.

MCCCCLIII. die XXIII. iunii in collegio ex auctoritate consilii rogatorum. Cum venerint ad presentiam dominii oratores fidelium nostrorum Crayne, supplicantes maxima instantia, ut dignemur mandare comiti nostro Spaleti, quod observare debeat privilegia et concessiones per nos sibi factas, quando venerunt ad obedientiam nostram tam in facto castri Machar quam in reliquis omnibus, et sit in hoc eis satisfaciendum: vadit pars, quod auctoritate attributa huic collegio a consilio rogatorum mandetur comiti Spaleti, quod intendentes servare privilegia et promissiones nostras, debeat omnino fieri facere fortilitium unum in loco Machar ad expensas et per modum contentum in privilegio et litteris nostris, providendo de magistris, murariis et marangonibus ad illud opus necessariis; et si in Spaleto non essent magistri ad sufficientiam, mittat literas nostras comitibus nostris Liesne, Bracie et Curzole, quibus scribimus, quod ipsi etiam mittant aliquos magistros, quibus solvatur per illos, qui solvere debent per formam privilegii . . , et nostri Crayne amplius ad nos mittere non habeant causa predicta.

Et mandetur comitibus Spaleti, Curzole, Liesne et Bracie, quod providere debeant, quod per illas fidelissimas comunitates mittantur barche quatuor armate, videlicet una pro loco pro mense uno, ad portum Machar ad custodiam loci, in quo fieri debet fortilicium, ut interim locus ille ponatur in aliqua custodia.

De sale autem, quem petunt vendi debere in loco Machar, ut de tractu satisfiant damnificatis, non videtur nobis aliquid innovare, donec fiat fortilicium Machar, quo facto, faciemus de rebus eis gratis et comodis.

De sale vero, qui per mare conducitur ad locum Bratar per mare contra consuetudinem, sumus contenti et concedimus, quod conducentes dictum salem in mare, capi et intromitti possint per omnes subditos nostros cum eorum barchis sale et rebus omnibus tanquam conductum contra banna nostra.

Et mandetur comiti Spaleti, quod sub pena ducatorum II. centum nullo modo tangere aut dispensare debeat aliquam ex pecuniis exactis et exigendis de censibus Crayne, sed illos omnino conservare teneatur, et solum expendere ac distribuere in fabrica et hedificatione loci Machar iuxta concessionem per nos factam fidelibus nostris Crayne. De parte 16, de non 0, non sinceri 0.

Senato. Mar. vol. IV. c. 196., u mlet. arkivu.

XVI. God. 1453. 30. lipnja, u Mletcih.

Republika obaviešćuje papu o propasti Carigrada, te ga bodri na odlučni odpor.

1453. 30. iunii. Summo pontifici. Quamquam existimemus, beatissime pater, tam literis rev. patris domini archiepiscopi Ragusiensis, legati apostolici hic existentis, quam aliter sanctitatem vestram ante has forsitan intelligere potuisse horrendum et infelicissimum casum urbium Constantinopolis et Pere, quas immanissimus Teucrorum imperator cum maxima Christianorum strage subegit. Cum tamen res ista tam gravis tamque periculosa sit, ut magis esse non possit, officii nostri esse putamus beatitudini vestre tamquam summo Christianorum principi incredibili amaritudine mentis nostre renutiare excidium lacrimabile urbium earundem. Sumus variis modis facti certiores, Teucrum ipsum crucis persecutorem 28 maii nuper efluxi civitatem Pere, post asperrimum bellum illatum, suo imperio subiugasse, omnibus christicolis ab annis sex supra in ea repertis gladio nequiter interremptis. Die vero sequentis videlicet 29 debellato portu Constantinopolis, omnique genere tormentorum bellicorum, mari terraque civitate ipsa expugnata, tandem eam incredibili clade devicit, pari modo omnibus Christianis ab annis sex supra ubique inventis crudelissime trucidatis. Quanti momenti quantique ponderis incomprehensibilis, clementissime pater, res ista diiudicanda sit, quandoquidem totius Christiani nominis statum et vitam concernant, certissimi sumus sanctitatem vestram longe melius intelligere, quam nos referre possemus. Illud tamen silentio nolumus preterire, memores nos esse a modicis, ut ita dixerimus, annis citra, potentiam Teucrorum terrestrem tantas vires totque dominia partam esse, ut sicut diversis experientiis cognitum est, difficillimum ac durissimum fuerit sibi posse resistere. Nunc autem videmus, non solum terra sed mari etiam Teucrorum rabiem et potentiam tantum auctam, ut si misericors deus noster vestraque sanctitas ac cetere potentie Christiane cito huic morbo pestifero non accurrant,

maximum excidium incumbat toti Christiane religioni. Licereque ammodo videamus, huic crudelissimo hosti terra marique patrare quecumque voluerit. Adeptus est nunc precipue urbem Constantinopolis tam ratione situs quam ex multis aliis dignis conditionibus aptissimam ac summum in modum accomodatam ad potentiam suam magnopere augendam, ita ut ubique terra marique de hoc potentissimo hoste sit quam maxime dubitandum. Hec igitur cum ita sint, ad sanctitatem vestram tamquam ad supremum dominici gregis pastorem confugimus, filiali devotione nostra solita supplicantes, ut huic egritudini, antequam magis ultra ad interritum prolabatur, dignetur omnibus illis remediis omnibusque sufragiis providere, que summe vestre sapientie videbuntur, ut longe maiora ac graviora pericula et excidia totius Christiani nominis evitentur; precipueque oramus clementiam vestram, ut cum omni celeritate legato suo hic mandare dignetur, quod armentur et immediate expediantur ille quinque triremes, que dudum armari decrete sunt. Nam alie validiores ac potentiores provisiones, que sunt penitus necessarie, successive fieri poterunt. Nos enim pro quanto semper in nobis erit, nihil de possibilibus ommittemus, ut huic sancte rei opem feramus, ac votis omnibus vestre beatitudinis morem geramus.

Secreta cons. rogat. lib. XIX c. 202., u mlet. arkivu.

XVII. God. 1453. 13. srpnja, u Mletcih.

Proglasuju se njeke naredbe na korist obćine i grada Nina.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Nobilibus et sapientibus viris Laurentio Lauredano de suo mandato comiti et Benedicto Mulla capitaneo Jadre et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Significamus vobis, quod in nostro consilio rogatorum die . . instantis capta fuit pars tenoris infrascripti, videlicet quod examinato flumine, quod discurrit in lacum Nonae per rectores Jadrae et per ser Nicolaum Basadona oratorem nostrum missum ad partes illas simul cum nobilibus et civibus nostris Nonensibus, terminatum est, quod mutando alveum dicti fluminis taliter, quod discurrat in mare per aliam viam, sicut facile fieri poterit, civitas illa multum sanior redderetur, et per consequens habitaretur cum securitate illius et augumento introituum nostrorum. Sed aliqui dubitant, quod divertendo flumen, bucha portus Nonae atterabitur, et aliqui dicunt, quod non, sed remanebit prout est; et sit examinandum dictum opus per aliquem intelligentem; vadit pars, quod subito mitatur per collegium unus vel duo ingeniarii, qui diligenter videre et examinare debeant, si divertendo alveum fluminis predicti, bucha alterabitur vel non; et si terminabitur, quod non, ex nunc captum sit, quod rectores Jadrae teneantur solicitissime procedere ad opus dicti fluminis sicut melius et utilius videbitur. Et quum aliquae turres Nonae indigent reparatione, et nisi cito reparentur, indigebunt multo maiori expensa; ex nunc captum sit, quod concedatur rectoribus Jadrae posse expendere in reparatione dictarum turrium usque libras undecim millia parvorum.

Propterea quia comunitas Nonae conqueritur de aliquibus villis territorii sui solitis contribuere cum comunitate Nonae, que per fidelissimam

comunitatem Jadrae ab aliquo tempore citra usurpate fuerunt; ex nunc captum sit, quod mandetur auctoritate huius consilii comitibus Jadrae et Nonae, quod visis et examinatis privilegiis et iuribus comunitatis Jadrae et Nonae in facto dictarum villarum, terminare et deliberare debeant sicut ius et iustitia eis suadebit; et si non possent esse concordes, comes noster iturus in Arbum intrare debeat pro tertio, et illud, quod per magnam partem eorum terminatum fuerit, et ratum sit.

Et quia civitas Nonae est pessime habitata, alias provisum fuit, quod omnibus, qui irent ad habitandum in Nona, daretur de terris comunis vacuis, prout in illa provisione et concessione nostra continetur, et ab aliquo tempore citra dicta provisio observata non sit propter certam partem captam in isto consilio, quia se extendit principaliter pro locis Greciae et Albaniae; statuatur et ordinetur, quod concessio per nos facta comunitati Nonae in facto dictorum terrenorum observetur de cetero non obstante parte suprascripta. Quare auctoritate supradicta mandamus vobis, quatenus suprascriptam partem observetis, et inviolabiliter observare facere debeatis in quantum ad vos spectat, facientes has nostras litteras in actis cancellariae vestrae deinde ad futurorum memoriam registrare.

Datum in nostro ducali palatio die decima tertia iulii 1453. Receptae fuerunt die xxv iulii 1453. Simon Venerius notarius et coadiutor cancelariae pretorialis Jadrae exemplavit, seque subscripsit, et sigillavit.

Ex libro IV. „Privileggi della magnifica comunità di Nona“ c. 35., u zadar. arkivu.

XVIII. God. 1453. 28. srpnja, u Mletcih.

Nalaže se kapetanu zadarskomu, da prodje u Spljet kao upravitelj onoga grada.

1453. 28 iulii. — „Quum per ea, que habetur, nepos comitis Johannis Hungarie est venturus ad partes Dalmatie causa accipiendi bannatum, et sit providendum bono regimini et conservationi civitatis nostre Spaleti, donec eligatur unus comes loco ser Victoris Delfino noviter defuncti“ captum, quod ser Benedictus de Mula capitaneus Jadre se conferat Spalatum ad regimen istius civitatis.

Senato Mar. vol. IV. c. 200., u mlet. arkivu.

XIX. God. 1453. 7. kolovoza, u Mletcih.

Naloženo komoram u Dalmaciji, da neplaćaju dugove za nikoga pod kaznom od 500 dukata.

1453. 7 augusti. — Nostrae camerae solent solvere debita camerarum in Albania. Captum, quod scribatur cameris Pagi, Chersi et Auseri, Arbi, Sibenici, Tragurii et Spaleti „que ad cameram Jadre respondent, quod non obstante aliquo alio mandato in contrarium disponente, non solvant alicui debitum aliquod non ordinatum et solitum solvi per illas cameras nostras“ etiam si senatus ipse hoc ipsis jusserit, in paena ducatorum 500. De parte 120, de non 2, non sinceri 3.

Senato. Mar. vol. V. c. 1., u mlet. arkivu.

XX. God. 1453. 7. kolovoza, u Mletcih.

Pošto se činilo, da će nastati rat u Albaniji, izabran je providur, da onamo podje.

MCCCCLIII. die septimo augusti. Quoniam per ea, que habentur a rectoribus nostris Albanie et per literas Scandarbegi scriptas baylo nostro Durachii est dubitandum de guerra et novitate in partibus illis, et faciat pro nostro dominio providere de evitando guerram et novitates predictas, si possibile fuerit, maxime hoc tempore, quo sumus tot novitatibus involuti; vadit pars, quod eligatur de presenti per scruptinium in isto consilio unus noster provisor ad partes Albanie, qui possit eligi de omni loco et officio, auditore sententiarum et iudicatu peticionum, cum salario, familia, expensa et omnibus condicionibus, cum quibus fuit ser Andreas Venerio. Teneatur respondere statim, si erit in consilio, vel crastina die ad tercias. Et vadit cum illa commissione, que sibi dabitur per istud consilium. De parte 144, de non 2, non sinceri 0.

Electus ser Carolus Mauroceno.

Senato Mar. vol. V. c. 1. t., u mlet. arkivu.

XXI. God. 1453. 25. kolovoza, u Mletcih.

Daje se nalog knezovom Zadra, Šibenika i Trogira, da oboružaju galije, te tako i kapetanu u Kreti.

MCCCCLIII. die XXV. augusti. Quoniam per ea, que habentur, est providendum, quod corpora galearum nostrarum Jadre, Sibinici et Tragurii parentur et aptentur taliter, quod haberi possint semper, quando opus esset; vadit pars: quod mandetur auctoritate huius consilii rectoribus Jadre, comitibus Sibinici et Tragurii, quod poni facere debeant subito in ordine corpora galearum nostrarum illic existentia ac omnia correda et munitiones illarum taliter, quod ad omne mandatum nostrum armari possint, et his habitis eligere debeant supracomitos. Et scribatur regimini et capitaneo Crete in convenienti forma, laudando provisionem per eos factam in armando duas galeas et unam galeotam, et suadendo, quod corpora galearum, que illic habent, et res omnes nostri arsenatus ita paratas et in ordine teneant, quod, si opus erit, subito armari possint. De munitionionibus autem et rebus, quas ipsum regimen petit, sibi subveniatur in illa quantitate, que possibilis erit. Scribatur quoque dicto regimini, quod sicut per alias scripsimus, subito poni facere debeant duas galeas novas in canterio, si illas nundum posuisset, solicitando illarum profectionem, quanto citius fieri poterit. De parte 135, de non 0, non sinceri 0.

Senato Mar. vol. V. c. 3 t., u mlet. arkivu.

XXII. 1453. 18. rujna, u Mletcih.

Piše se Skenderbegu gospodaru u Albaniji, hvaleć njegovo očitovanje, da kani prijateljski obćiti sa mletačkimi gradovi, i prima se, da on posredjuje mir sa despotom srbskim.

1453. 18 septembris. Magnifico Scanderbego. Ex literis comitis nostri Scutari intelleximus, quam amplis et humanissimis verbis vestra magnificencia per eius oratorem fecit exprimi et declarari suam optimam et sincerissimam mentem ad observationem capitulorum et conventionum, quas nobiscum habet, ac bene et amicabiliter vicinandum cum ipso comite nostro ac cum omnibus rectoribus terrarum et locorum nostrorum in partibus illis. Et licet de ipsa vestra magnificentia aliter credere neque excogitare possimus, quotiens rerum predictarum memores sumus, attamen gratissimum nobis fuit hec omnia ab ipso nostro comite Scutari intelligere, certificantes eandem vestram magnificentiam, quod ad ipsius comoda et honores nos semper reperiet sincere dispositos; hortamur igitur et svademus, quod vestra magnificencia, sicut dicto nostro comiti dici fecit, et credimus esse sue intentionis, velit cum rectoribus nostris Albanie amicabiliter vicinari, quum eis scribimus et declaravimus esse nostre dispositionis, quod cum vestra magnificencia, quam singulariter diligimus, humane ac amicabiliter se habeant.

Et quum comes noster Scutari scribit, prefatum Scamderbegum obtulisse se interpositurum pro pace inter despotum Servie et dominium nostrum, et condiciones rerum occurrentium requirantur, ut procuremus habere pacem cum ipso domino despoto, vadit pars, quod scribatur et declaretur dicto comiti Scutari, quod sumus contenti, quod per interpositionem dicti magnifici Scamderbegi et aliter, ut melius sibi videbitur, facere possit pacem cum dicto despoto per illud longius tempus, quod facere poterit hac condicione, quod qui habent, teneant. + 125 — 1 — 0.

Senato Mar. vol. V. c. 2, u mlet. arkivu.

XXIII. God. 1453. rujna u Kninu.

Kaptol kninski po nalogu podbana izručuje dvie zemlje njekojim Hrvatom.

Capitulum Tininiensis informat Ladislavum regem Hungariae etc. recepisse litteras Tomae Boynichich de Plawna vicebani Dalmatiae et Croatiae tenoris sequentis: ordinamus vobis mittere in possessionem terrarum Ladyne et Nepchne iuxta dispositiones iam captas Paulum, Mattiam, Radoslavum, Stephanum et Iwkonem. Si quis contradicerit, vocate ipsum „in presentiam magnifice domine Elwige relicte ac Johannis et Stefani filiorum condam magnifici domini Petri de Thallowec comitis Cetine, regnorum Dalmatie et Croatie bani“, ut sua jura valere faciat. „Datum in Lahovar feria tertia proxima ante festum beati Bartholomei apostoli anno domini 1453. Volentes igitur hunc ordinem exequi, deputavimus Blasium Cori, qui una cum vestro homine miserunt supranominatos in possessionem illarum terrarum sequenti die festi predicti Bartholomei apostoli. Datum sedecimo die diei statutionis prenotate anno domini 1453.“

U bečkom taj. drž. arkivu „Archivio capitolare di Spalato“.

XXIV. God. 1453. 4. listopada, u Mletcih.

Naloženo budvanskomu knezu, neka oboruža brod i stavi kraj dubrovačkomu kriomčarenju.

1453. 4 octobris. — „Quoniam, sicut undique habetur, Ragusei committunt multa contrabanna pannorum et aliarum rerum cum non mediocri danno nostrorum introituum, et ruptura trafici mercatorum"; captum, quod comes Budvae armet barcham ad extinctionem contrabannorum.

Senato Mar. vol. V. c. 8., u mlet. arkivu.

XXV. God. 1453. 9. listopada, u Mletcih.

Hvali se Skenderbeg za njegove mirne izjave, te se dozvoljava, da ga prati na putu u Italiju, leski knez Petar Marcello.

1453. 9 octobris. Magnifice et potenti domino Georgio Castrioti Croye etc. Ex literis magnificencie vestre scriptis in Alexio die 29 augusti proxime lapsi ad nos his diebus delatis jucundissime intelleximus optimam et sincerissimam eius mentem ad bene et amicabiliter vicinandum cum omnibus rectoribus terrarum et locorum nostrorum Albanie, quod quidem per literas comitis nostri Scutari etiam intelleximus. Et licet de ipsa vestra magnificencia aliter quam contineant vestre libere credere neque excogitare possimus, quotiens rerum preteritarum memores sumus. Attamen gratissimum nobis fuit per dictas vestras literas informari de hac optima mente magnificencie vestre, quam certificamus, quod ad eius comoda et honores semper reperiet nos sincere dispositos. Hortamur igitur et suademus, quod vestra magnificencia, sicut continent litere sue, et sicut credimus esse intentionis sue, velit cum rectoribus nostris Albanie amicabiliter vivere et vicinari, quum eis scripsimus et ordinavimus, quod hoc iddem cum vestra magnificencia, quam singulariter diligimus, observare debeant.

Ad partem autem, qua scribitis de deliberatione vestra eundi Romam et Neapolim, et petitis, quod licenciam concedamus nobili viro Petro Marcello provisori nostro Alexii veniendi vobiscum, licet non sit de more nostro concedendi, quod rectores nostri a regiminibus suis discedunt, attamen ut magnificencie vestre complaceamus, iussimus dicto nostro provisori, quod cum magnificencia vestra venire debeat.

Et ex nunc sit captum, quod auctoritate huius consilii mandetur dicto provisori Alexii, quod ire debeat cum dicto Scanderbego, ducendo secum unum ex famulis suis, et unum ex stipendiariis castri Alexii ad expensas dominii nostri, habendo salarium suum ac si staret in regimine, et loco sui remaneat nobilis vir Marcus Salomono precessor suus cum dimidio salarii consueti, quod recipiat a camera deinde pro illis diebus, quibus dictus provisor stabit extra; et si ser Marcus Salomono non esset illic, remaneat viceprovisor nobilis vir ser Johannes de Canali. cum medietate salarii, ut supra. + 135 — 2 — 17.

Senato Mar. vol. V. c. 8., u mlet. arkivu.

XXVI. God. 1453. 5. studenoga, u Mletcih.

Odgovori na molbe hercega Stjepana.

1453. 5 novembris. Quod ad capitula porrecta per oratores illustris domini ducis Stefani Bossine respondeatur, et primo.

Ad primum, per quod notificant, filium suum comitem Wladislaum rediisse ad eius obedientiam et subiectionem, et regratiantur, quod ipsi comiti Wladislao non dederimus presidia neque favores contra patrem, respondeatur, quod non minus gratissimum nobis fuit et est intellexisse ex verbis suis, comitem Wladislavum rediisse ad obedientiam et devotionem paternam cum restitutione omnium terrarum et locorum, quum molestissimum nobis fuerit quando audivimus, ipsum ex suggestione et opere aliquorum emulorum sue excellentie a devotione et reverentia paterna deviasse; nec opus est, ut nobis gratias agant, si ipsi comiti Vladislao favores neque presidia dedimus, quum nedum ipsi comiti Vladislao, cui nullum ius favere potest contra patrem, sed nec alicui alteri daremus contra suam excellentiam, quam in fratrem et amicum precarissimum habemus.

Ad secundum, de mittendo nostros oratores ad nuptias filii sui, respondeatur, quod partecipantes in gaudiis et honoribus sue excellentie, et optantes pro multa affectione nostra erga eum in omnibus possibilibus sibi complacere, mittemus nostram ambassiatam, que in proximis festivitatibus nativitatis domini erit nomine nostro ad congratulandum et honorandum nuptias filii sui.

Et ex nunc captum sit, quod per collegium elligatur illa ambassiata, et cum illis modis et condicionibus, ac cum illis donis, que collegio videbuntur.

Ad tercium, de missione oratoris sui ad regem Hungarie, quod non vellimus credere ipsum misisse dictum oratorem nisi pro obtinenda confirmatione privilegiorum suorum, respondeatur, quod fraterne diligentes suam excellentiam, non possemus credere, quod sua excellentia et oratores sui quicquam praticarent vel tractarent, quod a nostra vera amicicia esset alienum; et de responsione per eum data oratoribus Hungarie, qui querebant contra nos, sue excellentie fraterne regratiamur.

Ad quartum, per quod regratiatur, quod sibi conservaverimus Craynam, et petit, quod restituatur, sibi respondeatur: quod loquentes secum confidenter, sicut convenit amicicie nostre, negotia Crayne aliter processerunt, quam dicant spectabilitates sue, quum dictam Craynam libere sine ulla condicione habuimus, sed quando etiam longo tempore illam tenuissemus, sue excellentie complacere vellemus, propterea scribemus comiti nostro Spaleti, quod declarare debeat hominibus Crayne, quod tempore novitatum comitis Vladislai contra patrem, eos tenuimus et conservavimus pro dominio nostro ne offenderentur ab aliquo, nunc compositis rebus illis intendimus, quod revertantur ad obedientiam sue excellentie, a qua bene et humane tractabuntur; rogamus ergo suam excellentiam, quod velit dictos omnes Craynenses intuitu nostro habere commendatos, sicut habet illos subditos, qui sibi magis fideles sunt.

Ad quintum, quod possit emere salem in Pago, solvendo quinque pro centenario, respondeatur, sicut melius et utilius videbitur collegio, habita opportuna informatione a provisoribus nostris salis.

Die septimo novembris in collegio auctoritate consilii rogatorum. Quod non obstante, quod habeamuš maximam carentiam salis, ita ut opus sit, quod ex locis inusitatis salem emamus, attamen sumus contenti, quod pro nunc extrahi facere possit de Pago mozetos 2000 salis, cum solutione ducatorum quinque pro centenario pro hac vice tantum. + 14.

Vult quod concedatur de mozetis mille solum, et pro ista vice tantum. + 7 — 0 — 0.

Ad sextum, quod mercationes, que portantur et extrahuntur de Castronovo, non solvant datium sive gabellam Catari, respondeatur, quod quanquam ad omnia sibi grata et comoda semper nos faciles et inclinatos invenerit, sicut optime sciunt sue spectabilitates, que ad nos pluries fuerunt, quia concessimus multa fieri in Castronovo, que sunt cum maxima iactura et damno civitatis nostre Catari, et in hoc etiam sibi complacere optaremus, attamen quum et pro ducatis sexentis, quos in Cataro sue excellentie dari facimus, et pro aliis multis maximisque expensis, quas habet camera nostra Catari, dificientibus datiis et gabellis, non posset supplere expensis occurrentibus cum maxima iactura rerum nostrarum; hortamur et suademus, quod sua excellentia pro affectione, quam ad nos habet, nollit similia petere a nobis, qui in omnibus convenientibus sibi complacere optamus.

Ad septimum et octavum de rebellibus non tenendis in terris nostris, respondeatur, quod si bene recordamur alias oonvenimus cum sua excellentia, quod nostri rebelles in terris suis, neque sui rebelles in terris nostris stare possint, sicque fuit et est nostre intentionis, quod observetur, et iterum declarabimus comiti nostro Spaleti et scribemus, quod si aliquem assicurasset vel fecisset salvum conductum, provideat illum retractare per modum, quod ista conventio habeat effectum pro illis, qui post dictam conventionem venissent ad terras nostras. — Facta fuit litera aperta die . . . novembris, quam habuerunt ipsi oratores.

Ad nonum, de solutione sibi annuatim fienda de ducatis 600, quos a camera Catari habere debet, respondeatur, quod scribemus comiti Catari et successoribus in efficacissima forma, quod de primis pecuniis omnium introituum nostrorum Catari annuatim dare debeant sue excellentie dicti 600 ducati, quia sic est omnino nostre intentionis quod faciant. — Facta fuit littera die . . . novembris.

Ad decimum, de affictu sibi solvendo hic Venetiis, donec ematur sibi una domus, respondeatur, quod parati sumus sibi dare consuetum affictum, donec inveniamus aliquam convenientem domum pro excellentia sua, quam hactenus invenire non potuimus. Et ex nunc sit captum, quod dominium teneatur eis subito dari facere quicquid habere restat pro dicto affictu de quibuscumque pecuniis.

Ad undecimum, quod Radoe Vainovich de Crayna, detento in Spaleto, relaxetur; respondeatur, quod scribemus comiti Spaleti, quod ipsum subito relaxari libere faciat intuitu excellentie sue. — Facta fuit littera sub dicto . . . die.

Ad duodecimum, de sale retento et non integraliter restituto per comitem Catari, respondeatur, quod scribemus comiti Catari per modum,

quod non dubitamus, quod integraliter restituet totum dictum salem, quia sic est omnino intentio nostra. Facta fuit littera ut supra. + 105, — 2, — 0.

Senato. Mar. vol. V. c. 9., u mlet. arkivu.

XXVII. God. 1453. 15. studenoga, u Mletcih.

Odgovara se na molbe poslanika vojvode Stjepana Crnoevića.

1453. 15 novembris. Quod ad capitula porrecta per oratores magnifici vaivode Stefani Cernoevich, capitanei nostri in Xenta, respondeatur et primo.

Serenissimo et excelso principo humel et devotamente se supplica per parte del vostro fidelissimo servidor Stefano Cernoevich per la gratia de Dio e dela vostra serenita capetanio di Zenta. Et primo supplica devotamente, chel ponto uno fato di vostro comandamento nel suo privilegio li sia conzado, el qual ponto e questo, zoe, che la celsitudine vostra e contenta, che da la camera vostra di Cataro sia dato salario di ducati siecento al anno al predicto vaivoda Stefano, el qual salario chomenza corer dal primo di, chel dito vaivoda Stefano subiugasse la Zuppa di Cataro et lo resto del distretto, e che chora per fina che li dicti luogi stia sotoposti ala vostra signoria. Adesso illustrissimo principo li predicti luogi sono reduti in obedientia vostra per dito vaivoda Stefano molto victoriosamente, chomo e noto ala signoria vostra; ma perche temo el caso fortuito che poria intravegnir, zoe, che se mai vegnisse tanto forza e possanza, la qual cossa non voglia Dio, che me deschazasse dele mie terre et luogi, et tolesse a Cataro el suo distreto, a mi me convegneria fuzer con li mei fioli e la mia fameia a Cataro, e non habiando questo salario, ne alguna cossa del mio, mi convegnerave andar ramengo e demandar lemosina per sostentamento de li miei fioli et mio. Per la qual cossa devotamente richiedo e supplico ala signoria vostra, la qual verso zascuno e meliflua e gratiosa, maxime verso vostri fidelissimi servidori, chel vi piaqua di conciedermi tal salario a mi et a li miei fioli segondo che nel mio privilegio scrive, etiandio sel caso intravegnisse dito di sopra, perchè, excelso principo, le proposito mio e deli mey fioli e de viver et morir soto le ale de la celsitudine vostra.

Responsio. Quanquam nullo modo credere possimus, quod casus iste sequi possit et pro virilitate sua et pro provisionibus, quas omni tempore faciemus, attamen occurrente casu, quod deus avertat, quod status suus et Zuppa perderentur, sumus contenti, quod currat provisio sua, cum hoc, quod obligatus sit et remaneat pro viribus suis reaquirere Zuppam et alia loca, remanentibusque firmis aliis obligationibus, quas nobiscum habet.

Ad secundum. Item supplica ala serenità vostra, che ad uno suo castello chiamato Falem, che sta su uno fortissimo passo, al tempo di besogno, zoe se mai vegnisse la hoste di despoti contra de mi, chome questo anno passado le stada, il conte di Cataro meta per fina 30 persone sufficiente e fedel ala serenità vostra ale spexe de la camera vostra de Cataro, azoche se caso intravegnisse de mi o de li mei fioli, el dicto castello romagna in le man vostre.

Responsio. Fiat ut petitur.

Ad tercium. Item supplica, chel predicto, daspuo che vene soto la obedientia vostra, habiando perso zinquecentonovanta case de vilani, li fo tolti per la hoste di segnor despoti di Servia e bruxade e disfate zinquecento e setanta case, chome apar per uno scuto, e vegnudo in grandissimo bisogno e quasi poverta, priega la benignità vostra, che tre ville, zoe Oblich, Samarsi, Grise, che sono in Albania arente Scutari, le qual sono al presente de la vostra signoria, che sono sta del mio patrimonio, vi piaqua di conciedermi, chome la serenità vostra nel dito mio privilegio ma promesso, zoe di darme e confermar a mi et a li mei fioli tuto el mio patrimonio.

Responsio. Licet optemus in omnibis nobis possibilibus facere de rebus sibi comodis et gratis, attamen sicut alias sue magnificentie diximus, quum tres predicte ville, quas petit, per nostra consilia sint dessignate castro nostro Scutari, in quo magnas expensas habemus, non possumus ullo modo de hoc sibi complacere.

Ad quartum. Item la terra, che fo mia, chiamata Sabiach, ch e al presente di signor despoto, le ne la tal disposition per le grandissime aque, che la impaza, che voiando la serenità vostra, la poremo conquistar. Per la qual cossa supplica ala celsitudine vostra vi piaqua di scriver al conte di Cataro, di Budua, di Antivari, di Dulcigno, di Scutari, per fina ad Alexio a tuti vostri rectori, che quando fera de bisogno, mi dagano la soa zente cossi di quelli de le terre chome li vilani, Et anchora supplico ala celsitudine vostra, vi piaqua di mandar a Scutari do de le vostre lombarde grande, che sarano de bisogno a questo fato; la qual terra habiando havuta, chome fermamente spiero con aiuto de Dio e vestro, non haveremo pensiero pui de alguno nemigo vostro.

Responsio. Quum inpropter nuptias et parentellam secutas inter dominum despotum Rassie et ducem Stefanum, qui hostes sui sunt, si nunc se moveret contra Sabiach, daretur principium multis novitatibus et guerris, que ita de facili componi non possent, suademus, quod velit rem hanc differre ad tempus magis aptum, quum ad amplificationem status sui nos semper reperiet bene dispositos.

Ad quintum. Item el prefato vaivoda, desideroxo di tranquilita et de la soa religion devoto, supplica a la celsitudine vostra, che li preti suo schiavi e le chiesie sono da Cataro per fina ad Alexio, non siano molestadi da li vostri rectori, che vien in quelle parte, ne che li sia fata alguna innovation.

Responsio. Scribemus rectoribus nostris Catari et Albanie, sicut petit, quod nullam novitatem inferrant contra ecclesias et presbyteros sclavos, dummodo celebrent officia sua, sicut per romanum pontificem et concilia eis concessum est.

Ad ultimum. Item el prefato non habiando onde fornirse de cosse necessarie per la fameia, salvo da Scutari, supplica devotamente ala benignità vostra vi piaqua de farme exempto di dacio de le predite cosse, le qual mai non monta quatro ducati al anno.

Responsio. Sumus contenti et sic scribemus comiti nostro Scutari, quod de rebus, quas sua magnificentia emi faciet pro usu domus et curie

sue singulo anno in Scutaro, ne dum per quatuor ducatorum de dacio, sed usque summam ducatorum x. in anno de datio nihil a magnificentia sua accipi permittat. + 105, — 4, — 0.

Senato Mar. vol. V. c. 10. t., u mlet. arkivu.

XXVIII. God. 1453. 21. studenoga, u Mletcih.

Primljeno, da se izaberu poslanici, koji će prisustvovati ženitbi sina hrcega Stjepana.

1453. 21 novembris, in collegio ex auctoritate consilii rogatorum. Quoniam est providendum de ambassiata mittenda ad nuptias filii illustris domini Stefani ducis sancti Save, ut tempore debito illic esse possint, sicut suis oratoribus promissum est, vadit pars, quod eligatur de presenti per scruptinium in isto collegio unus orator ad nuptias predictas, qui possit eligi de omni loco et officio in corpore Venetiarum, et reservetur sibi omne officium, quod haberet. Teneatur respondere statim vel cras ad tercias. Ducat secum famulos sex computato notario cum famulo suo, et teneatur recedere, quando sibi mandabitur per dominium. Vadat cum illa commissione et cum illis donis, que sibi dabuntur per istud collegium. + 17, — 0, — 0. Electus ser Antonius Quirino provisor comunis.

Senato. Mar. vol. V. c. 11., u mlet. arkivu.

XXIX. God. 1453. 30. prosinca, u Mletcih.

Dozvoljavaju se knezovom korbavskim njeke povlastice.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Laurentio Lauredano de suo mandato comiti et Benedicto de Mula capitaneo Jadre et . . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Venit ad presentiam nostram unus nuntius sive orator spectabilium dominorum comitum Corbavie, et parte ipsorum dominorum comitum nobis presentavit tria capitula, et maxima instantia petiit, ut de contentis in ipsis capitulis eis complacere vellemus. Nos vero intellectis dictis capitulis et visa instantia nobis facta per dictum eorum nuntium volentes in his, que honeste possumus, sibi complacere, die x instantis providimus cum nostro consilio rogatorum respondere suprascripto oratori ad predicta tria capitula, sicut inferius intelligetis.

Et primo ad primum, quod subditi ipsorum dominorum comitum possint conducere introitus suos ad terras et loca nostra et recomendatorum nostrorum ac ad nundinas Segne, Arbi et Buccari. — Respondimus, quod intentio nostra est, sicque mandabimus omnibus nostris rectoribus, quod servare debeant concordium factum per ser Nicolaum Basadona oratorem nostrum cum illis spectabilibus dominis comitibus.

Ad secundum de sale conducendo per eos ex Pago Obrovatium. — Respondimus, quod nullo modo pro nunc eis complacere possumus.

Ad tercium, quod possint emere caratellos centum vini de partibus Marchie vel Appulee, sex milliaria inter guadum et alumen et buttas tres olei pro conducendo Obrovatium. — Respondimus, quod licet hoc sit cum maximo incomodo subditorum nostrorum, tamen ut rem sibi

gratam faciamus, sumus contenti, quod omni anno cum navigiis nostris, accipiendo bulletas et contralitteras rectorum nostrorum Jadre, possint conducere Obrovatium caratellos quadraginta vini, buttas tres olei et milliaria tria inter guadum et alumen fecis, solvendo trentesimum et alia datia nostra consueta. Et si contrafacerent in conducendo maiorem quantitatem, ista concessio nullius sit valoris.

Quare cum nostro consilio predicto vobis mandamus, quatenus suprascriptas concessiones nostras observare et observari facere inviolabiliter debeatis; facientes has nostras litteras in cancellaria vestra ad futurorum memoriam registrari, et registratas presentanti restitui.

Data in nostro ducali palatio die XVII mensis decembris, indictione II. MCCCCLIII.

In fronte. Recepte fuerunt infrascripte littere die penultimo mensis decembris MCCCCLIII.

Ducali e terminazioni. Lib. I. c. 127—8., u zadar. arkivu. V. Senato. Mar. vol. V. c. 12., u mlet. arkivu.

XXX. God. 1453. 31. prosinca, u Mletcih.

Nalaže se poslaniku izabranu da prisustvuje ženitbi hercega Stjepana, da na put krene.

MCCCCLIII. die ultimo decembris. Cum alias captum fuerit de mittendo nostrum oratorem ad nuptias illustris domini ducis Stefani cum illis donis, que viderentur collegio, et tempus instet mittendi dictum oratorem, vadit pars, quod subito emantur brachia XX. pani de auro precii ducatorum sex quolibet brachio. Et ex nunc captum sit, quod consiliarii teneantur expedire nobilem virum Antonium Quirino electum oratorem per modum, quod die Jovis in mane omnino discedere possit. Et ultra famulos sex, quos conducere potest, computato notario cum famulo suo, possit conducere alios duos famulos, in quorum numero sit unus interpres pro honore dominii nostri. De parte 132, de non 6, non sinceri 0.

Senato Mar. vol. V. c. 14 t., u mlet. arkivu.

XXXI. God. 1454. 21. siečnja, u Mletcih.

Odobrava se veći trošak za dar, koj se imao učiniti hercegu Stjepanu prigodom njegove ženitbe.

1453. 21 ianuarii. Cum captum fuerit in isto consilio pro expeditione oratoris mittendi ad ducem Stefanum, quod emerentur brachia XX. pani de auro precio ducatorum sex quolibet brachio, et ad dictum precium non reperiantur pani convenientes honori nostre dominationis, que facit donum, vadit pars, quod consiliarii expendere possint usque ducatorum octo pro quolibet brachio dicti panni de auro donandi suprascripto duci Stefano, et isti denarii expendendi de pluri accipiantur per illum modum, quo accepti fuerint vel accipientur denarii pro expeditione oratoris nostri mittendi ad dictum ducem Stefanum. + 65 — 4 — 1.

Senato Mar. vol. V. c. 16., u mlet. arkivu.

XXXII. God. 1454. 22. siečnja, u Mletcih.

Zapovjednici gradova Klisa, Sinja, Zazuine i Petrovca stavljaju se pod zaštitu mletačke vlade.

1453. 22 ianuarii. Quum illustris dominus Stefanus dux sancte Save, defuncta uxore sua, nunc querit contrahere matrimonium cum uxore olim banni Petri pro habendo in manibus suis Clissam et alia loca filiorum dicti quondam banni Petri. Et cives Spaleti, dubitantes plurimum de dicto duce Stefano, qui omnino pretendit ad ducatum civitatis Spaleti, miserunt ad presentiam dominii nostri tres oratores, unum post alium, solicitantes et instantes cum maxima efficacia et precibus, quod quedam capitula et conventiones factas inter comitem nostrum Spaleti et castellanos Clisii, Ifsigne, Zazuine et Petrovaz in accipiendo loca illa sub protectione nostra et recommendisia nostra nomine filiorum quondam banni Petri confirmare dignemur pro evidenti comodo et securitate Spaleti et Tragurii; et omnibus bene consideratis, sit in hoc satisfaciendum supplicationibus comunitatis Spaleti, vadit pars, quod capitula et conventiones predicte auctoritate huius consilii, prout reformate sunt, confirmentur, et mandetur comiti Spaleti, quod cum dictis castellanis concludere debeat secundum formam et continentiam dictorum capitulorum pro castro Clisse solummodo, et non possendo aliter facere concludat etiam pro aliis castris in capitulis contentis.

Et de hac compositione detur noticia serenissimo domino regi Hungariae ac illustri domino Johanni vayvode in illa forma verborum, que videbitur collegio, declarando, quod hoc fecimus ad finem boni, ne illi adolescentes suo dominio privarentur. Et mittatur copia literarum episcopi Scardone circa ea, que petit dicta domina a duce Stefano. + 118, — 18, — 14.

Questi sono capitoli, li quali nuy viceban Thomaso Boinicich, conte Zorzi et conte Pollo castellani de Clissa, Ifsigna, Zazvina, Petrovaz se ne vepnera per le man, e si non chastel de Cluz daremo per Petrovaz, faremo e componemo cum miser lo conte de Spalato e zentilhomeni, rezevando per nome de la illustrissima signoria de Venexia.

Et primo prometemo nui tre chastellani antedicti levar quatro bandere de san Marcho ad ogni requisition e comando de miser lo conte de Spalato, zoe una in Clissa, una in Ifsigna, una in Zazvina, una in Petrovaz se ne vegnera per le man, e se no li daremo Chluz per Petrovaz.

Item prometemo de star ad ogni obedientia et comandamento e conseio de la illustrissima siguoria de Venexia et de miser lo conte de Spalato presente e che succedera, fin tanto che i nostri segnori conte Zuane e chonte Stefano, fioli de condam ban Piero, vegna ad etade de anni 18.

Item prometemo de non praticar mai cum alguna persona per li chastelli del chontado de Cetina, zoe Chlissa, Ifsigna, Zazvina, Petrovaz, over Cluzo in logo de Petrovaz senza volunta e sientia de miser lo conte de Spalato presente e futuro.

Item prometemo de non dar ad alguna persona castello de Tnina et Lab sopra Zara per nesuno tempo senza conseio e saputa de miser lo

conte de Spalato presente e futuro, sempre salvando fedeltà deli nostri signori.

Item prometemo de non dar li dicti castelli a nisuna persona deli nostri signori, zoe al conte Zoane, ne al conte Stefano, ne li fioli de condam ban Francho, se li romagnisse la mita de queste castelli, se no in prima minarli a Spalato e farli obligar con sagramento, come xe havemo obligadi nuy.

Item prometemo, che se per caso manchasse uno de nui tre, uno debia lassar inchargo al altro.

Item prometemo, se chaxo fosse, che nui non podessemo contra el forzo tegnir li predicti chastelli, del qual forzo loro non ne podesse defendere, fazando la signoria de Venexia provisione ali nostri signori per li dicti chastelli et ha nui per nostri servixi, i debiamo dar i dicti castelli ala illustrissima signoria de Venexia.

Item prometemo de observar tuti li sopraditi pati e chapitoli, et star in queli, obligando nui la fede nostra e la anima zurando sul sacramento de santa Croxe, che tute le sopradite promesse observaremo senza alguna fraude o ingano sempre salvando nostra fedelta ali nostri signori, et observandone la nostra illustrissima signoria quello ne promette.

Questi sono li pacti, li quali fa miser lo conte de Spalato cum li zentilhomeni, piazendo ala illustrissima signoria nostra, cum vizeban Tomaxo Boinicich, vir Juray e chonte Chis Paval.

Et primo adesso li dicti debia haver stara 100 de biava, e vegnando de Puia de tempo in tempo siamo tegnudi darli anchora stara 400, che sia 500, zoe mezo formento e mezo orzo.

Item prometemo per adesso darli 4 barille de polvere de bombarda per aiuto de chastelli.

Item quando tornara el nostro ambassador da Venexia, el qual andara per questo fato, el dito conte Pollo cum li altri castellani debia haver ducati 300 d oro, over tante monede.

Item prometemo a dito conte Polo, quando levera bandiera de s. Marcho, zoe da puo conclusi e fermadi dicti capitoli, subito farlo zentilhomo de Spalato e darli chaxa per so stancia e possession a lui e ali so heredi in perpetuum e provision.

Item prometemo de far, che i zentilhomeni de Poliza renderano tuto quello i havesse tolto da puo la morte de ban Piero, zoe de terreni e robe fosse del dito condam ban Piero, over de suo subditi, siando restituido a diti Polizani el so.

Item nui vedando lor bexognosi, che i non possano esser senza nostro aiuto, i debiamo adiutare et defenderli contra ogni persona apertamente et ocultamente, excepta la corona e baroni de Hungaria. E se nui savessemo e vedessemo o aldissemo cossa, che fosse contra el stado deli heredi de condam ban Piero, li debiamo aiutar e defender senza alguna frauda o ingano del mondo contra ogni persona, excepti i sopradicti corona e baroni de Ongaria.

Senato Mar. vol. V. c. 17., u mlet. arkivu.

XXXIII. God. 1464. 6. veljače, u Mletcih.

Uslied glasa, da će Turci udariti na Albaniju, nalaže se ondašnjim knezovom, neka složno rade sa Skenderbegom u tom poslu.

MCCCCLIII. die sexto februarii. Quoniam per literas magnifici Scamdarbegi et omnium rectorum nostrorum Albanie, ac per alias multas vias habetur, Teucrum omnino esse venturum tempore novo cum potentissimo exercitu ad partes Albanie ad destructionem dicti Scamdarbegi, et ad accipiendum omnes terras et loca nostra Albanie. Et ipse Scamdarbegus requirat, ut velimus mandare omnibus rectoribus nostris partium illarum, quod cum sua magnificencia subito taliter se intelligant, quod sua magnificencia possit conservationi civitatum et saluti animarum illarum parcium consulere, et in tempore providere; et coadunatis apud se omnibus viris nostris, suis et aliorum dominorum Albanie, possit, auctore deo, resistere impetui dicti Teucri, et future eius furie. Et sicut omnes intelligunt, conservationi status nostri in Albania nulla alia securior neque melior provisio fieri possit, quam ordinare, quod nostri rectores talem intelligentiam capiant cum dicto Scamderbego, quod omnes gentes et vires Albanie colligantur in unum ad oppositum dicti Teucri; vadit pars, quod ad literas Scamderbegi respondeatur in illa forma, que melior et utilior videbitur dominio, laudando sapientes et utiles commemorationes suas circa provisiones ad oppositum Teucri, et hortando ac animando eius magnificenciam ad potenter et magnanime se parandum contra illum. Et ex nunc sit captum, quod mandetur omnibus nostris rectoribus Albanie, quod his habitis, omnes convenire debeant in illo loco, qui comodior sit Scamderbego, excepta civitate Scutari, et cum sua magnificencia conferre et deliberare debeant de remediis et modis cum quibus resisti possit dicto Teucro, et salvare terras et animas illius provintie, capiendo talem intelligentiam cum dicto Scamderbego, et aliis dominis Albanie, quod omnes potentie illarum partium sint unite ad oppositum dicti Teucri pro honore dei et salute illarum partium. De parte 110, de non 4, non sinceri 3.

Senato. Mar. vol. V. c. 19. t., u mlet. arkivu.

XXXIV. God. 1454. 24. veljače, u Dubrovici na Braču.

Pogodba za izmjenu posjeda.

In Christi nomine amen Anno ab eius nativitate millesimo quadragentesimo tertio, indictione prima, die vigesima quarta mensis februarii actum in villa Dubrovize in domum ser Mathei Nisetich quondam ser Michaelis, presentibus ser Cattarino quondam ser Nicolai de Primis et ser Stephanus Craruncich de villa Gradaz et Franciscus Micich, testibus vocatis et rogatis, ibique Mattheus Joannes Ciprianus Stropanich dederunt, cederunt et libere perpetua venditione a ser Matheus Nisetich quondam ser Michaelis suprascripti unum illorum terrenum proprium vocatum Rasni Ravanci supra valle Ratohotice versus occidentalis e tramontana infra hos confines, videlicet; incipiendo de vrilo ur Prodolzu atque monticulum vocatum Dogne Barce et ab inde o pod zemgie Mattia

Nisetichia ter a Gorgne Bane et de Georgne Bane a Coromacischie u Masline terrena ipsius ser Mathei et de Coromacischie po Redich in domuncula dicti ser Mathei vocata Vidich Cuchiza meiu Glavizzame, et ab inde u Rasohu Prodol. Item unum terrenum vocatum Varch od Rasoche Prodolli infra hos confines de terrena domini ser Mathei ut supra usque terrena ser Mathei vocata Dolcina na Rapiu, et tantum, quantum reperitur infra hos confines cum omnibus suis iuribus salvis versoribus confinis, faciendo per se suosque heredes et successores suos, et pro hoc supradictus ser Matheus dedit et permutavit ad supradictos fratres Stropanich unum terrenum vocatum sub Gracischie et una vallicella apud Strasenenich vocatam Pischiach infra hos congnes: ab oriente maseria supra Glogoviza, a meridie via comunis, et ab aliis lateribus mons comunis et decem ducatos aureos, tantum extimaverunt do Bernardus Slancovich de Dubroviza et Franciscus Mirich de Mustala et Joanes Dobratich, et iuraverunt; quas permutationes partes supradicte promiserunt sustinere vel observare sub obligatione omnium suorum bonorum, et iuraverunt in forma legum. Die 27 februarii publicatum in villa Dubroviza et Culmatii superioris, die vigesima octava publicatum per preconem Michael. Ego cancellarius suprascriptus iuratus extraxi, et ut inveni in libro primo regiminis domini Francisci Barbarigo fuit comes insule Brachie fideliter transcripsi, signoque meo roboravi.

Ex codice pergameno apud familiam Nisetić in vico Selce insulae Brachiae.

XXXV. God. 1454. 25. veljače, u Mletcih.

Knez kotorski oslobadja slikara Lovrinca od dnevne i noćne službe na straži.

1453. xxv februarii. Cum nobilis vir ser Ludovicus Baffo comes noster Cathari propter fidem, labores et laudabilia servitia magistri Laurentii pictoris de Cataro, fecerit eum exemptum a custodiis diey et noctis, sicut apparet per suas patentes literas; vadit pars, quod dicte litere comitis nostri Catari confirmentur eidem Laurentio pictori sicut iacent ad beneplacitum nostri dominii. De parte 93, de non 1, non sinceri 10.

Sen. Mar. vol. V., c. 22., u mlet. arkivu.

XXXVI. God. 1454. 15. ožujka, u Mletcih.

Odredjuje se, da se namah oboružaju tri galije u Dalmaciji.

mccccliiii. die xv martii. Est providendum securitati rerum nostrarum maritimarum cum tali celeritate, quod Teucri, qui amodo sunt in motu, non possint ita de facili procedere ad damna nostra; vadit pars, quod rectoribus nostris Jadre, Sibinici et Tragurii mittantur tria corpora galearum fulcita armis et omnibus neccessariis, et mittantur pro quolibet dictorum locorum ducati mille quingenti, et mandetur, quod de introitibus deinde tam de pecuniis gubernatorum introituum et taxaurariorum novorum, quam de quibuscumque aliis pecuniis nostris, quas accumulare et servare debeant, suppleant ad armamentum dictarum galearum; et

scribatur dictis rectoribus subito per galeam georgiam, quod eligere debeant secundum usum supracomitos, et paratos tenere ballistarios et alios homines galearum taliter, quod applicatis illuc dictis galeis, quas subito mittemus cum comite, patrono iurato et quatuor naucleriis secundum usum, sine amissione temporis possint eas armare.

Et mandetur patronis et provisoribus nostris arsenatus, quod subito poni faciant in aquam tres galeas paratas pro Dalmatia. De parte 125, de non 0, non sinceri 0.

Senato Mar. vol. V. c. 25., u mlet. arkivu.

XXXVII. God. 1454. 18. ožujka, u Mletcih.

Republika odvraća Stjepanu hrcegu sv. Save, da je primila u svoju zaštitu sinove pok. bana Petra, jer joj ovaj bjaše uviek pravim prijateljem.

1454. 18 martii. Illustri domino Stefano duci sancte Save, Illustris et excelse frater noster carissime. Diebus proxime lapsis habuimus vestras literas datas Poblati xx. die mensis ianuarii nuper decursi, et ipsarum continentia particulariter intellecta, auditisque his, que verbo exponere voluit Nicolaus nuncius excellencie vestre, dicimus, quod non opus erat, ut illustris magnificencia vestra tantum nobis regratiaretur, si vestris oratoribus dedimus grata responsa et conformia desiderio vestro, quum in omnibus, que ad nos et res nostras spectarunt, semper vestre excellentie, quam fraterne diligimus, libere complacuimus etiam cum incomodo rerum et subditorum nostrorum, ac omni tempore cupimus facere de rebus illustri magnificencie vestre gratis et acceptis. Respondentes autem ad partem Cetine et aliarum terrarum et locorum, que sunt filiorum olim magnifici banni Petri, dicimus, quod donec dictus bannus Petrus fuit in humanis, cum omnibus rectoribus et subditis nostris Dalmatie multum amicabiliter se habuit, et in omnibus necessitatibus et dubiis status sui semper ad nos cum summa spe recursum habuit, et nos, sicut decebat in his, que honeste potuimus, sue magnificencie favimus. Defuncto autem ipso bauno Petro, castellanus Clisii et nonnulli alii castellani ad nos miserunt, supplicantes, ut filios dicti banni commendatos haberemus. Nos autem, qui consueti sumus favere omnibus amicis nostris et non minus filiis quam patribus, intellecta requisitione dictorum castellanorum, cum ipsis castellanis convenimus sub certis capitulis, quod tenere et conservare debeant Clissium, Ifsignum, Zazvinum et Petrovaz nomine filiorum dicti banni Petri sub protectione et recomendisia nostra, donec ipsi pueri ad decimumoctavum annum pervenerint, non intelligendo ullo modo hanc recommendisiam contra regiam maiestatem et inclitum regnum Hungarie. Hoc eidem fecimus pro comodo dictorum puerorum sine iniuria alicuius, ne mendicare cogantur, persvadentes nobis, quod excellencia vestra pro eius summa sapientia hoc gratum habere debeat, attento maxime, quod hoc idem erga filios omnium amicorum nostrorum occurrente casu servaremus. + 107 — 3 — 3. Facta fuit die xx martii.

Senato Mar. vol. V. c. 26., u mlet. arkivu.

XXXVIII. God. 1454. 4. travnja, u Mletcih.

Uslied molbe občine šibeničke imenuje se za ondješnjega kneza Marko sin umvršega kneza Leonarda Veneria.

Marci Venerio loco patris defuncti ellectio in comitem ad instantiam communis. — Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. egregiis fidelibus nostris dilectis iudicibus, consilio et communitati civitatis nostrae Sibenici. Per litteras vestrorum iudicum displicenter audivimus casum interitus nobilis viri Leonardi Venerio comitis nostri Sibenici, videlicet postquam sic Deo placuit patienti animo tollerandum est; et quoniam cum instantia petiistis, ut concedamus, quod vir nobilis Marcus Venerio filius dicti q. Leonardi loco patris surrogetur etc. nos cupientes vobis, et illi fidelissime communitati nostre complacere, consideratis etiam meritis ipsius patris sui, contenti sumus, quod idem Marcus Venerio, quem habemus ad hoc idoneum et sufficientem, illuc veniat, et loco patris succedat, illudque regimen exerceat per unum annum integrum a die quo illuc attigerit, cum salario, utilitatibus, modis et conditionibus, quibus erat eius genitor, sibique jussimus, ut citissime hinc recedat, et illuc se conferat, ita quod saltem ad festum Paschatis resurectionis Christi ibi sit, et regimen illud intret.

Data in nostro ducali palatio die quarta mensis aprilis, indictione secunda, MCDLIV.

Diplom. Siben. in bibl. palatina Viennae. Cod. supp. 541. p. 116.

XXXIX. God. 1454. 4. travnja, u Mletcih.

Mire uzete, da se obrani Albanija od Turaka, o kojih se držalo, da će navaliti na Albaniju.

MCCCCLIIII. die quinto aprilis. Quoniam undique sonat Teucrum omnino esse venturum ad partes Albanie maxime contra Durachium, est providendum securitati illius per omnem modum possibilem, et cum quam minori expensa nostra fieri potest.

Vadit pars, quod mandetur comiti nostro Catari, quod quamprimum senserit exercitum Turchorum attingere ad partes Albanie, debeat armare fustam nostram, cuius sit supracomitus nobilis vir Aluisius de Canali camerarius Catari, et illam bene in ordine mittere Durachium cum ordine, quod idem nobilis noster attendat ad securitatem et conservationem illius civitatis sicut melius et utilius sibi videbitur, habendo tamen bonam considerationem ad salutem dicte fuste et hominum. Et si Teucri se extenderent per Albaniam, debeat ire per ripperiam Albanie, attendendo ad bonam conservationem illarum terrarum, sicut melius facere poterit.

Mandetur quoque dicto comiti Catari, quod mittere debeat Durachium XII ex provisionatis et fidelibus nostris Catari cum quam minori expensa poterit cum ordine, quod stare et servire nobis debeant in turri s. Elie Durachii per duos vel tres menses proximos.

Et ordinetur, quod patroni et provisores arsenatus teneantur et debeant per primum passagium mittere Durachium illam maiorem

summam pulveris et veretonorum, quam poterunt. Et mandetur Baylo Durachii, quod mittere debeat Venetias illam pulverem et veretonos, qui devastati sunt, ut aptari possint. De parte 125, de non 2, non sinceri 4.

Senato. Mar. vol. V. c. 31. t., u mletačkom arkivu.

XXXX. God. 1454. 12. travnja, u Mletcih.

Republika nalaže svim knezovom u Dalmaciji, neka se prijateljski sa knezom krčkim Ivanom ponašaju, pošto mu ona obrekla svoju zaštitu.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Petro Basadona de suo mundato comiti et Benedicto de Mulla capitaneo Jadre et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Quum servata solemnitate consiliorum nostrorum assumpsimus et acceptavimus in recomendisiam et protectionem nostram nostrique dominii magnificum et potentem dominum comitem Johannem de Frangiapanibus nobilem civem nostrum, dominum civitatis et insule sue Vegle; cupientes, quod idem comes Johannes in eius possessione et dominio prefate civitatis et insule sue Vegle pacifice conservetur, vobis scribimus et mandamus, quatenus ipsum magnificum dominum comitem Johannem pro bono et vero recomendato et nobile nostro habere et tractare debeatis, ac eius subditos dicte civitatis et insule Vegle amicabiliter et favorabiliter et humane in omnibus locis vobis commissis videre et expedire, et si opus fuerit pro favore et comodo ipsius magnifici domini et pro conservatione et defensione sua, ut ipsam civitatem et insulam tenere et conservare possit, vestros favores et subsidia vestra sibi prestare et porrigere debeatis. Nam et ipse viceversa promisit et promittit dare et prestare omnes favores et subsidia sua cum persona, subditis et fidelibus suis dicte civitatis et insule Vegle nobis et nostro dominio pro conservatione et comodo status nostri ac civitatum, insularum, terrarum, locorum et subditorum nostrorum partium illarum maritimarum tanquam bonus et verus recomendatus et nobilis civis noster, ita ut hinc inde hec adherentia, recomendisia et protectio realiter observetur; facientes has nostras litteras ad futurorum memoriam in actis vestri regiminis registrari.

Data in nostro ducali palatio die XII aprilis, indictione II, MCCCCLIIII. F. de la Segia.

In fronte: Recepte fuerunt infrascripte littere die XXIIII aprilis 1454.

Ducali e terminazioni, Lib. I. c. 130., u zadar. arkivu.

XXXXI. God. 1454. 12. svibnja, u Mletcih.

Odgovori na molbe občine šibeničke.

Capitula porrecta eccellentissimo dominio per oratorem Sicensem, et eorum responsiones. — Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Marco Venerio vicecomiti Sibenici et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Sapiens vir Elias Lignicich, orator illius fidelissime communitatis nostre, nobis presentavit nonnulla capitula, ad que cum nostro collegio ex aucto-

ritate nostri consilii rogatorum fecimus nostras responsiones, sicut in fine cuiuslibet eorum huc inferius particulariter continetur. Et primo ad primum.

I. Alla ducal eccellentia et a suo pio et giustissimo conseglio vostro narrando per parte della fedelissima communità vostra de Sebenico, quando la predicta communità venne all' obedienza della serenissima signoria vostra, ve dedi la intrada usada, qual per el passado tutti i altri signori dominanti si haven habudo, ciò è quella del sale e lo trentesimo, e lo resto delle intrade de quella terra romase nel governo de quelli cittadini. Dapo nel processo del tempo quelli cittadini per esser in mazzor gratidezza di vostra signoria vi donò tutto quel resto delle entrade de quella terra, le qual sono da lire quindicimillia in lire decissette millia all' anno più e manco come li datii cresce discresce, cum patto have con la vostra signoria, chi di quelle entrade la vostra signoria promesse pagar li salariadi et officiali vudi de quella terra, ciò è al medicofisico ducati ducento e la casa all' anno, al medico ceruico ducati cento e la casa all' anno, al mistro de scola et due canceleri, cio e uno alla corte mazzor e altro alla corte minor ducati ducento e trenta e le case all' anno, a quatro zudesi della corte mazzor lire sie soldi tredese al mese per cadauno, a tre zudesi al civil lire cinque al mese per cadauno, a tre zudici de campi di Sibenico cum la Zonta li fò francà dapo lire cinque al mese per cadauno, all' armiraio di comun lire octo al mese, a doi procuradori de commun lire doi soldi un per bolecte al mese; ai dui capitanei de nocte lire cinque al mese per cadaun, a tre piazzeri et sie fanti de comun lire cinque al mese per cadaun, a due spicieri salario competente, el qual doppo fò dechiarido ducatti settanta all' anno fra uno e l' altro, come dilla dicta promision appar lettere ducal facte ai sette agosto 1414; e dopo per la vostra serenissima signoria sia sta concesso, se debbia tegnir uno interprete da avanti al vostro rector cum salario de lire cento e quattro all' anno; item due offitiali chiamati gabelotti, i qual attende alla gabella delli sali della camera vostra in Sibenico cum salario de lire cento e cinquanta all' anno per cadauno; item ad un mesurador delli sali alla camera vostra dicta lire cento e quaranta all' anno; item ad un barbier, el qual e tegnudo al tempo de peste salassar le persone, lire quattro soldi tre per boletta al mese. Item ad un capitanio del contado de Sibenico, el qual si è tenudo tegnir certo numero de cavalli et fanti, e star alla diffesa del contado de Sibenico lire trecento all' anno.

Et conciosiachè rector vostro de Sibenico questo feurer prossime passado habbia suspeso tutti li denari della camera vostra di Sebenico, digando, haver habudo in commandamento della serenità vostra, in el qual dici non fa alcuna mentione della detta promissione facta a quella communità; et cum sit, che i dicti servidori vostri ne sono certissimi, che la vostra serenissima signoria li farà observar la predicta promission, considerando i predicti salariadi et officiali esser neccessarii a quella communità, et considerando, che i dicti servidori vostri de Sibenico spontaneamente senza esser astricti hanno donado alla eccelsa signoria vostra non per un anno ne per diesi, se non perpetualmnnte più de lire dieci millia, facte tutte le spese predicte ogni anno; unde per quella fidelis-

sima communità vostra de Sibenico humelmente vien supplicado, vi dignate dechiarir, che li predicti salariadi et offitiali se debbiano pagar delle entrade predicte date alla vostra signoria al modo come è dicto senza alcuna diminution et retenzion di alcuni lazi over decime netti de cadauna gravezza come in quella promission si appar non obstante alcuna parte general o ver special fata per serenissima signoria vostra. Respondeatur: quod quoniam propter multas et maximas expensas nobis occurrentes fecimus hanc provisionem deputandi pro anno isto omnes introitus nostros ad guerram, non videmus posse sibi complacere; sumus tamen contenti, quod medici, magister scolarum et cancellarii communitatis habeant salaria sua consueta iuxta promissiones factas communitati Sibenici sine retentione terratici vel decime, et alii salariati, qui habent a ducatis duobus cum dimidio infra in mense, similiter recipiant solutiones suas, sicut faciebant antequam poneretur dicta pars.

II. Ad secundum. Item vi dignate dechiarir, che tutti quelli dovesse haver dalla camera vostra de Sibenico ultra li salariadi et officiali sopradicti per tutto decembre proxime passado, che è fina al prender di questa nova parte, et non fosse pagadi, che el vostro rector de Sibenico li debbia pagar, non obstante la dicta nova parte. Respondeatur: quod obstantibus provisionibus factis circa recuperationem pecuniarum, non videmus sibi posse complacere, sed in fine anni habebunt pecunias suas.

III. Ad tertium. Item conciosia che secondo havemo inteso la dicta parte vostra dovia cominzar questo zener prossime passado, e le lettere vostre sono vegnude a Sebenico de febrer, et rector vostro da Sebenico non sapiando di questa parte avanti el recever delle lettere di zener et febrer proxime passado, si habbia facto certi pagamenti a quelli dovia haver dalla vostra camara per tutto decembre prossime passado, li qual al presente si domanda in dredo, vi dignate dechiarir, che quello, che è sta pagado avanti el recever delle dette lettere a quelli, li quali dovea haver dalla vostra signoria del tempo, che la dicta parte non era presa, che quelli tali non debbia molestar ad alcuna restitution, perchè dicti dinari, hanno ricevudo, sono spesi, et non si poria pagar se non con gran interessi di quelli, li hanno habudo. Respondeatur, quod inclinati ad eorum commoda sumus contenti, quod omnes pecunie, que per comitem nostrum fuerunt dispensate illis civibus et fidelibus nostris usque die mensis februarii, quo ipse comes habuit mandatum nostrum, remaneant dispensate, sed ab eo die citra omnes pecunie dispensate contra ordinem nostrum, restituantur.

IV. Ad quartum. Item vi dignate dichiarir, che vostro rector de Sibenico per ben e utile della camara vostra di sali in Sebenico possi comprar e pagar li sali a quelli, dalli qual comprarà, e se . . , havissi comprado, quelli possi pagar. Respondeatur: quod sumus contenti, quod illi cives, qui vendent seu dabunt salem suum camere nostre, de tractu dicti salis recipiant solutionem suam de tempore in tempus secundum usum.

V. Ad quintum. Item, che lo rector vostro de Sibenico possi spender in far reparar le due cisterne sono nel castello vostro de Sibenico, perche li soldadi vostri, sono in quella fortezza, non pono star senza aqua. Respondeatur, quod sumus contenti, quod due cisterne arcis Sibenici pro

commoditate stipendiariorum aptentur, sed quod in illarum aptatione et reparatione fiat quam minor expensa fieri possit.

VI. et VII. Ad sextum et septimum. Item che lo rector vostro de Sibenico possi compir una torre massizza, che è nel dicto castello da parte de terrafirma, alla qual non manca se non el coridor e le merladure, e metter a coverto, perche non aconciando, quella stà a periculo di averzirse dalle pioze, aciò che non si perda tanta spesa che è facta nella dicta torre, la qual ha costado non poco di denari. Item, che il vostro rector de Sibenico possi compir tre torri dalla terra da parte di terrafirma, le qual altre volte la serenità vostra concesse, se dovesseno compir, delle qual ad una di esse non manca se non metter la coverta, et le due non mancha se non el coridoro et le merladure e metter a coverto, et hanno le prede condutte li al logo et in parte pagadi i mistri; perche acconciando, quella serà perpetual sigurta del scudo vostro et di quelli vostri servidori, perche primo quella communità confinava con la signoria de Hungari, adesso comenza confinar con li doi possenti, quella di Hungari e quella del Turcho. Respondeatur, quod quidem non possumus contravenire provisionibus factis circa recuperationem pecuniarum, non possumus pro nunc sibi complacere; sed ne dicte turres devastentur, simus contenti, quod turres massizza castri et alie tres turres a parte terre ponantur ad copertum cum quam minori expensa fieri possit, donec turres ipse possunt compleri.

VIII. Ad octavum. Item, che il vostro rector possi pagar li guardiani delli sali, li qual guarda da contrabandi al tempo, che li sali stanno fora della terra, secondo come è usado. Respondeatur, quod sumus contenti, quod custodes salinarum, tempore quo colligitur sal, ne committantur contrabanna, habeant consuetam solutionem, dummodo non habeant de salario in mense ultra ducatos duos cum dimidio.

IX. Ad nonum. Conciosia quella communità de Sibenico haveva inteso, che la serenità vostra pensa armar una galia a Sibenico, me fu commesso a supplicar, intravegnendo questo, che la vostra signoria se degnia conceder a quella communità una galia bastarda, perche le zurme da Sibenico hanno gran possanza et animo, ma non hanno quella destrezza, che hanno altre zurme de qua usade, aciò che bisognando, possino far con mazor animo quello concerne ad honor del stato vostro, dove habbiando galia vergula, non poranno far quello porianno far in la galia più forte; e per altra rason, perche le zurme de Sibenico portano cum esso lor più robbe, de quello portano questi puoveri huomini de qua, perche vanno in esse boni massari da quella terra. Respondeatur: quoniam deputavimus unam galeam, que iam aptata est, non possumus retractare, quod factum est, sed speramus, quod de dicta galea bene contentabuntur.

X. et XI. Ad decimum et undecimum. Item supplicano alla serenità vostra, vi dignati dar quello comito, che altre volte hanno habudo, perche le homo, che sà la lingua schiava, et quello hanno provado per homo sufficiente et animoso in ogni gran fatto, el qual vien dicto Zorzi dalle Calce, della sufficienza dello qual ne sà la magnificenza de misser Alvise Loredan procurator. Item la serenità vostra se degni conceder de gratia a quella communità per patron zurado uno Zuanne Testa, el qual

similmente sa la lingua schiava, et è homo usado in questa arte, animoso in ogni gran bisogno, come molte volte ha demostrado; de questo ne po dar bona testimonianza el ditto magnifico misser Alvise procurator, misser Antonio Diedo advogador, e misser Anzolo de ca da Pesaro. Respondeatur, quod libenter sibi complaceremus, sed quoniam ante eius adventum huc iam ellegeramus et deputaveramus comitos et patronos juratos galearum nostrarum Dalmatie, non videmus posse satisfacere sue requisitioni; speramus tamen, quod de comito et patrono eis dessignato bene contentabuntur.

XII. Ad duodecimum. Et perche el rector vostro de Sibenico, non sapiando certamente, che la galia se dovesse armar a Sebenico, ha mandato per me Elia lire mille novecento e trenta cinque, soldi sedese, delli qual m' ha ordinado dar a signori thesaureri novi lire tricento e ottanta sette, soldi quindeze; item a signori camarlenghi lire mille cento e settanta sette in tutto come è dicto, li qual denari ancora non ha dado, finchè la serenità vostra non sapia, perche questo ho certo la eccelsa signoria vostra, che a Sebenico se puo dir un soldo a poder dar a questa galia, si che la signoria vostra ne espona de questi quello par ala serenità vostra. Respondeatur, quod providimus iam de dictis pecuniis sicut petunt.

XIII. Ad decimum tertium. Conciosia cosa che per la communità de Sibenico ultra quelli capituli sono sta producti alla illustrissima signoria vostra, vien esposto per parte de quella communità, che in el dar delle intrade alla vostra signoria, le qual erano in le man di quelli cittadini, per la vostra serenissima signoria fu promesso, quando la predicta communità volesse mandar qualche imbàssada per li bisogni di quella, fosse pagada dalle dicte intrade donade alla vostra signoria, vi dignate dechiarir, quando per avegnir per quella communità de Sibenico sarà mandada qualche ambasada qui a Venetia o ver altrove per i bisogni de quella terra, se possi mandar et pagare delle dicte entrade alla serenissima signoria vostra donade ut supra, como per la vostra illustrissima signoria a quella communità e sta promesso, et come sin al presente è sta observado, non obstante alcuna suspension delle vostre intrade havesse facto o per avegnir facesse la serenissima signoria vostra, et che la spisa della presente ambasciada se debbia intender sotto la presente dechiaration da dover esser pagada ut supra. Respondeatur: quod de expensis oratorum suorum, quos mittunt ad nos et alias pro negotiis illius communitatis, sumus contenti, quod expense dictorum oratorum solvantur iuxta solitum, non obstante suprascripta parte capta circa recuperatione pecuniarum. — Quare cum auctoritate nostri consilii rogatorum vobis mandamus, quatenus suprascriptas responsiones et deliberationes nostras, prout iacent, observare et observari facere inviolabiliter debeatis, facientes has nostras litteras in actis cancelarie regiminis vestri ad futurorum memoriam registrari, et registratas dicte fidelissime communitati restitui. Data in nostro ducali palatio, die XII mensis maii, indictione II, MCDLIV.

Diplomatarium Sibenicense in bibliotheca palatina Viennae. Cod. 13461, olim 541 p. 116.

*

XXXXIV. God. 1454. 13. lipnja, u Mletcih.

Upućuje se knez zadarski, neka dade uloviti Grgura korbavskoga kneza, ili si prisvoji grad Ostrovicu troškom najviše od 500 dukata.

1454. die xIII. iunii. Rectoribus Jadre. Ser Paulus Darpino, ser Thomasius Maripetro, ser Antonius de Priolis et ser Alexander Bono, sapientes ordinum. — Littere vestre diei primi presentis nobis redite fuerunt, per quas remansimus particulariter informati de oblatione vobis facta de castro Ostrovize, quod habere speratis, si vobis concedamus, quod ducatos v centum et ab inde infra expendere possitis etc. Et respondentes vobis cum nostro consilio rogatorum dicimus, quod pridie ad instantiam nobis factam per oratorem fidelissime comunitatis nostre Jadre propter insultus, rapinas et violentias comitum Corbavie vobis concessimus, quod pro capi faciendo comitem Gregorium, qui est principalis causa omnium malorum, expendere possetis ducatos v centum de pecuniis nostris, et quomodo, si habere possetis dictum comitem Gregorium, haberetis castrum Ostroviçe et omnia que vellemus. Attamen optantes securitatem illius civitatis et quietem illorum fidelium civium nostrorum, si videretis, quod pratica habendi dictum comitem Gregorium duceretur in longum, sumus contenti, quod providere debeatis de habendo castrum Ostrovize, possendo expendere de pecuniis nostris a ducatis v centum infra, sicut melius facere poteritis, habendo tamen bonam advertentiam non exbursandi pecunias nisi habito castro Ostrovize, aut habendo talem cautionem, quod si negotium non haberet effectum, pecunie nostre non amittantur. De parte 98, de non 12, non sinceri 24.

Secreta cons. rog. lib. XX. c. 21. r., u mlet. arkivu.

XXXXV. God. 1454. 30. lipnja, u Mletcih.

Neka knez spljetski izplaća najam za kuću od 60 dukata hrcegu Stjepanu.

1454. 30 iunii. Cum illustris dominus Stefanus dux s. Sabe habere debeat anno singulo a nostro dominio ducatos LX. auri pro affictu domus, que sibi accepta fuit, donec sibi provideatur de una alia condecenti domo, et anno singulo dictus dominus dux sub expensa dictorum LX ducatorum mittat suam ambassiatam ad nos, per quam petit semper de rebus, que sunt cum damno et jactura introituum nostrorum. Vadit pars, quod dicti LX ducati anno singulo sibi solvantur per cameram nostram Spaleti, donec sibi provideatur per nos de una domo convenienti. Et mandetur comiti nostro Spaleti et successoribus suis, quod sub pena ducatorum centum in propriis bonis eorum exigenda per advocatores comunis dare et solvere debeant prefato domino duci vel nuntiis suis dictos LX. ducatos per modum, quod ista de causa amplius ad nos mittere non habeat. Et fiat eis bulletum de dictis LX pro affictu anni elapsi.
Et quod oratores Istrie, Dalmatie et Albanie expediri possint et responderi ad capitula per eos porrecta, sicut melius et utilius videbitur collegio pro non impediendo negotia istius consilii. + 135 — 4 — 2.

Senato Mar. vol. V., u mlet. arkivu.

XXXXVI. God. 1454. 4. srpnja, u Mletcih.

Odobrava se njeki trošak učinjen od kneza spljetskoga.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Petro Basadonna de suo mandato comiti et Benedicto de Mulla capitaneo Jadre fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Sumus contenti et placet nobis, quod pecunias per vos expeditas in donando et honorando filium illustris domini ducis sancti Save, qui diebus decursis illic fuit pro eundo ad s. Mariam de Loreto, et in mittendo barcham unam Venetias cum nobili viro ser Lodovico Novagerio, poni faciatis ad computum nostri dominii et exbursari de pecuniis illius camere nostre, quum credimus, quod non excedat summam ducatorum quindecim auri.

Data in nostro ducali palatio die quarto iulii, indictione II, 1454.

Ducali e terminazioni. Lib. 1. c. 131., u zadar. arkivu.

XXXXVII. God. 1454. 16. srpnja, u Mletcih.

Republika mletačka priznaje zasluge Daniela Jurića Šibenčanina.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Nicolao Diedo comiti Sibenici. Ob egregia et fidelia servitia nobis prestita a Daniele Jurich e Sibenico, „qui in partibus Lombardie et aliis diversis locis laudabiliter se exercuit, et tandem constitutus, sic suis exigentibus meritis, fuit capitaneus gentium nostrarum in partibus illis, in quibus adeo virtuose et strenue se gessit, quod per quoscumque rectores nostros apud nostrum dominium de tempore in tempus fuit singulariter recomissus.“ Ipse possidebat duas villas Barbavessi et Gritze, quae habuit a nostro dominio. Volumus igitur, quod ipsis gaudeant etiam sui filii legiptimi. Quapropter vobis iubemus ita facere, quod eius filius Thomasius habeat omnes proventus ipsarum. Data in nostro ducali palatio die XVI iulii, indictione II, MCDLIV.

Diplom. Siben. in bibliotheca palatina Viennae. Cod. Supp. 541. p. 120.

XXXXVIII. God. 1454. 26. srpnja, u zl. Pragu.

Ugarski kralj Ladislav potvrdjuje Dubrovčanom povlastice dane njim od kralja Alberta.

„Ladislaus dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie etc. rex ac Austrie et Stirie dux etc.“ Comparentes ad presentiam nostram nuncii civitatis Ragusii „Jacobus Marini de Gondola, Nicolaus Saracheni de Bona et Paladinus Petri de Luchari, cives nostre civitatis Ragusiensis, oratores „implorantes confirmationem privilegii sibi concessi a rege Alberto (hic relatum per estensum et „datum in civitate nostra Pragensi penultima die mensis iulii, anno domini millesimo quadrigentesimo trigesimo octavo); nos ipsum confirmamus in totum, speciatim propter merita ab ipsis aquisita in bellis contra Turchum et tempore regiminis nostri, quum respublica illa „tanquam scutum confinium regni nostri Dalmacie barbaricis ac aliorum

sacre corone nostre emulorum insultibus iuxta suum posse non sine grandibus sumptibus et impensis obex facta, maximo regni ipsius fuit tutamento" etc.

„Datum Prage civitate regni nostri Bohemie per manus venerabilis viri domini nostri Nicolai Baxias prepositi ecclesie Agriensis aule nostre maiestatis vicecancellarii dilecti et fidelis nostri vigesima sexta die mensis iulii, anno domini millesimo quadrigentesimo quinquagesimo quarto, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. quintodecimo, Bohemie vero primo. Venerabilibus in Christo etc. Jacobo Ragusiensi archiepiscopo . . . Philippo Boznensi . . . Demetrio Tininiensi . . . episcopis etc.

Origin. pergam. et autenticum notarii Bartholomei dd. 1459. ind. VII. *die 27 mensis ianuarii, in archivio secreto Viennae.*

XXXXIX. God. 1454. 28. srpnja, u Pragu.

Ladislav kralj ugarski zahvaljuje se Dubrovčanom na poslane mu darove.

Ladislaus dei gratia Hungarie etc. rex. Scribit Raguseis leto animo accepisse per suos nuntios „Jacobum Marini de Gondola et Nicolaum Sarachini de Bona et Paladinum Petri de Lucharis pulcra munera non solum rerum sed et fidelitatis ac devotionis vestre parte vestri maiestati nostre offerentes, que nobis tanto graciosa fuerunt, quanto de tam longinquis partibus allata et coram cetu nobilium huius regni nostri Bohemie, non sine optimi exempli fructu, nobis presentata extiterunt", ipsisque gratias agit. Petitionibus nuntiorum suorum assensum prebuit. Noluit juxta desideria sua apponere suo sigilla baronum, quum hoc auctoritas regia non permittit, consuetudinem prosequendo.

„Datum Prage vigesima octava die mensis july, anno domini millesimo quadrigentesimo quinquagesimo quarto, regnorum autem nostrorum anno Hungariae etc. quintodecimo, Bohemie vero primo."

Orig. cart. in forma litterae in archivio secreto Viennae.

L. God. 1454. 30. srpnja, u zl. Pragu.

Ladislav kralj ugarski nalaže upravitelju i vieću dubrovačkomu, da se u naprieda neusude imenovati nadbiskupom ili gradjaninom čovjeka nepoznata ili sumnjiva.

Ladislaus dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex ac Austrie et Stirie dux, nec non marchio Moravie etc. fidelibus nostris nobilibus et prudentibus viris rectori et consilio civitatis nostre Ragusii salutem et graciam. Cum nobis inter ceteras sollicitudines nostras eo maior cura sit conservandi status civitatis illius, quo eadem longe extra ceteras terras nostras posita, ingruente casu sinistro, hostium insultibus facilius patere potest, vigilantius ergo hiis rebus intendimus, ex quibus tranquillitas civium ac salus reipublice civitatis predicte condependent. Quia igitur in ea re et maius et primum est, ut civitas ipsa suspectorum seu ignotorum hominum consorcio et communione vacua propriorum et probatorum civium ac eciam prelatorum et clericorum nota condicione, secura concordia ac tuta pace, intrinsecus tranquilla sit; ideo decrevimus

ac fidelitati vestre sub debito obediencie mandamus, quatenus amodo deinceps ad nullius instanciam quamcunque ignotam seu suspectam personam, nisi cuius fides, virtus et condicio vobis note et probate sunt, in vestrum archiepiscopum aut alium prelatum sive eciam civem assumere et admittere presumatis.

Datum Prage civitate regni nostri Bohemie penultima die mensis iulii anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. quintodecimo, Bohemie vero primo.

Orig. perg. cum sigillo in archivio secreto Vienae.

LI.. God 1454. 3. kolovoza, u zl. Pragu.

Vladislav kralj ugarski piše Dubrovčanom, da će jih njihovi poslanici obaviestiti o mnogom, što jim je ustmeno kazao.

Ladislavus dei gratia Hungarie etc. rex. Scribit Raguseis, quod preter ea, quae in litteris eis significavit, multa alia viva voce communicavit oratoribus et nuntiis suis Jacobo Gondola, Nicolao Bona et Paladino Lucari; ideoque vult, quod fidem prestant omnibus, que ipsi nuntii nomine suo eis expposituri erunt.

„Datum Prage tercia die mensis augusti, anno domini millesimo quadrigentesimo quinquagesimo quarto, regnorum nostrorum Hungarie etc. quintodecimo, Bohemie vero primo."

Orig. cart. in secreto archivio Viennae.

LII. God. 1454. 4. kolovoza, u Mletcih.

Kovatelj krivog novca mletačkoga knez Martin Senjski pozvan na red.

1454. 4 augusti. — „Quum certum habetur comes Martinus Segne cuniari et stampari fecit magnam summam ducatorum, grossetorum et aliarum monetarum falsarum ad stampam nostram, que per cameras nostras Dalmatie et per omnes illas partes multum diffuse sunt cum notabili damno, preiudicio et onere nostri dominii", captum, quod mittatur comiti Martino nuntius, qui eum ad ordinem reducat. + 152, — 0, — 1.

Secr. cons. rog. lib. 20, u mlet. arkivu.

LIII. God. 1454. 21. kolovoza, u Zadru.

Upravitelji Zadra imenuju Stjepana Ruticića Hrvata zadarskim gradjaninom.

In christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, indictione II., die mercurii vigesimo primo mensis augusti, tempore ducatus serenissimi principis et domini domini excellentissimi domini Francisci Foscari dei gratia incliti ducis Venetiarum, nec non regiminis infrascriptorum dominorum rectorum Hiadre. Laudabilis benigne clementie offitium est, ut principes et do-

mini terrarum illis se favorabiles et benignos prebeant, a quibus veram sincerimamque fidem habent circa status eorum dilectionem. Cum ergo vir nobilis Stephanus Ruticich condam viri nobilis ser Ivani de Usdiglia, impresentiarum Ville Ceragne habitator iurisdictionis dominorum comitum de Corbavia semper fuerit zelator honoris et benefitii status serenissime ducalis dominationis nostre Venetiarum etc. et verissimis quam aptissimis experientiis hoc infrascriptis magnificis dominis rectoribus nonque solum eis sed precessoribus et predecessoribus eorum, et precipue post recomissionem de eo factam per litteras illustrissimi domini bani Petri domini tunc tocius Corvatie atque Cetine scriptas magnifico domino Georgio Georgio tunc pro prelibato ducali dominio Venetorum civitatis Jadre honorabili comiti, et inotescat: et supplicaverit devote ac reverenter, se suosque heredes huius egregie comunitatis et civitatis Jadre civem et cives procreari, cum residium temporis sue vite penitus decreverit consumare et perficere, nec non stare, habitare et vivere ac mori sub umbra allarum iam dicte ducalis dominationis nostre. Quocirca predictis attentis et consideratis diligenti consideratione, volentes ipsi Stephano suisque heredibus ob eius fidem et devotionem predictam complacere, cum ita dignum et laudabile esse censemus; igitur nos Petrus Basadona comes et Benedictus de Mulla capitaneus generalis civitatis Jadre et districtus pro illustrissimo et excellentissimo ducali dominio nostro Venetiarum predicto, sedentes pro tribunali in camera residentie nostre solite consilii secreti sita in civitate predicta Jadre secus logiam platee magne, te virum nobilem Stephanum Ruticich predictum cum tuis omnibus heredibus ex te legiptime descendentibus in civem et cives huius egregie comunitatis et civitatis aggregamus, constituimus et creamus, ita quod de cetero quibuscumque honoribus, benefitiis, privilegiis, preminentiis, statutis, provisionibus, concessionibus ac quibuscumque huius egregie comunitatis indultis decetero gaudere possis et valeas ac proinde si legiptimus eiusdem egregie civitatis esses et essetis oriundi cives. Et propterea tenore presentium attente rogamus quoscumque spectabiles dominos rectores, castellanos ceterosque iusdicentes et officiales nostro prelibato dominio subiectos, quatenus ipsum Stephanum suosque filios ac heredes velint et placeant favorabiliter tanquam verum et veros fidelissimos cives et servitores eiusdem serenissime ducalis dominationis nostre in quibuscunque suis negotiis et opportunitatibus commendatos et commendatos suscipere, tractando ipsum et ipsos tum suis fide et meriti tum etiam ad aliorum exemplum benigne et gratiose, ut cognoscat clarius et integre benignitatem illustrissimi ducalis dominii nostri antenominati. In quorum omnium fidem et testimonium has fieri iussimus, et sigillo magno sancti Marci nostri regiminis pendente (muniri). Ex cancellaria Jadre magnifici domini comitis suprascripti die 22 augusti MCCCCLIIII.

Nicolaus cancellarius.

Ducali e terminazioni. Libro I. c. 132, u zadar. arkivu.

LIV. 1454. 23. rujna, u Mletcih.

Pozivlju se Dubrovčani, da naknade štete radi ubojstva i otimačine.

1454. 23 septembris. Communitati Ragusii. Memores esse debent amicicie vestre, quam inmaniter et crudeliter prudens vir Johannes de Beltrame Dragono venetus noster alias fuit per vestros in mari et culfo nostro mortuus et derobatus, recordarique debetis, quantum casus iste nobis molestissimus fuerit, et vobis scripsimus ac cum vestris oratoribus loquuti fuerimus pluries, instantes et requirentes pro debita satisfatione facienda heredibus dicti condam Jacobi. Et licet propter alia multa arduaque negotia nostra rem hactenus dissimulaverimus, non tamen oblivioni dedimus neque neglеximus. Nunc videntes, quod propter silentium nostrum res petracta est et prothrahitur in dies non obstantibus literis nostris pluries vobis scriptis, ac his, que in 1452 diximus vestris oratoribus, qui fuerunt ad nostram presentiam, instituimus pro maiori honestate has nostras vestris spectabilitatibus dare, et requirere ac hortari, quod discreto viro Petro Dragono nepoti et heredi dicti condam Jacobi taliter satisfacere placeat de damno predicto, quod cum effectu satisfactus remaneat, sicut juri et honestati convenit, et quod per alia convenientia media sue indemnitati providere non habeamus sicut requirit immanitas talis homicidii et derobationis. Super quo per harum delatorem responsum expectamus.

Et ex nunc captum sit, quod scribatur et mandetur comiti Curzole, quod mittere debeat has nostras literas per nuncium proprium comunitati Ragusii, committendo eidem, quod portet responsionem, qua habita, provideat quam primum ad nostrum dominium transmittere. + 115, — 2, — 1.

Senato. Mar. vol. V., u mlet. arkivu.

LV. God. 1454. 16. listopada, u Mletcih.

Odgovara se na molbe poslanika plemića i puka zadarskoga.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Petro Basadona de suo mandato comiti et Petro de Mulla vicecapitaneo Jadre ac successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Venerunt ad nostram presentiam sapientes viri Simon de Georgiis orator nobilium et Donatus Luce Subich orator popularium fidelissime comunitati nostre Jadre, et nobis porrexerunt nonnulla capitula, ad que cum collegio auctoritate nostri consilii rogatorum fecimus nostras responsiones, sicut in fine cuiuslibet eorum particulariter continetur.

Et primo serenissimo principi et excellentissimo ducali dominio Venetiarum pro parte magnificorum rectorum Jadre et fidelissime comunitatis et civium civitatis Jadre supplicatur et petitur de gratia et munere speciali. Primo ut dicitur, quod reverendus dominus archiepiscopus multis et variis viis querit coram serenissimum dominium, ut possessiones et bona stabilia sancti Francisci, in quo sunt fratres de observantia, appli-

centur archiepiscopatui Jadre, que res displicent civibus, quia domus sancti Francisci maxima reparatione indiget, ita ut redditus vigintiquinque annorum non sufficerent. Item quia esset contra ultimas voluntates. Supplicatur, ut serenissima dominatio provideat, ne ista fiant, et bulla noviter optenta a summo pontifice et approbata per consilium rogatorum executioni mandetur, ut iustum est. — Respondeatur: quod reverendus dominus archiepiscopus nunquam quesivit nec queri fecit a nobis, quod possessiones ac terrena monasterii sancti Francisci applicentur archiepiscopatui Jadre, et dictum fuerit illi comunitati quicquid voluerit, immo est nostre intentionis et volumus, quod possessiones et terrena monasterii predicti nullatenus alienentur, obligentur aut permittentur per quemquam, sed remaneant ipsi monasterio, ut de ipsarum fructibus et proventibus ecclesia et monasterium reparentur. Et ut hoc omnino habeat effectum, scribemus nostris oratoribus existentibus in curia, quod procurent optinere a summo pontifice, quod possessiones predicte nullatenus vendantur, sed earum fructus et proventus convertantur ad fabricam et reparationem ecclesie et monasterii predicti, sicut magnopere indigent, et quod revocare dignetur ultimum breve scriptum reverendo domino archiepiscopo pro pace et quiete omnium civium et fratrum ac procuratorum ipsius monasterii.

Quia clerici Jadre murmurant per civitatem, ponentes dissensiones et scandala per populum minutum, quod archiepiscopus optinuit a serenissimo ducali dominio unum secretarium, qui veniet Jadram ad inquirendum, si omnes contentantur, quod fratres de observantia, qui noviter de mandato summi pontificis et serenissime ducalis dominationis introducti in domum sancti Francisci, expulsis quibusdam conventualibus, qui luxuriose vivebant, supplicant, ut serenissima dominatio taliter admoneat dominum archiepiscopum, quod ponat silentium suis clericis, ut omnis rixandi materia ammoveatur, quia isti cives desiderant quietem et non dissensionem, ex qua multa mala oriuntur. Et in isto casu male per rectores possit providere absque sue excellentie remedio opportuno, et sic supplicant, ut provideat. — Respondeatur: licet nullatenus credere possimus, quod reverendus dominus archiepiscopus talia scandalosa fecerit per suos presbiteros seminare, tamen faciemus declarare sue reverende paternitati, quod si predicta vera sunt, nobis plurimum displicent, et quod a similibus se abstineat, si charipendat gratiam nostram.

Quia apud vestram serenitatem per quosdam insinuatum est, ut nobiles Jadrae, qui et pauci sunt debitores in maximis pecuniarum quantitatibus ecclesie sancti Francisci, idcirco illi quesierunt, ut expellerentur conventuales et introducerentur illi de observantia, et quia dicta pertinent ad maximam infamiam tam rectorum preteritorum quam presentium, quod noluerunt ius petentibus administrare, supplicatur, ut serenissima dominatio provideat et statuat, quod pertinet ad purgandam infamiam. Respondeatur: scribemus comiti nostro Jadre, quod cogere debeat omnes debitores dicti monasterii ad solvendum quicquid dare debent, ponendo pecunias in camera nostra, donec dispensabuntur in fabrica et reparatione dicte ecclesie et monasterii, et per hunc modum dilucidabitur, utrum dicta divulgatio sit vera nec ne, et erit satisfactum honori omnium, et nemo obloqui poterit.

Quia domus sancti Francisci de Jadra habet unam possessionem extra districtum Jadre in districtu Ostrovicie, et reverendus dominus archiepiscopus sequestravit illos redditus in manibus Jacobi Banovaz rebellis serenissime dominationis, quia Ostroviza suis ductibus ammissa est, et est in banno per totam Dalmatiam, supplicatur, ut serenissima dominatio provideat et admoneat dominum archiepiscopum, ut remaneat sequestrum et interdictum, et ut se de cetero non impediat, ut serenissime dominationi promisit. Respondeatur: quoniam revocatǫ breve apostolico dirrectivo domino archiepiscopo erit satisfactum desiderio dicte fidelissime comunitatis, non videtur nobis aliud innovare, donec habeatur responsio a nostris oratoribus super materia brevis suprascripti.

Quia pro dimolitione sancti Petri de platea comunitatis Jadre exposuit pro privilegiis ducatos triginta duos, supplicatur, ut possint accipere illos lapides, et convertere in fabricam fossi ante portam terre firme. Item quia prope murum civitatis prope citatellam et parte terre firme sunt due ecclesie parve et derelicte, ex quibus leviter posset ascendi ad murum, quarum una est sub vocabulo sancti Antonii alia sanctorum Cosme et Damiani, supplicatur, ut serenissima dominatio vestra scribat summo pontifici pro habenda licentia demolitionis, et ut lapides illi convertantur in fabricam fossi; ex predictis lucrabitur dominatio vestra ducatos quingentos pro fabrica fossi. Respondeatur: de lapidibus, qui fuerunt ecclesie sancti Petri de platea demolite, quos petunt pro fabrica fosse, dicimus, nostre mentis esse, quod in hoc fiat, sicut alias deliberavimus, quum eos lapides habere non voluimus pro aliquo laborerio nostro. De lapidibus vero ecclesiarum sancti Antonii et sanctorum Cosme et Damiani ruendarum dicimus similiter, quod nobis non videtur, quod lapides predicti, qui diu steterunt in fabrica deo dedicata, nunc convertantur in fabricam fosse vel murorum, sed quod ipsi lapides convertantur in aliis fabricis ecclesiarum vel monasteriorum, sicut utilius erit.

Quia Benedictus de Galelis in servitio vestro fuit captivatus ad instantiam domini Thomasii et filiorum comitum Corbavie, et quia comites Corbavie dederunt ducatos quadringentos pro redemptione, cum quibus non potuit redimi, frater dicti Benedicti captivati impignoravit aliqua stabilia dicti Benedicti usque ad ducatos trecentos, supplicatur, ut dictus frater Benedicti, sive Benedictus ipse possent consequi suas pecunias et damnum et interesse super bonis dicti Thomasii et filiorum, que bona sunt in districtu Jadre et Novigradi oppidi vestri. Respondeatur: commissimus oratori nostro, quem misimus Segnam, quod procurare omnino debeat liberam relaxationem ipsius Benedicti per modum, quod speramus, quod ipsum libere habebit. Sed si pro maiori talea ducatorum cccc, quos comites Corbavie exbursarunt, redimetur, scribemus, sicut petunt, dictis comitibus Corbavie, quod solvant illud plus, et committemus rectoribus Jadre, quod non solventibus dictis comitibus illud plus, intromittant tamen de bonis dictorum comitum et subditorum suorum quantum sit pro integra solutione talee solute pro redemptione ipsius Benedicti, sicut iustum est.

Quare cum dicto collegio auctoritate suprascripta vobis mandamus, quatenus suprascripta capitula et responsiones nostras et contenta in eis observare et observari facere inviolabiliter debeatis; facientes has nostras

litteras in actis cancellarie vestre ad futurorum memoriam registrari, presentantibus restitui.

Data in nostro ducali palatio die xvi octobris, indictione iii, mccccliiii.

Recepte fuerunt suprascripte littere die xvii mensis novembris 1454.

Ducali e terminazioni, Lib. I. c. 136., u zadar. arkivu.

LVI. God. 1454. 31. prosinca, u Mletcih.

Pošto je Turčin udario na Škenderbega, daje se nalog pomorskomu podkapetanu, da onamo pošalje jednu galiju na obranu Drača, nepačajuć se u druge stvari, koje se ondje na blizu dogadjaju.

mccccliiii. die ultimo decembris. Quod scribatur ser Leoni Venerio vicecapitaneo culfi in hac forma. Nui semo informadi dal conte nostro de Scutari et dai rectori nostri de Albania, el Turcho haver mandado do de i principali suo bassa contra el magnifico Scandarbego, el qual sta in grandissimo timor et fuga; et per che el paese de Albania non po esser senza tumulto et disturbi assai, ben che nostra intencion sia de observar la paxe, che nui havemo con el Turco, e siamo certi, che lui etiamdio la vora observar a nui, non de men siando la cita nostra de Durazo senza zente con pocha guarda et li altri luogi nostri non ben proveduti, volemo et comandemove con el nostro conseio de pregadi, che recevuda la presente subito dobie mandar nel colfo nostro una de le galie nostre da Veniexia a vui commesse, qual a vui meio parera, con ordene, che zonta a Durazo, et tolta per el patron particular information de le condition del Albania, debia drezarse per i luogi nostri de l Albania e star in Durazo segondo meglio e piu utile lui cognoscera per la salude et conservation de la cita et luogi nostri, non se impazando per alcun muodo nele imprexe de Turchi per non contravegnir ala paxe nostra con el Turcho, la qual come e dito disponemo de observar.

Et ex nunc sit captum, quod scribatur comiti Scutari et aliis rectoribus nostris Albanie in illa meliori forma verborum, que videbitur collegio, quod servare debeant pacem, quam habemus cum Teucro, et in novitatibus, que sequerentur inter Teucros et Scandarbegum se habere debeant per modum, quod non contraveniant aliqualiter paci, quam cum Teucro habemus. Et teneantur consiliarii sub pena ducatorum iii centum pro quolibet in primo consilio rogatorum fieri facere electionem provisoris Durachii cum conditionibus captis.

De parte 160, de non 3, non sinceri 1.

Secreta consilii Rogatorum XX. c. 52 tergo, u mlet. arkivu.

LVII. God. 1455. 6. veljače, u Mletcih.

Mletčani mole Stjepana Crnoevića, neka povrati Budvanom zemlje, koje jim je oteo.

1454. 6 februarii. Venetiis. — Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. magnifico Stephano Cernovich capitaneo nostro in partibus Xente, dilectissimo nostro, salutem et dilectionis affectum. Dilectis-

sima universitas nostra Budue fecit nobis exponi et supplicari, quod cum magnificentia vestra habeat et teneat nonnullas possessiones et terrena eorum, dignemur providere, quod rehabeant bona sua predicta; et licet nobis persvadere non possumus, quod vestra magnificentia velit de bonis subditorum nostrorum quidquam indebite tenere, rogamus bene et sincere requirimus magnificentiam vestram, quatenus placeat pro debito iuris et iustitie et pro nostra complacentia taliter se componere rem universitatis predicte in facto dictarum possessionum et terrenorum suorum, quod ab eis amplius non molestemur.

Data in nostro ducali palatio die 6 mensis februarii, indictione 3, 1454.

Originale in archivio veneto.

LVIII. God. 1455. 15. veljače, u Mletcih.

Ugarski poslanici pozivlju Mletčane u rat proti Turčinu.

MCCCCLIIII. die XV februarii. Quod venerabili utriusque iuris doctori domino Alberto archidiacono transilvano, oratori serenissimi regis Hungarie, et illustrissimi domini Johannis supremi capitanei ipsius regni ac aliorum baronum Hungarie, ac spectabili militi domino Junio de Gradibus, oratori illustrissimi domini despoti Servie, qui nuper ad nos se contulerunt, et sub litteris credentialibus explicaverunt nobis conditiones illarum partium ac dispositionem optimam, quam corona Hungarie et alii domini antedicti habere videntur ad procedendum anno isto potenter et magnanime ad exterminium Teucrorum, pro quibus ex Grecia propulsandis necessariam esse asseverant maritimam classem nostram, ad quam parandam longo verborum ordine nos plurimum hortati sunt, ut tam sanctum opus profici possit, quodque profecturi sunt ad romanum pontificem et ad regiam maestatem Aragonum et ad alias potencias etc. ad impetrandos favores suos, sicut per serenissimum dominum ducem huic consilio seriosius relatum est, respondeatur:

Quod quemadmodum proximis diebus diximus eis, profecto valde libenter vidimus et intelleximus ipsos oratores tum respectu dominorum suorum, quibus magnopere afficimur, tum respectu rei, pro qua mittuntur, que tam saluberima tam sancta diiudicanda est, ut nil supra excogitari queat, quandoquidem honorem omnipotentis dei nostri ac gloriam christiane religionis concernat. Nec satis ex hoc serenitatem ac excellentiam dominorum suorum possumus laudare. Nos vero non multum opus esse putamus aliter recensere sinceram ac perfectam animi nostri dispositionem, quam experientia multarum rerum preteritarum satis omnibus documento esse potuit acque potest eorum, que continuis temporibus contra perfidos Teucros spretis omnibus periculis et impensis agere conati sumus, quantamque etiam iacturam in miserando casu excidii Constantinopoli nunc ultimo susceperimus maxima cede et destructione nostrorum, aliter declarare pretermittemus, que omnia maiorum nostrorum vestigia prosequentes intrepidis animis semper fecimus.*

Et quoniam, sicut nobis retulerunt, profecturi sunt ad summum pontificem, ad regiam maestatem et ad alias potencias etc. dicimus, quod intelligetur tunc, quid sua sanctitas ac alie potencie facere volent, et favores, quos contribuere habebunt, et nos repperiemur illius bone mentis,

cuius per elapsum fuimus, sicuti etiam alias dici fecimus romano pontifici et serenissimo domino romanorum imperatori. De parte 16.

Consiliarii: Ser Alvisius Foscarenus doctor; sapientes consilii: ser Nicolaus Bernardo, ser Pasqualis Maripetro proc., ser Orsatus Justus miles. Volunt partem suprascriptam per totum usque ad * et postea dicatur: Ideoque dicimus id ipsum, quod alias explicari fecimus romano pontifici et serenissimo domino romanorum imperatori, videlicet quod moventibus se aliis potenciis christianis contra Teucros, repperiemur illius bone mentis, cuius per elapsum fuimus. De parte 142.

Sapiens consilii: ser Jacobus Lauredano. Quod differratur ad diem tunc proxime futurum. De parte 10, de non 1, non sinceri 1.

Secreta cons. rogat. XX. c. 56 tergo, u mlet. arkivu.

LIX. God. 1455. 8. ožujka, u Mletcih.

Na ponude kralja bosanskoga, da si uzme Knin, republika odgovara, da ga ona neće, a da si ga on uzme slobodno.

1455. 8 marcii. Quod egregio viro Nicolao Testa oratori serenissimi domini regis Bossine, qui post salutationes et oblaciones advisat et declarat nostro dominio de ambitione quam habet comes Cilie auferrendi nobis Dalmatiam, et de ipsius erga nos mala dispositione et intencione. Et propterea hortatur, ut accipiamus castrum Tnine, quod est caput et principalis locus Croatie: et si qua de causa ipsum accipere nollemus, suaderi faciamus heredibus comitis Pirchi per oratorem nostrum, ut ipsum castrum tradant dicto serenissimo regi citius quam alicui alteri cum promissionibus convenientibus eis per ipsum serenissimum dominum regem et nos fiendis. Et quando etiam ipsum locum darent predicto comiti Cilie, esset contentus inhire nobiscum ligam contra dictum comitem Cilie et alios, qui contra ipsam ligam in illis partibus facere vellent; et esset necesse, ut penes eius serenitatem nostrum haberemus oratorem cum libertate circa praticas, que occurrerent. Respondeatur:

Quod audivimus et intelleximus ea, que prudentissime nobis exposuit, et de advisatione et informatione parte illius serenissimi domini regis nobis data de intentione et dispositione comitis Cilie et rebus Croatie sue serenitati maxime regraciamur, et similiter de oblatione nobis facta, si attendere volumus ad habendum castrum Tnine, nam cognoscimus suam serenitatem se movere ex singulari eius erga nos fraternitate et amore. Et dicimus, quod ne nova suboriatur causa discensionis et scandali inter coronam Hungarie et nos, et aliis rationabilibus respectibus non videtur nobis de dicto castro pro nobis nos impedire. Sed affecti prefato serenissimo domino regi Bossine et amplificationem status sui plus quam proprii exoptantes, nedum dicimus nobis placere, sed hortamur et laudamus, ut ipsum castrum Tnine habere solicitet. Et tenentes indubie, quod existente illo in manibus sue serenitatis, reputare poterimus ipsum esse in nostris, parati sumus suaderi facere heredibus quondam banni Pirchi, quod si impotentes erunt conservare per se castrum predictum Tnine, cum dicto domino rege citius quam cum alio concordium capiant, illud tradant sue maiestati. Et in hoc et in quibuscumque aliis pro eius

serenitate semper faciemus omnia, que honeste facere possumus, tanquam pro amico nostro carissimo. De parte 123, de non 4, non sinceri 3.

Secreta consilii rogatorum XX., u mlet. arkivu.

LX. God. 1455. 8. ožujka, u Mletcih.

Odgovara se na molbe podnesene od poslanika krbavskih.

Pro comitibus Corbavie. Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Petro Basadona de suo mandato comiti et Petro de Mula vicecapitaneo Jadre fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Venerunt ad presentiam nostram duo honorabiles oratores magnificorum comitis Thomasii et comitum Johannis et Gregorii filiorum suorum, nobisque presentaverunt nonnulla capitula, ad que fecimus nostras responsiones, sicut per inclusum exemplum, quod ad vestri clariorem informationem mittimus, particularius videbitis. Quare volumus, quod dictas responsiones et deliberationes nostras observare et observari facere debeatis.

Preterea quum oratores predicti instantissime supplicaverunt, ut circa primum capitulum sibi dari facere velimus literas nostras in forma autentica, ut omnes intelligant, nos eos acceptasse ad gratiam et benivolentiam nostram, quia parati sunt per suas literas patentes promittere et obligare se ad omnia contenta in capitulo suo; volentes eorum votis satisfacere, vobis mittimus his adiunctas literas nostras patentes, per quas declaramus, eos acceptasse ad gratiam nostram; quas quidem literas volumus, quod dictis dominis comitibus vel eorum nuntio designari faciatis, postquam vobis consignaverint literas suas patentes, per quas nobis promittant et se obligant de contentis in capitulo suo suprascripto, quarum copiam penes vos retinebitis, et autenticum nobis mittetis.

Data in nostro ducali palatio die VIII martii, indictione III, MCCCCLV.

MCCCCLV, die VI martii, in collegio ex auctoritate consilii rogatorum.

Quod oratoribus magnificorum comitum Thomasii Corbavie et Johannis ac Gregorii filiorum suorum respondeatur in hac forma, et

Primo. Serenissimo et illustrissimo ducali dominio suoque pio et gloriosissimo consilio, per parte di devotissimi amici e servidori dele excelse S. V. conte Thomaso de Corbavia, conte Zuane e conte Griguol suo fioli vien exposto: Cum sit, che da longo tempo in qua li diti conti sia sta boni amisi e servidori de la vostra S., et azio habiamo cason da mo avanti de ben in meglio seguir como li desidera, supplicano, che la V. I. S se degni acceptarli per suo boni amisi e servidori, et haverli per recomandadi in tute le sue cason, offerendosse li diti esser semper ad ogni favor e servisio dela V. S. como boni amisi e vicini in tutte le cosse i porano far per utile e stado de questa S. contra chadauna persona salvo contra la corona de Ungaria. Et ad ogni requisition dela V. S. li diti offerise mandar un di diti fioli a soldo e servicio vostro cum tute quelle sume de cavalli e zente, che porano far, over tanto, quanto piacera ala S. V. cum qualche provision, che parera ala V. S. esser condegna, et che la I. S. V. se degni de zo scriver ali rectori vostri,

azo li diti conti vostri possa andar e star in le terre e luogi della V. S., come per lo passato hano fato liberamente. — Ad primum, quod gratissimum nobis fuit et est intelligere ex verbis suis bonam eorum mentem et dispositionem ad servitia et alia omnia, que dominio nostro grata et accepta sint, quum ipsis et magnifice domui sue semper fuimus singulariter affecti, et ad eorum comoda inclinati, sicque in futurum esse disponimus, nisi pro eis deficiat; et oblationem comitis Gregorii in veniendo ad servitia nostra cum gentibus suis grate audivimus, et licet per dei gratiam ex omni parte pacem habeamus, tamen cum tempus evenerit, memores erimus huius oblationis sue, et providebimus facere de rebus, que sint cum honore et comodo suo. Volumusque, quod ad terras et loca nostra omni tempore venire et stare possint tanquam boni amici nostri. Sed svademus, quod ipsi etiam velint nobiscum bene honeste vicinare, et providere, quod non fiant de rebus, que per elapsum facte fuerunt.

Item cum sit, che per un soldado over castellan deli diti signori si e sta prexo un citadin de Zara per nome Benedeto di Galleli contra la volunta e consentimento deli diti signori, i qual de zo alguna notitia non havea, e deboto sentido, che li have questo, li diti signori mando dal dito castellan, che al tuto el dovete lassar el dito Benedeto de Zara, el qual vedendo le intention loro, se levo del castello una nocte, e meno el dito Benedeto in un castello del conte Doimo de Segna, e li lo he tignuto e fato scuoder contra la volunta et intention deli diti signori, li qual per recuperar e scuoder quel Benedeto per pieta, hano impigna due ville loro per ducati 400, li qual hano dato per parte del rechato del dito Benedeto, e questo do mente, che per la V. I. S. se possesse cognoscer el deffeto de chi e processo, e per che manifestamente par, li dicti signori esser innocenti de questo. Impero supplica, che le V. S. se degni proveder, che li diti signori non habia questo danno, et che li denari per loro sborsadi, li siano refati over dala S. V., over da quel Benedeto, over da chi par ale V. S. de questo esser sta colpevole, perche el non seria rasonevole, che li diti signori havesse questo damno, non habiando fallido. — Ad secundum, quod sicut ipsimet fatentur, Benedictus de Gallelis nobilis noster Jadrensis fuit in territorio nostro per unum eorum castellanum, qui ipsum pluribus diebus captivum dettinuit in ipso castro et per terras ipsorum comitum conduxit ad terras et loca comitis Doimi, non posset per quemquam aliter dici, credi neque excogitari, queque non de ordine suarum magnificenciarum saltem de scientia et voluntate sua predicta omnia facta sunt. Nos enim multos castellanos habemus in civitatibus et terris nostris, et non est ipsorum aliquis, qui auderet quicquam facere sine licentia nostra. Propterea nobis videtur et volumus, sic suadente iustitia et iure, quod totam taleam presentem solvere debeant; et loquentes cum ipsis dominis tanquam cum bonis amicis et vicinis nostris, suademus et consulimus, quod pro honore et debito suo satisfaciant integre solutioni talee imposite dicto Benedicto, et taliter procedant contra dictum castellanum suum, quod omnes intelligant, eis displicuisse violentia per eum commissa in territorio nostro.

Item la V. S. se degni conceder de grazia, che el sal e altre mercadantia possa audar liberamente a Schrixa et Obrovazo, luogi a marina de i diti signori, pagando li datii consueti como vano a Segna. — Ad

tertium quoniam sicut ipsimet sciunt, hoc esset cum totali iactura camere nostre et introituum nostrorum, non vidimus posse ipsis complacere.

Item che li diti signori possa correzer e castigar li suo villani per disobedientie et altre cativita, che li diti fesse contra de loro, licet si siano in destreto de Zara, come sempre per lo passato hano fato come conti liberi; remagnando pero piena liberta ali vostri rectori de Zara de proceder in civil e criminal contra li diti villani per li delicti, che i fessero contra li subditi dela V. S. — Ad quartum licet vellemus in omnibus eis complacere, tamen cum hoc cederet ad onus dominationis nostre, que semper fecit jus et justitiam omnibus amplissime ministrari, non possumus sibi complacere, maxime considerato, quod in Dalmatia sunt de aliis, qui hoc idem a nobis peterent.

Item conzosia che li diti suo signori hano certi Morlachi, li qual sono loro subditi, e como schiavi de maxena li diti zenza special licentia deli signori non puol partir del suo teritorio, e sono obligadi servir de certe regalie deputade ali diti signori, e per che da algun tempo in qua i hano comenza a fuzir e partirse del distreto de i diti signori zenza loro licentia, e molti sono reducti in li distreti vostri de Zara e de Nona ad habitar in grande damno e preiuditio deli diti signori. Impero i diti signori humelmente supplica, che la V. S. se degni scriver ali dicti rectori vostri de Zara e de Nona, che quelli tal Morlachi como homeni subiecti ali diti signori, li debia restituir e far tornar nel loro teritorio, e damo avanti i non deba acceptar quelli, che fucisseno zenza licentia et si pur star nel tegnir de le vostre signorie li diti volesse, che al men li sia tegnudi de le regalie usadi ali diti signori. — Ad quintum, quum de huiusmodi Morlachis nullam informationem habeamus, scribemus rectoribus nostris Jadre, quod suis magnificentiis ius et iustitiam faciant, et non permittant, quod de iuribus et iurisdictionibus eorum quicquid accipiatur.

Item cum sit, che per lo re de Ungaria sia sta da ali diti signori tuti li beni de un certo infedel subdito dela corona de Ungaria per nome Thomaso Tvardoevich, el qual e morto, e per che parte di diti beni sono in destreto de Zara; impero supplica e domanda, che le V. S. se degni in execution et observation dele concession del dito re de Ungaria far ali diti sigoori dar possesso e lassar usufructar li diti beni, che sono nel vostro distreto come cossa loro et a quelli attribuita. — Ad sextum quum Thomasius Tvertovich mortuus est in terris nostris, et per eius testamentum disposuit et ordinavit negotia sua, non possemus salvo iure ordinare, quod de bonis dicti quondam Thomasii aliter fiat, quam fuerit voluntas sua, quum de banno sibi dato in regno Ungarie non habemus nos impedire; tamen scribemus comiti nostro Jadre, ad quem mittere possunt, quod ius et iustitiam eis ministrare debeat.

Item cum sit, che al presente li diti signori se trovano mal in ordene de monition in le so fortezze, et per che i dubitano si del conte de Cilia come etiam de Turchi; impero supplica ala V. S. elo piaza imprestar a quelli fin balestre 25 de veretoni, e barili 40 de polvere de bombarda per segurta e deffesa dele sue forteze; e tute queste cosse dimanda dala excellentissima S. V. de gratia special. — Ad septimum quum propter guerras Lombardie et propter classem maritimam, quam costra Teucros

tenuimus et in fulciendo omnia loca et civitates nostras maritimas consumpsimus omnes munitiones nostras, non videmus ullo modo, sicut optaremus, posse eis complacere pro nunc, sed cum tempore nos reperient ad eorum comoda sincere dispositos.

Ducali e terminazioni. Lib. I. c. 140., u zadar. arkivu.

LXI. God. 1455. 8. ožujka, u Mletcih.

Podanici korbavskih knezova na mlet. tlu neka si traže pravo kod zadarskoga kneza.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Petro Basadona comiti de suo mandato Jadre et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Sicut nobis exposuit egregius vir Johannes Pthenisinich ad presens apud nos orator pro magnificis comite Thomasio et comitibus Johanne et Gregorio filiis suis quotiens vult conveniri facere agricolas suos ville Vdrognich coram vobis et offitio vestro, comes noster None dicit, quod coram eos debent conveniri. Et e converso quotienscumque artantur coram comite None, vos dicitis ad forum vestrum spectare, et hoc modo impeditur, quod contra dictos agricolas ius habere non potest. Unde supplicavit, ut dignemur declarare et ordinare, ad forum cuius vestrum recurere debet, ne ab altero impediatur. Quare deliberamus cum nostro collegio, quod ius suum contra dictos agricolas prosequi debeat coram iudicio vestro, et quod comes None ullo pacto se impedire amplius debeat; sicque volumus et vobis mandamus, quatenus de cetero observare et observari facere debeatis.

Data in nostro ducali palatio die VIII mensis marcii 1455. Recepta die VII iunii sequentis.

Ducali e terminazioni. Lib. I. c. 142., u zadar. arkivu.

LXII. God. 1455. 13. ožujka, u Mletcih.

Daje se naputak Ivanu Bolaniu odredjenu za providura u Draču.

MCCCCLV. die XIII. martii. Quod fiat commissio ser Johanni Bollani ituro oratori nostro ad partes Albanie et provisori in Durachio.

Nos Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro Johanni Bollani dilecto civi et fideli nostro, quod in dei nomine vadas noster provisor Durachii et orator ad partes Albanie. Et quoniam magnopere optamus pro sanitate et fortificatione civitatis nostre Durachii, quod fiant tales cavationes de marina ad baltam, quod crescentibus aquis maritimis intrent dictam baltam, et decrescentibus exeant ad mare, volumus, quod accelleres iter tuum Durachium, ad quem locum quam primum applicueris, debeas esse cum baylo nostro, et sibi dare noticiam de causa, propter quam illuc te misimus. Deinde dabis solicitam operam simul cum baylo nostro ac cum ingeniario, quem tecum mittimus, ac simul cum illis intelligentibus et fidis personis, que tibi videbuntur, de examinando locum sive loca, in quibus fieri debebunt dicte cavationes tam a parte superiori quam inferiori dicte balte. Et facta

deliberatione de locis et modo dictarum cavationum, solicitabis totis viribus tuis, sicut de tua prudentia confidimus, quod dicto operi in dei nomine detur principium, medium et optatus finis.

Operarios necessarios ad dictum opus procurabis habere de Durachio, de Scutaro, Drivasto, Alexio et Dagno in isto principio, sicut melius facere poteris. Et quoniam ex resanatione aeris et fortificatione Durachii, omnes domini et homines partium illarum recipient multa commoda et securitatem, volumus, si tibi videbitur, quod procures per illa media, et modos, qui tibi utiliores videbuntur, de inducendo magnificum Scandarbegum, Arnitum et Musachium Topia et alios dominos illarum partium, quod mittant operarios suos ad dictum opus; denotando tibi, quod oratores Musachi Topie, qui ad nos fuerunt, obtulerunt, quod dictus Musachi mittet operarios v mille ad dictum opus suis expensis. Quibus quidem operariis sumus contenti, quod providere possis de illo pane et vino vel de illis paucioribus pecuniis in die pro eorum expensis, que tibi possibiles erunt, et dictas expensas facies de pecuniis camere nostre Durachii, quas quidem pecunias volumus, quod in aliqua alia re non expendantur quam in fabrica predicta, excepto salario bayli nostri, tui provisoris, ingeniarii, castellani, comestabilium et omnium stipendiariorum et excepta provisione Scamderbegi et Musachii Topie. Et si per nos etiam cum consilio rogatorum scriberetur, quod fierent alique solutiones contra hanc commissionem, volumus, quod ipsas literas observare non debeas.

Dare tibi fecimus badilia — acuta et vangas — assides — et libras — feramentorum, ut commodius et celerius dicta laboreria fieri facere possis.

Postquam dederis debitum ordinem et formam operi dicte balte, quando tempus aptum et commodum tibi videbitur, volumus, quod visitare debeas magnificum Scamderbegum, cui presentatis nostris credentialibus literis et oblationibus, declarabis, quod dominatio nostra, que sue magnificencie affecta est et ad eius comoda inclinata, ordinavit, quod de Scutaro, Alexo et Durachio sue magnificencie detur provisio sua annualis de introitibus camerarum illarum pro observatione promissionum nostrarum, quas quidem promissiones sua magnificencia erga nos etiam debet velle servare, videlicet in providendo et ordinando, quod caravane et homines illarum partium veniant ad accipiendum de sale nostro, et ad conducendum de rebus et mercationibus suis ad terras et loca nostra, ex quibus sicut scit suam provisionem habere debet, quoniam deficientibus introitibus nostris illarum civitatum, non posset habere pecunias sue provisionis. Et cum his et aliis verbis et rationibus, que tue prudentie videbuntur, instabis et procurabis inducere suam magnificenciam, quod permittat venire caravanas ad terras et loca nostra, et amicabiliter et humane se habere cum omnibus rectoribus nostris. Et ut hec omnia debite justificare possis, dari fecimus tibi copiam capitulorum concordii facti per nobilem virum Andream Venerio cum ipso Scamderbego, quoniam de capitulis per antea factis cum sua magnificencia in Scutaro plenam noticiam habebis.

Si sua magnificencia aliquid tibi diceret de capitulo pacis ultimate concluse cum Teucro circa receptum non dandum in terris nostris hosti-

bus suis, justificabis dictum capitulum cum convenientibus verbis et rationibus, sicut pro prudentia tua facere poteris et scies.

Visitabis etiam magnificos Musachium Topia et alios dominos partium illarum sub nostris credentiasibus literis, quas tibi dari fecimus, providendo et instando, si tibi videbitur, cum illis humanis verbis et rationibus, que utiles tibi videbuntur, quod sue magnificencie contribuant et mittant operarios suos ad opus illud utilimum Durachii, et permittant, quod caravane et homines partium illarum sicut per antea veniant cum suis mercationibus et pro sale ad terras et loca nostra.

Quoniam in partibus illis multas et maximas expensas habemus, que quotidie inutiliter crescunt, et introitus nostri diminuuntur, volumus, quod quando aer erit infectus in Durachio per modum, quod ad opus illarum cavationum laborari non possit, debeas te conferre Scutarum, et simul cum comite nostro diligenter videre et examinare omnes introitus et expensas nostras, cassando omnes expensas inutiles, et limitando ac reducendo eas ad res utiles et necessarias, sicut de prudentia vestrum dominorum confidimus. Dacia autem omnia nostra diligenter etiam examinabis simul cum comite nostro, et providebis omni tua industria, quod augeantur et amplientur pro utile et comodo dominii nostri.

Et quoniam alias providimus cum nostro consilio rogatorum, quod fieret nova descriptio omnium domorum existentium in territorio nostro Scutari et aliorum locorum nostrorum, et quod omnes ponerentur ad solutionem ducati, modii, brochi et sochi, sicut per copiam dicte partis particularius videbis, volumus, quod simul cum comite nostro Scutari omnino talem ordinem et modum adhibeas, quod fiat dicta descriptio de villa ad villam per totum territorium Scutari, et quod omnes ponantur ad solutionem ducati, modii, sochi et brochi, et de hac descriptione teneatur tam clarus particularis et ordinatus computus per camerarium Scutari, quod circa exactionem illius dominium nostrum defraudari non possit. Preterea volumus, quod cum auctoritate nostra et nostri consilii rogatorum tales et tam autenticas scripturas fieri facere debeas in cancellaria deinde, quod aliquis comes noster Scutari neque aliquis rectorum nostrorum Albanie non possit nec debeat de cetero concedere alicui aliquod terrenum, nisi solvendo ducatum, modium etc., neque possint eximere vel exemptare aliquem a dicta solutione ullo modo; ymo volumus, quod omnes exemptiones factas de solutione dicti ducati, modii etc. sine nostro consilio rogatorum omnino revocare et annullare debeatis, et illas, que facte essent, cum nostro consilio suspendere debeatis ad arbitrium dominii nostri. Non intelligendo in hoc terrena proniariorum, quoniam cum suis equis nobis servire tenentur. Preterea, quoniam sunt aliqui proniarii, qui jure proniarum suarum tenentur nobis ut supra servire cum suo equo, et habent in Scutaro equos ad latinam et aliter, et tamen non serviunt nisi cum uno equo, pro quo habent duo stipendia contra mentem nostram et contra justitiam et honestatem, volumus, quod simul cum comite Scutari subito fieri facias descriptionem omnium proniariorum nostrorum ac etiam omnium habentium equos ad latinam et albanensem, cassando omnes equos latinos et albanenses, quos proniarii haberent ultra equos, quos iure proniarum suarum tenere debent. Verum si aliqui proniarii, qui iure proniarum suarum non obligarentur tenere equos, haberent

equos latinos vel albanenses, sumus contenti, quod illos habeant et serviant iuxta solitum. Sunt etiam aliqui, qui habent equos latinos et albanenses pro restauro et aliis de causis, volumus, quod etiam istos cassare debeatis, declarando in scriptis, quod tanto tempore habuerunt equos, quod sunt debite restaurati, et ideo eos cassastis, quia ample sunt satisfacti.

Expeditus de Scutaro, ibis Drivastum, Alexium et Dagnum, examinando introitus et expensas omnes illorum locorum, quas limitabis, cassabis et regulabis, sicut de Scutaro tibi diximus. Et hoc idem observabis de descriptione domorum et exactione ducati, modii, brochi et sochi, ac de equis proniariorum ut parsimonizentur, et non proiiciantur pecunie nostre.

Ibis preterea Dulcignum, Antibarum, Buduam et Catarum, examinando omnes introitus et expensas dictorum locorum, cassando et limitando ut supra expensas superfluas, que multe sunt, sed in Cataro omnia facies unite cum comite nostro; et de omnibus, que feceris, solicitabis nobis mittere unum extractum pro informatione nostra. Et quoniam in territorio Dulcigni, Scutari et aliorum locorum plantate fuerunt multe vinee per districtuales contra formam privilegiorum nostrorum, et tamen ipsi districtuales nichil solvunt dominio nostro, volumus, quod limitare et statuere debeas, quantum quilibet districtualis solvere debeat annuatim cameris nostris, sed in Scutaro et Cataro volumus, quod dictas limitationes facias simul cum rectoribus nostris.

In Dyrachio, sicut informati sumus, sunt multe expense pagarum et equorum inutilium, que scansari poterunt, volumus, quod omnes pedites et armigeros, ac comestabiles cassare et reformare debeas, sicut utilius cognoveris pro dominio nostro et securitate illius civitatis. Preterea quoniam per camerarios Durachii pecunie male administrate fuerunt, et nunc sumus informati, quod prudens vir Marcus Maripetro constitutus fuit illic camerarius, volumus, quod circa illius cassationem et confirmationem disponas, sicut melius tibi videbitur, providendo, quod rationes pecuniarum nostrarum clare teneantur per modum, quod dominium nostrum non defraudatur.

Quoniam sumus certi et confidimus in tua providentia, quod examinatis rationibus camerarum nostrarum, et limitatis expensis, multas pecunias persimonizabis, quas habere poteris, volumus, quod dictas omnes pecunias solutis expensis necessariis convertere debeas in fabricam dictarum cavationum simul cum pecuniis camere nostre Durachii.

Preterea quoniam donec stabis in partibus illis, multa videre et intelligere poteris, que sunt cum damno dominii nostri, volumus, quod omnia diligenter intelligere procures, damusque tibi libertatem providendi ad omnia predicta, sicut utilius cognoveris pro dominio nostro.

Cum rectoribus dictorum locorum nostrorum Albanie ab Antibaro ultra dabis possibilem operam, sicut utilius cognoveris, quod de locis predictis et districtibus suis mittatur ad opus cavationum Durachii maior numerus operariorum erit possibilis et sine ulla vel cum quamminori expensa nostra fieri poterit.

Et quoniam sumus informati, quod multi districtuales condemnati in pecunia pro rixis et aliis causis, stant et habitant in dictis territoriis, et

pro stando in domibus suis sine ullo ranchore libenter venireut ad laborandum ad dictas cavationes, si absolverentur a dictis condemnationibus, quas tamen nunquam solvent, volumus, quod laborantibus dictis talibus pro illo longiori tempore, quod tibi videbitur ad dictum opus, eos absolvere possis a condemnationibus suis. Preterea quoniam sunt multi banniti pro homicidiis et aliis delictis, qui stant ad confinia territorii, de quo habent bannum, et multa enormia committunt, volumus, quod simul cum comite nostro Scutari provideas, quod eis dentur talia confinia, quod alia delicta in illis territoriis committere non possint.

Nobilis vir Marcus Maripetro, qui fuit castellanus Dulcigni, habere restat bonam summam pecuniarum pro salario suo et pro pecuniis per eum prestitis camere nostre Alexii; et quoniam alias providimus cum nostro consilio rogatorum, quod solutionem suam recipiat a camera Durachii, a qua nichil hactenus habere potuit, volumus, quod omnino provideas, quod ipse nobilis noster habeat suas pecunias in Durachio, vel ab aliis cameris, a quibus citius solutionem suam recipere poterit. Et hoc idem dicimus de aliis, qui habere debent.

Volumus, quod de factis Xente Superioris, que se dare vult dominio nostro et non duci Stefano, qui per omnem modum querit illam habere, conferre debeas cum comitibus nostris Scutari et Catari, de opinione quorum et tua in rebus illis solicitus eris nos per tuas reddere informatos.

Habere debes de salario pro primis sex mensibus ducatos quingentos auri, et postea ducatos quinquaginta auri in mense, liberos ab omni onere et gravedine; et si quicquam solvere cogereris, dominium nostrum solvat pro te. Ibis et stabis ad tuas expensas, ducendo tecum quatuor famulos, quibus providebis de salario et expensis. Scribimus tamen rectoribus omnibus Albanie, quod tibi provideant de barchis et equis pro eundo de loco ad locum ad expensas nostri dominii, sed tu facies omnibus expensas oris, et pecunias salarii tui accipies de tempore in tempus a camera nostra Durachii.

Duces tecum industriosum virum magistrum . . . ingeniarium nostrum, cui limitavimus salarium ducatorum . . . in mense, et ratione mensis, stando suis expensis. Volumus etiam, quod tecum veniat Durachium venerabilis vir presbiter Natalis, qui erit utilis ad illas cavationes faciendas in Durachie, cui quidem presbitero Natali volumus, quod provideas de tempore in tempus de pecuniis nostris necessariis pro expensis pro se et uno famulo, cui volumus, quod reservetur officium, quod habet in ecclesia nostra sancti Marci, ac domus.

Volumus postremo et tibi expresse committimus, quod de omnibus pecuniis nostris, quas quomodolibet tanges, administrabis et dispensabis tam in illis cavationibus et laboreriis, quam aliter quomodolibet, tenere debeas clarum, particulare et ordinatum computum cum aliquo scontro, per modum quod rationes nostre semper clare videri possunt. De parte 115, de non 0, non sinceri 3.

Senato Mar. vol. V. c. 77. t., u mlet. arkivu.

LXIII. God. 1455. 22. ožujka, u Mletcih.

Mletačka republika počašćuje ženitbu sina hrcega Stjepana.

1455. 22 martii. Cum dux Stefanus sancte Save vaivoda Bossine miserit ad dominium oratores suos ad denotaadum, quod noviter contraxit parentellam cum comite Cylie, nam unus eius filius accepit uxorem quandam neptem prefati comitis, et bonum sit pro aliquali ostensione benivolentie mittere ad honorandum nuptias predictas; vadit pars, quod per collegium eligi et mitti debeat unus noster nobilis orator ad prefatum ducham cum illa commissione, expensa et familia, que ipsi collegio videbitur. + 102 — 5 — 4.

Senato. Mar. vol. V., u mletačkom arkivu.

LXIV. God. 1455. 29. ožujka, u Mletcih.

Nalože se knezu ninskomu, da one stanovnike pusti mirno uživati svoja zemljišta.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum. Nobilibus et sapientibus viris Leonardo Michaeli de suo mandato comiti None et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Scripsistis nobis diebus preteritis factam fuisse vobis conscientiam, quod per quosdam Nonenses sive illam comunitatem None nonnulla iamdiu occupantur territoria nobis spectantia, pro qua causa prefata comunitas ad nos misit eius oratorem. Quare ut intelligatis mentem nostram, vobis mandamus, quattenus in hac materie aliud non innovatis, nec aliter eam immissiatis, nam intendimus illi silentium imponi, cum desponamus, quod subditi nostri de tam longo tempore non inquietentur vel molestentur. Datum in nostro ducali palatio die 29 martii, indictione 3. 1455. — Nobilibus et sapientibus viris Leonardo Michaeli comiti Nonae et successoribus.

Presentatae die 14 aprilis 1455 et registratae in protocolo ser Ectoris cancelarii et notarii iurati Nonae, nec non in actis cancelariae suprascripti domini comitis. Ego Simon Venerius notarins Jadrae iuratus suprascriptum exemplum ex alio exemplavi, et me subscripsi.

Pietro Ferrari Cupilli de Venetia auttorità nodaro publico e giurato di Zara ha fatto estraere d' altra simile esistente nel libro „Privileggi della magnifica comunita di Nona" et in fede sottoscritto e sigillato col proprio sigillo notarile.

Ex libro IV. „Privileggi della magnifica comunità di Nona" c. 37, u zadarskom arkivu.

LXV. God. 1455. 31. ožujka, u Mletcih.

Ustupljuje se jedna galija Stjepanu hrcegu sv. Save.

1455. 31 martii. Cum oratores ducis Stefani sancte Save requirant et instent habere secundam galeam, et offerant pro illius armamento de presenti exbursare duc. 300 auri, et postquam applicuerint Narentam, residuum expensarum factarum in armamento illius, quod si non exbursarent, quod ponatur ad computum eius, quod dominus dux habere debet

a camera Catari de provisione sua; vadit pars, quod dicto domino duci concedatur una ex galeis nostris subtilibus, videlicet illa, que cicius haberi poterit, et acceptentur dicti 300 ducati, et illud plus, quod expendetur in dicta galea, si non habebitur in Narenta, ponatur ad computum eius, quod habere debet a camera Catari de ratione sue provisionis.

Et eligatur supracomitus dicte galee cum illis salario, modis et condicionibus, que deliberabuntur in collegio. + 104 — 2 — 3.

Die primo aprilis in collegio pro executione suprascripte partis: quod supracomitus eligendus habeat duc. xv. pro toto isto viagio. + 15 — 1 — 0. Die dicto in collegio. Electus supracomitus ser Franciscus Geno condam ser Marci.

Senato Mar. vol. V. c. 83., u mlet. arkivu.

LXVI. God. 1455. ožujka, u Mletcih.

Korbavski knez Toma i njegovi sinovi Ivan i Grgur mole republiku mletačku, da jih primi u broj svojih prijatelja, a da će joj služiti proti svakomu osim krune ugarske.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. universis et singulis presentes nostras inspecturis denotamus, quod comparentibus coram nobis egregiis et prudentibus viris Petro Paladinich et Johanne Pothchnesinich, oratoribus magnifici comitis Thomasii Corbavie ac magnificorum comitum Johannis et Gregorii fratrum de Corbavia filiorum dicti comitis Thomasii, et exponentibus ac supplicantibus, ut ipsos comites videlicet patrem et filios admittere et acceptare velimus ad gratiam et benivolentiam nostram, et eos aggregare ad numerum amicorum et dilectissimorum nostrorum, eosque commendantes habere, quia parati sunt et disponunt semper esse et stare ad omnia servitia et favores nostri dominii contra quoscumque excepta illustrissima corona Hungarie, ac etiam mittere magnificum comitem Gregorium cum gentibus suis ad stipendia et servitia nostra, gratissimum nobis fuit intelligere ex verbis ipsorum oratorum bonam mentem et dispositionem ipsorum magnificorum comitum, videlicet patris et filiorum erga dominium nostrum, quum ipsis dominis comitibus, patri et filiis, magnifice domui sue semper fuimus singulariter affecti et ad eorum commoda inclinati; volentes.[1]

Ducali e terminazioni. Libro I. c. 141, u zadar. arkivu.

LXVII. God. 1455. ožujka, u Počitelju.

Korbavski knezovi Toma, Ivan i Grgur obvezuju se republiki mletačkoj, da, primivši jih ona medju svoje prijatelje, služit će ju vjerno u svakoj prigodi svom svojom silom proti svakomu osim krune ugarske.

Responsio magnificorum dominorum comitum de Corbavia concessionibus et litteris eis per serenissimum ducale dominium nostrum Vene-

[1] Ostali komad ove listine pokriva crna maza, i čini se, da je to navlaš udareno. Tako nagrdjen prostor zauzima po prilici deset redaka. Sliedi pako ispod toga opazka: „Nota, quod responsum dominorum comitum de Corbavia sequitur, ubi est tale signum A.“

tiarum etc. concessis et factis, ut difusius in precedenti folio seu carta continetur, tenoris proxime subsequentis, videlicet.

Illustrissime et excellentissime dominationi Venetiarum eiusque piissimo et glorioso consilio ex parte fidelium amicorum et famulorum excelsi dominii vestri, s. Thome, Johannis et Gregorii comitum Corbavie exponitur. Cum sit, quod a multis temporibus transactis in istis partibus prefacti comites fuerunt boni amici et servitores vestre serenitatis Venetiarum habeant causam de inch in antea de bono in melius perseverare, sicut affectant, petunt, ut v. s. d. ipsos suscipiat et dignetur illos habere pro suis bonis amicis recomissos in omnibus ipsorum necessitatibus, offerendo se esse semper ad omnem utilitatem et servicium v. s. prontos et paratos tanquam bonos amicos et vicinos in omnibus factis, que facere possunt, et pro utilitate et bono statu v. d. Superdem offerunt et promittunt mittere unum ex ipsis fratribus ad stipendium et servitium vestrum una cum ipsorum universa gente contra quoslibet excepto contra sacram regni Hungarie coronam, et ad omne preceptum serenitatis vestre cum quam maiori numero poterunt, vel quantas gentes serenitati vestre oportunas visum fuerit cum possibili pagamento, quomodo vestre videbitur dominationi superinde. Per vestras litteras rectores et officiales suos in partibus istis informare dignetur, quod prefacti comites in civitatibus v. d. atque tenutis libere stare possint ac ipsorum facta expedire, sicuti temporibus transactis liberi fuerunt et expediti; dantes et concedentes uti ipsi comites libertatem et bailiam quibuscumque subditis d. v. veniendi, standi ad eius loca et castra et in territoriis suis, et ibidem negociandi ad libitum, et exinde descendendi libere et expedite absque molestia et condictione. In cuius rei memoriam presentes litteras nostras v. d. duximus conferendi pendentes sigilli nostri munimine roboratas. Data in castro nostro Pochicel anno domini MCCCCLV.

Ducali e terminazioni. Libro I. c. 142, u zadar. arkivu.

LXVIII. God. 1455. 17. travnja, u Mletcih.

Daje se nalog šibeničkomu knezu, da oskrbi grad vodom i popravi gradske zidine i tornjeve.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Antonio de ca da Pesaro comiti Sibenici. Die 13 currentis captum fuit in consilio rogatorum, quod propter defectum aquae et debilitatem murorum et turrium detur potestas comiti Sibenici, quod pro remedio huius „expendere possit de denariis nostris communis libras quingentas parvorum omni anno usque ad annos quinque“ sicut consulunt etiam Aloysius Venerio, Fantinus de ca da Pesaro et Jacobus Gabriel olim comites Sebenici. Observate et observari facite hoc mandatum inviolabiliter.

Data in nostro ducali palatio die XVII. mensis aprilis, indictione III. MCDLV.

Diplom. Siben. in bibl. palatina Viennae. Cod. suppl. 541. p. 121.

LXIX. God. 1455. 6. svibnja, u Mletcih.

Odgovori na molbe podnesene od bračkoga poslanika mletačkoj vladi.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Francisco Pizzamano de suo mandato comiti Brachie et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Veniens ad nostram presentiam fidelis noster Thomas de Cranco orator illius fidelis communitatis nostre, presentavit tria capitula sub vestris credentialibus litteris, ad que cum nostro collegio facimus nostras responsiones, sicuti in fine cuiuslibet eorum particulariter continetur, videlicet:

Quod ad laudem omnipotentis dei eiusque genitricis gloriose virginis Marie, evangeliste sancti Marci totiusque celestis curie reducetur et fiat principalis habitatio huius insule pro commodo et utile omnium habitantium in hac insula ad marinam in loco, qui sit habilior, et quod maiori parti dicti consilii videbitur aptior, in quo fieri debeant ecclesie et habitatio domini comitis, et habitationes omnium volentium ibidem habitare cum licentia tantum vestri inclyti ducalis dominii Venetiarum, et quod pro huiusmodi reducto fiendo mittantur duo ambasciatores ad predictum serenissimum ducale dominium ad impetrandam gratiam aut licentiam predictam ac subventionem pro conservando habitationem predicti domini comitis et ecclesias predictas; que pars capta fuit per ballotas sexaginta de sic et viginti duo in contrarium. — Ad primum respondetur, quod inclinati ad commodum illorum fidelium nostrorum, sumus contenti et eis concedimus, quod principalis habitatio dicte insule reducatur ad marinam in illo loco, qui habilior et commodior videbitur comiti nostro et maiori parti illius consilii, cum hoc, quod provideant de habitatione commoda pro communi nostro; sed respectu expensarum nobis occurrentium non videmus posse eis aliqualiter complacere de trentesimo nostro neque de aliis pecuniis vel introitibus nostris.

Item captum fuit in dicto consilio, quod si de cetero in hac insula per aliquos fuerit commissum aliquod furtum vel latrocinium tam in animalibus quam in quacumque alia re, et fuerint plures latrones sive fures, qui commisserunt dictum furtum vel latrocinium, et unus ex dictis sociis si accusabit alios socios huic regimini de tali furto commisso et similiter de aliis furtis et latrociniis commissis usque ad presentem diem et non purgatis aut manifestatis, quod talis accusator libere sit absolutus ab omni pena et condemnatione tam facta quam fienda contra predictum, si fuerit, per quem veritas habeatur, et tenebitur de credentia. Capta per ballotas 73 et 9 in contrarium. — Ad secundum respondetur, quod sumus contenti, quod de cetero observetur, quod si committitur aliquod furtum vel latrocinium, in quo fuerint plures delinquentes, et unus accusabit alium vel alios, et per eius accusationem veritas habebitur, remaneat accusator absolutus ab omni pena, qua incurrisset occasione dicti furti.

Andarà parte, che conciosia che siano fatti assaissimi latrocinii nell' isola della Brazza per più persone, si etiamdio per li zentilhuomini della Brazza, e quelli non ostante le condannasion non si contiene, che siano privati del conseglio, ac etiam non si tiene d'alcun incargo de simil ladronezzi; et imperò per oviar a tutte le cose predette et etiamdio per più vituperio di loro; l'anderà parte, che da mò avanti se si trovarà

alcun zentilhuomo della Brazza in ladronezzo, che li detti tali siano appresso la sua condannasion privadi del detto conseglio della Brazza; ac etiam, se a caso occorresse, che li detti fussero trovadi in ladronezzo come di sopra, et in le sue condannasion non si contenisse alla sua privatione del detto conseglio, che niente di meno i detti intender si debbano esser privati del detto conseglio in la isola della Brazza; sopradetti zentilhuomini condennadi siano stridadi nel detto conseglio per ladri; et presa sta parte, sia aggiunta nel *statuto della Brazza*. — Ad tertium et ultimum respondetur: videtur nobis et volumus, quod si aliquis nobilis de consilio Brachie committeret aliquod furtum vel latrocinium in insula illa, sit in arbitrio et potestate comitis nostri ultra condemnationem et sententiam, que contra ipsum facietur, ipsum etiam privare ab illo consilio in perpetuum vel per illud tempus et terminum, quod videbitur dicto comiti secundum qualitatem furti commissi.

Quare cum nostro collegio et auctoritate nostri consilii rogatorum vobis mandamus, quatenus suprascriptas responsiones nostras et contenta in eis observare et observari facere inviolabiliter debeatis, facientes has nostras litteras in actibus cancellarie vestre ad futurorum memoriam registrari, et registratas ipsi communitati restitui.

Data in nostro ducali palatio die VI mensis mai, indictione III, 1455.

Diversi publici decreti ecc. Udine 1656. p. 56.

LXX. God. 1455. 22. svibnja, u Beču.

Ladislav kralj ugarsko-hrvatski zapovieda Sandalju bosanskomu vojvodi, da pusti Dubrovnik na miru.

Commissio propria domini regis. Ladislaus dei gracia rex Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Austrieque et Stirie dux, nec non Marchio Moravie etc. Spectabili Stephano Zandalii voyvode Boznensi salutem et graciam. Sepius scripsimus tibi et rogavimus te, ut cum civitate Ragusiensi viveres in ea pace, que superiori tempore inter te et ipsam confecta erat, eorumque non vexares et non turbares civitatem illam; tu autem non contentus superioribus malis per te ipsi civitati illatis, deinceps sibi bellum minaris. Quod certe vehementer dolemus, cum civitas illa nullis hucusque terroribus vel minis a cultu nostro et corone aversa sit. Quamobrem hortamur te, et committimus tibi, quot habeas pacem cum ipsa civitate Raguseorum, ita ut ab omnibus malis et detrimentis, quibus usque civitatem ipsam vexasti et turbasti, et presertim eo bello, quod nunc contra ipsam parare diceris, omnino desistas et abstineas, alioquin scias revera intentionem nostram adeo firmam esse, ut eam civitatem, que, ut superius retulimus, corone nostre et nobis fidelissima est, modis viisque omnibus contra te tuebamur.

Datum Wyenne, feria quinta proxima ante festum Penthecostes. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. quintodecimo, Bohemie vero secundo.

Iz izvornika u tajnom arkivu u Beču.

LXXI. God. 1455. 19. svibnja, u Mletcih.

Mletačka vlada odobrava trošak učinjen od načenika zadarskih, da počaste žene hrcega Stjepana.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Petro Basadona de suo mandato comiti et Marco Longo capitaneo Jadre fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Placuit nobis audire ex literis vestris, quod honoraveritis sponsas illustris domini ducis Stephani, que illic fuerunt cum galleis nostris; et quia dicitis expendivisse in rebus donatis per vos dictis sponsis libras LXXX parvorum, dictam expensam acceptamus, sumusque contenti et volumus, quod predictas libras LXXX ad computum nostrum ponatis, et solvi faciatis de pecuniis illius nostre camere.

Data in nostro ducali palatio die XVIII maii 1455, indictione III.

Ducali e terminazioni. Libro I. c. 140, u zadar. arkivu.

LXXII. God. 1455. 26. lipnja, u Mletcih.

Zabranjeno Slavonce i Arbanase voziti u Mletke na prodaju.

Copia partis capte in rogatis die 26 iunii 1455. Quum sunt et quotidie fiunt per dominium et collegium multe et oportune provisiones, ut mediante gratia et bonitate omnipotentis dei hec civitas plena innumerabilibus personis preservari possit a contagione morbi pestiferi, que propter inobedientiam multorum, qui non timent penas, que imposite sunt, non sufficiunt ad evitanda discrimina, que undique imminent huic civitati, iam in diversis locis infecte. Et hoc principaliter procedat ex copiosa conductione Sclavonorum et Albanensium, de quibus per multos fiunt expresissime et inhoneste mercationes cum maxima ignominia huius status, et etiam non sine onere conscientie nostre. Et necessarium sit huic tanto inconvenienti salubriter providere. Vadit pars, quod decetero per quempiam cuiuscumque gradus et conditionis existat non possit fieri bulleta sive concessio aut quocunque alio modo dari licentia alicui petenti, et sit quis velit, de conducendo ex ipsis Sclavonis sive Albanensibus tam masculis quam feminis ad hanc civitatem nostram Venetiarum sub aliquo colore vel pretextu, sub pena privationis officiorum et librarum centum cuilibet contrafacienti exigenda sub debito sacramenti per nostros advocatores comunis sine aliquo alio consilio dividenda ut de aliis penis sui officii, et si fuerit accusator, habeat medietatem, et alia medietas dividatur inter nostrum comune et ipsos advocatores, nec possit fieri gratia alicui ex contrafacientibus sub ipsa eadem pena. Qui ordo et inhibitio durare debeat usque ad proximam futuram nativitatem domini, et tantum plus quantum videbitur dominio. Patroni vero barcharum, et quilibet alii, qui inventi fuerint contrafecisse huic intentioni nostre, incurrant ad penas standi mensibus tribus in carceribus et perdendi eorum barchas et navigia ac solvendi libras centum iremisibiliter ab ipsis auferenda, de quibus non possit fieri gratia sub penis et stricturis superius specificatis. Et committatur officiis nostris de nocte ac capitibus sexsteriorum, qui hunc ordinem nostrum inviolabiliter observent et faciant observari, ac

de contrafacientibus fieri faciant diligentissimam inquisitionem, ut penis suprascriptis debite puniantur, de quibus habeant partem, sicut habent de aliis penis sui officii, silicet committatur admirato castri sancti Nicolai litoris, quod habeat et haberi faciat bona custodia et diligentia, ne aliquo modo contrafiat huic parti et ordini nostro; ac etiam scribatur potestati nostro Clugie, Torcelli et officiali Mathemauci, quod si per portus iurisditionum suarum aliqui ex conducentibus declinaverint, contra ipsos procedere debeant sub penis et stricturis superius declaratis. Et quia multi ex ipsis nautis, qui conducunt ipsos Sclavonos, veniunt Venetias, scribatur ipsis rectoribus, quod ad hoc habeant bonam advertentiam, ne per hanc viam indirectam contraveniantur huic deliberationi nostre. Et hec pars publicetur in locis solitis iuxta consuetudinem. Licentie omnes autem, que usque ad hunc diem facte sunt, minime observari debeant. Et quia a quatuor diebus conducti sunt multi, qui vagantur per hanc civitatem, provideatur, quod mittantur alio, sicut alias provisum fuit in simili casu; et specialiter provideatur, quod una barcha, in qua sunt nonnulli ex ipsis Sclavonis, sub penis suprascriptis ingredi non permittantur.

Suvremeni referat na hartiji kod prof. S. Ljubića.

LXXIII. God. 1455. 28. lipnja, u Turrioctavi.

Alfonso aragonski i sicil. kralj oprašća Dubrovčanom povriede njegova zakona, te jim povraća prednje slobodščine, koje jim radi onoga oteo bio.

Alfonsus d. g. Aragoniae, Siciliae etc. rex. Notum facit, ad suam presentiam advenisse ambasciatores Franciscus de Benessa et Bartholus de Gochi de Ragusio, rogando ipsum, ut condonet ipsis contraventiones ab ipsis factas contra prohibitionem extrahendi aurum et argentum ex regno suo. Absolvit ergo ipsos ab omni paena, restituit ipsis pristinas libertates, „edictis et bannis tamen nostris de non extraendo auro vel argento in suo robore persistentibus". Excipit vero ab ista gratia tantum quatuor mercatores ipsorum, „qui in fide iussione in presentiarum sunt, eo quod contra banna et prohibitiones predictas pretenditur eos pecunias estraxisse, quam fideiussionem prestiterunt in posse officialium grassie in nundinis Lanzani proxime preteritis". Vult ab omnibus hoc decretum observari in paena mille unciarum.

„Datum in Turrioctavi die vicesimo octavo mensis iunii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto. Huius citra farum Sicilie regni anno vicesimo primo, aliorum vero regnorum nostrorum anno quadragesimo. Rex Alfonsus m. p.

Orig. pergam. cum bulla pendenti in archivio secreto, Viennae.

LXXIV. God. 1455. 30. lipnja, u Mletcih.

Slobodščine podieljene kroz prošla vremena knezovom senjskim.

Preterea quia Veneti nostri habent in Segna et terris illorum comitum multas prerogativas, ut patet per instrumentum superinde confectum in MCCCCVIII die XXVI mensis iunii, et in collegio facte fuerunt alique declarationes et capitula concessionum, quas habent illi comites a dominio

nostro, ex nunc captum sit, quod mittatur copia supracomito galee nostre Quarnarii, ut intelligat ea, que facere et observare habeat. Quare cum suprascripto nostro consilio rogatorum mandamus vobis, quod suprascriptam partem et contenta in ea observetis, et inviolabiliter faciatis observari.

Data in nostro ducali palatio die XVII mensis septembris, indictione IIII. MCCCCL quinto.

Copia. 1455 die 30 iunii, in collegio.

Infrascripta sunt capitula concessa de tempore in tempus magnificis dominis comitibus Segne, que ordinata et regulata fuerunt in collegio.

Sumus contenti, quod sua lignamina possint extrahi, secundum quod extrahi poterant per elapsum, cum condictionibus, quod cum dictis lignaminibus alie mercationes extrahi non possint: quia si inveniremus, quod mercationes cum dictis lignaminibus extraherentur, habebimus lignamina, mercationes et navigia fore perdita, et providebimus etiam, quod lignamina, non extrahentur.

Sumus contenti, quod de terris nostris Dalmatie et Istrie ac de partibus Apulee et Marchie possint conduci facere ad partes Segne pro usu suo et subditorum suorum illam quantitatem vini, que eis erit necessaria, cum navigiis nostris ac cum litteris nostris bulla plumbea bullatis, in quibus contineatur quantitas caratellorum vini, quam cum quolibet navigio conduci facere volet; et si quid aliud conduceret contra ordinamenta nostra, sit perditum. Et patronus navigii contrafaciens privetur perpetuo patronia omnium navigiorum et navium nostrarum, et stet anno uno in carceribus inferioribus.

De frumento et farina opportuna possint ad eius loca conduci facere cum navigiis Venetis et cum nostris litteris bullatis ut supra cum modo et ordine suprascripto de partibus Apulee et Marchie.

De oleo autem necessario ad usum suum possint extrahi facere de terris nostris Dalmatie et Istrie; et si illud volent extrahere de Venetiis, sumus contenti, quod possint de ipso extrahi facere sine datio cum navigiis Venetis, litteris nostris bullatis et cum modo et ordine suprascriptis.

Barchosii de Segna possint Venetias ed ad terras et loca nostra ire cum suis mercationibus, et de dictis terris nostris et locis predictis extrahere et conducere Segnam de rebus, que nascuntur in terris et locis nostris predictis; et si invenirentur portare illas res, quam res natas in terris et locis nostris predictis, habeantur pro contrabanno.

Animalia sua, vina et salita possint extrahere de terris suis, et conducere, quo eis placebit, per mare; videlicet si cum animalibus conducerent res prohibite, animalia et res habeantur pro contrabanno et sint perdita.

Barchosii de Vegla possint ad libitum suum portare et conducere ad quascumque partes pecora et omnia alia sua animalia et rasias, sed non possint reconducere ad dictam insulam aliquas res prohibitas sub pena contrabanni.

Possint magnifici domini comites Segne conduci facere per mare ad loca sua aleum, cepes, anarantias et alios fructus comesabiles pro usu suo et suorum, et quod res nate in locis suis possint extrahi ab inde et

conduci ad loca, que placebunt conductoribus earum, non conducendo ullatenus res prohibitas.

Copia MCCCCVIII, die XXVI iunii.

Hec sunt pacta et immunitates civium Venetorum et conventiones, que debent observari inter partes.

Primo. Devemo a vui nostro consolo facto et ellecto per i nostri Venetiani et citadini de Venexia secundo come parera ala signoria nostra.

Item che i nostri Venetiani et citadini de Venexia non sia tegnudi de responder avanti algun iuditio, salvo che davanti el nostro consolo, nì per algun criminal salvo de criminal fate de sangue, el qual debia andar al iuditio del conte.

Item che questo signor non debia far salvoconducto in dar passo, aida, favor de zente ni de vituaria ad alguna persona de che conditione voia se sia, li qual sia contra el comun de Venexia, dechiarando sel re de Ungaria se trovasse in novitade cum la nostra signoria de Venexia, che dio non el voya, i non sia tegnudi al dito capitolo, fazandoli comandamento sora zo.

Item che nissun Venetian e cittadin de Venexia habitante in quella parte non sia tegnudi de far guardia ne de pagar colta alguna ultra i datii usati; ma se guerra fosse, per la qual la terra havesse dubio de assedio li fosse fato, in quel caxo i sia tegnudi far guardia entro dala terra.

Item che tute cosse, le qual serano tolte da Segna per condur a Venexia e per tuto el suo colfo, nui semo franchi e liberi, e non devemo pagar alguna cossa, e devemo domandar parola de cargar e descargar dal tragovan, el qual sia tegnudo de darla, e non la dagando, fia licito ai citadini de Venexia cargar e descargar, non cazando ad alguna pena.

Item dovemo pagar le biave zoe formenti soldi x pizoi 8 de trata de cadauno staro Venetian, et de altre biave dovemo pagar soldi 8 de pizoli per chadauno staro Venetian.

Item de animali vivi dovemo pagar al trar soldi 4 per testa, salvo che de cavali, di qual dovemo pagar el diexemo de quello i serano stimadi.

Item che tutti i legnami, che se trazera per condurli fuora del colfo, debia 5 per c.

Item che de tute altre merchadantie, che se trazera dele terre et territorii del dito conte per Venetiani et citadini de Venexia, si che habita la come no, per andar fuora dal colfo, se debia pagar ducato uno e uno quarto per cento.

Item che de chadauno Venetian et citadin de Venexia, che havesse navilio, debia esser francho de armizo e d altre cosse; cargando veramente romei, debia pagar de dano XV per c.

Item che de tutte cosse, che se trazera de Venesia e de tuto el colfo, et sera condute a Segna, dovemo esser liberi e franchi.

Item che dovemo pagar de armizi de nostri navilii. che declinerà a Segna, per ogni cento moza de portada de sal soldi 6 de picoli.

Item dovemo pagar de vin, che conduremo a Segna, vendando in Segna, soldi uno e mezo qer star de vin, e non dovemo pagar VIII stara, chome paga i altri.

Item dovemo pagar de malvasia, che conduremo a Segna, vendando in Segna, soldi 4 per star; de Romania veramente, vendandola in Segna, dovemo pagar soldi 2 per star, et non vendando quella, non dovemo pagar alcuna cossa, condugando quelle per la via de marina.

Item de tuto ferro e metallo, el qual conduremo da Venexia et per tuto el colfo per la via de marina a Segna, cargando e descargando quello in Segna, non dovemo pagar alcuna cossa.

Item dovemo esser franchi ala porta de Segna de cadauna cossa, che portessemo a Brogna et a Modrossa per caxa nostra.

Item dovemo pagar ala porta de Segna de cadauna soma de panno grosso uno, zoe pizoli 32.

Item dovemo pagar in Bregna de cadauna soma de panni soldi xx de pizoli.

Item dovemo pagar in Bregna per cadauna soma de merze soldi x de pizoli.

Item dovemo pagar in Modrusia el quarantesimo de quello, che le cosse costa a Venexia.

Item se habiteremo in Modrusia et per quelle parte, semo franchi de colta, gabella et ogni altra angaria, le qual se metesse a nui e ale nostre possession et mercadantie, le qual se condusese fuora de Segna de cadaune parte o de Venexia, Puia, Schiavonia over de altre parte.

Item se voremo trar fuora de Segna merchadantie, dovemo pagar ala porta per balla p. xvi, et per soma grosso uno zoe pizoli 32.

Item dovemo pagar a Vratemicho e in Bregna per soma de merze, pevere, fustagno et altre mercadantie soldi x. De panni veramente dovemo pagar soldi xx per soma in Bregna, et in Modrusa el quarantesimo de quello, che la cossa costa in lo luogo, dove la e comprada.

Item dele cose, che conduremo da Modrusa a Segna, non dovemo pagar niente salvo in Bregna, dove dovemo pagar soldi 5 per soma, et al Vratenicho soldo uno per soma, et ala porta; altro veramente non dovemo pagar, possando trar le ditte cosse fuora de Segna dove ne piasera.

Item che in caxo, che stassemo in Modrussia, et condussemo alguna balla, bota over altre cosse fuora da Segna per marina, e volessemo descargar alguna balla per tuor alguna cossa fuora dela balla over bota per lassarla in Segna, dovemo andar al ofitio zoe al trogoam de Segna e significarlo; le qual cosse non dovemo mover domentre chel tragozo sera anda o havera manda el suo messo a vender le dicte cosse; el qual tragovan e tegnudo de andar o mandar, come è dito; la qual cossa fata, dovemo religar le balle, e quelle mandarle suso, dele qual dovemo pagar, come e dito.

Item in caxo, che mandesemo alguna cossa da vender a Segna, et vendesemo, dovemo pagar la decima, se non se acordasemo cum el tragoam over cum el signor, possando trar de Segna liberamente per tanto, quanto pagesemo. Et simelmente se compresemo alguna cossa de mercadantie in Segna per mandarla a Modrusa, dovemo pagar la decima, se non se acordesamo cum el tragoam. Mo possemo liberamerte tanto trar e vender in Segna, quanto serave quello, per che pagesemo.

Item podemo andar per la contrada del dito signor, comprando e redugando in Modrusa liberamente, non pagando niente. Mo se compresemo fuora dela contrada, dovemo pagar de quaranta uno, condugando quelle in Modrusa; et podemo quelle dicte cosse et mercadantie comprade da po condur in Segna e fuora de Segna non pagando alguna cossa.

Item si staremo in Modrusa, podemo comprar in Segna vin et altre cosse per uso de caxa nostra, dele qual non dovemo pagar alguna cossa ala porta de Segna.

Item de maluntie e romanie, le qual fosse trate de Venexia, le qual nui fasemo condur fuora de Segna per marina per condurle a Modrusa, non dovemo pagar alcuna cossa in Segna al intrada dela marina, salvo a portarle fuora de Segna. dove dovemo pagar per bota pizoli 32 ala porta et al Vratenicho pizoli 32, et in Bregna soldi x et in Modrusia el quarantesimo. De quello veramente conduremo per uso de caxa nostra non dovemo pagar alguna cossa.

Item podemo comprar e vender porchi e ogni altro bestiame, e meter quelli fuora de Modrusia liberamente, non pagando alguna cossa. Se veramente mandasemo quelli vini e mosti fuora de Modrusia per mandar a Segna, dovemo pagar soldo uno per testa et non altro, possando quelli far alcider in Segna e salar e mandar fuora de Segna per condur a Venexia, como ne piaxera senza pagamento de alguno dano e tragorina; e se mandesemo buo o vache, dovemo pagar como pagemo di porci; cha se mandesemo buo fuora de Segna per mar, dovemo pagar soldi 4 per testa.

Item marcadanti Venitiani e citadini de Venexia, che habita in Isagabria, o altri mercadanti, che passa Modrusa dele mercadantie, le qual i condura fuora de Segna, non die pagar alguna cossa in Segna, como fa mercadantia che fa in Modrusa, ma paga in Modrusa de xxx. l uno de valor; le qual po recondur da po tute in driedo, non pagando niente a Modrusa, ma die pagar soldi 5 per persona a Bregna e soldo uno a Vratenicho e soldo uno ala porta de Segna; e se i vora vender in Segna de quelle cosse che i condura in Segna, die pagar in Segna el diexemo, salvo se lor non se acordaseno cum el terzoan.

Item si dicte partes una in terris alterius et altera alterius haberent aliquam immunitatem maioris prerogative, quam contineatur in hoc instrumento, que immunitas non sit inusitata vel revocata alias vel per presentem contractum, sit et esse debeat firma et a partibus observari.

Ducali e terminazioni. Libro I. c. 146—7, u zadar. arkivu.

LXXV. 1455. 15. srpnja, u Carigradu.

Carigradski nadbiskup i obći patriarha potvrdjuje pravost moći sv. Kristofora mučenika.

Genadius miseratione divina archiepiscopus Constantinopolitanus nove Rome et universalis patriarcha. Universis etc. Notum facimus universis, quod post captam Constantinopolim a Turcis, Antonius Calochneris, sacerdos Artae, entravit in ipsam civitatem, et cepit reliquias s. Christophoris e suo templo, et ipsas apud se tenuit. Aliquantum postea volens in

patriam redire „rogavit a nobis testimoniales litteras, quibus constaret, predictas reliquias sancti Christophori martiris esse, prout sunt, quod nobis indubitatum est; cuius quidem petitionem exaudivimus, existimantes facturos nos esse Deo et omnibus fidelibus rem àdmodum gratam. Ideo per has nostras litteras indubiam omnibus fidelibus fidem facimus, eas reliquias non alterius sancti esse quam sancti Christophori martiris, vidimus enim eas sepius, et bene cognoscimus eas“ etc. In fidem quorum fecimus apponere nostrum sigillum plumbeum pendens.

Datum Constantinopoli in domibus nostris anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, die xv mensis iulii.

Diplom. siben. in bibliotheca palatina, Cod. supp. 541, p. 121.

LXXVI. God. 1455. 18. srpnja, u Mletcih.

Odgovara se na tužbe podnesene od poslanika zadarskoga puka putem njihova kneza.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Petro Basadona de suo mandato comiti et Marco Longo capitaneo Jadre et . . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Venerunt ad presentiam nostram duo pro parte populi minuti civitatis nostre Jadre, et nobis presentaverunt nonnulla capitula, quibus particulariter examinatis, declaravimus ipsis duobus, quantum nobis displicuerit, quod fecerint illam adunationem sine licentia et scitu vostro, et quod nolebamus respondere ad capitula predicta; sed per literas nostras vobis declararemus mentem et deliberationem nostram circa petitiones suas. Ad quas, ut particulariter intelligatis mentem et deliberationem nostram, volumus, quod quilibet, qui personaliter serviet ad laboreria nostra, habeat decetero soldos quatuor in die, et illi, qui laborabunt cum persona et somerio, habeant soldos quinque in die, et illi, quos mittetis cum someriis suis in servitiis nostris Auranam et Novigradum, sicut nunc habent soldos x, de cetero habeant soldos xii. Quum compelluntur ad portandum ad molendinum frumenta officialium vestrorum ab aliquo tempore citra pro solutione soldorum quinque, est nostre intentionis et vobis expresse committimus, quod decetero ad hoc nullatenus eos compellatis neque compelli permittatis, et teneantur dicti officiales vestri cum eis se concordare, prout faciunt privati cives deinde.

De paleis volumus, quod servetur illud, quod hactenus servatum fuit, silicet quod dicti fideles nostri habeant a vobis et stipendiariis vestris limum equorum loco palearum predictarum.

Volumus, quod predicti fideles nostri teneantur et debeant, quotiens opus erit, portare cum someriis suis aquam necessariam ad usum domus vestri capitanei tantum et successorum suorum pro illo pretio iusto et rationabili, quod taxabitur per vos comitem nostrum.

De pigneribus, que ab aliquo et aliquibus peterentur de voluntate, ordinamus et volumus, quod accipiantur per precones, qui habeant soldos duos tantum; et illa, que accipientur per unum, accipiantur per comilitonem vestrum, qui habeant solutionem solitam dari per statuta sive antiquas consuetudines deinde; de aliis autem, qui ponentur in carceribus,

habeat dictus comilito sive cavalerius soldos x pro quolibet tantum, et nihil amplius, sicut ab antiquo solitum fuit servari.

De lignis, que dicti fideles nostri conducunt cum someriis suis in civitatem pro usu familiarum suarum, quod solvant, sicut solvere soliti sunt, et solvunt de presenti.

Displicenter et maxima cum molestia nostra intelleximus, quod per stipendiarios nostros dicti pauperes fideles nostri damnificantur in viridariis et ortis ac vineis suis de fructibus, herbis, latucis et aliis similibus, et quod molestius est, multa enormia et inhonesta committuntur per illos contra uxores et mulieres suas. Propterea volumus et vobis capitaneo expresse commitimus, quod taliter providere debeatis, sicut melius et utilius cognoveritis, quod dicti fideles nostri nulla damna recipiant a dictis stipendiariis in ortis et vineis suis, quum querelle huiusmodi nobis molestissime essent.

De animalibus, que per omnes emuntur extra Jadram pro usu suo, volumus, quod solvatur illud, quod solitum est solvi, et solvitur de presenti. Volumus et vobis mandamus, quatenus vos et quilibet vestrum in his, que pertinent ad regimen et officium suum, observare et observari facere inviolabiliter debeatis has deliberationes nostras; facientes has nostras literas in actis regiminis vestri ad successorum vestrorum memoriam registrari.

Data in nostro ducali palatio die xviii iulii, indictione iii, 1455.

Ducali e terminazioni. Lib. I. c. 144, u zadar. arkivu.

LXXVII. God. 1455. 5. kolovoza, u Mletcih.

Republika mletačka upućuje kneza šibeničkoga glede onih sgradja, koje se nalaze pri moru, i o izvažanju željeza iz Senja.

Francecus Foscari dux Venetiarum etc. Andreae Leono comiti Sibenici. Die 4 instantis capta fuit pars huius tenoris. Ad instantiam nuncii comunitatis Sibenici petentis, quod destruantur omnes domus et magazina ad marinam, „quoniam impediunt marinam et multa inconvenientia faciunt“ deliberatum fuit, „quod de caetero ullo modo fabricari nec construi possit extra civitatem Sibenici aliqua domus vel magazina“ vel aliud quid in poena destructionis ipsius fabricae et 100 ducatorum solvendorum ab illo, qui permissionem daret. De jam existentibus informabit nos nobilis noster in redditu suo ex illis partibus, „ut deliberare possimus sicut iuri, iustitie et equitati convenit“. Comes permittat illis civibus e Segna extraere ferrum in illa quantitate, que necessaria est pro illa civitate, pro quo det contraliteras“ et nihil amplius, ne damnificentur datia et mercatores nostri.

Data in nostro ducali palatio die v. augusti, indictione xv. MCDLV.

Diplom. Siben. in bibliotheca palatina Viennae. Cod. Supp. 541, p. 122.

LXXVIII. God. 1455. 6. rujna, u Vranini.

Mnoga mjesta u gornjoj Zeti predaju se Mletčanom uz njeke uvjete.

1455. 6 septembris. Pacta illorum de Xenta superiori cum illustrissimo dominio Venetiarum transducta de sclavo in latinum, die vi septembris MCCCCLV.

In nome del padre e del fiolo e del spirito sancto amen. Sia manifesto a chadauna persona, che vedera et intendera questo presente scripto, chome el vene a san Nicolo de la Vranina misser Zuan Bollani provedetor de la illustrissima signoria de Veniexia, e li vene el gran vaivoda de la illustrissima prefata signoria el signor Stephano Cernoy cum tuto el convento de Xenta de sua bona volunta senza alcun forzo, ma cum la sua bona fede e chuor, i se hanno acostadi de sotto li comandamenti de la prefata illustrissima signoria de Veniexia cum questa condition, che habieno le usanze, le quale hanno habude in tempo del signor Balsa.

Item che aloro sia perdonado chadauna iniuria havesseno facto overo mal fin alor a presente contra la illustrissima prefata signoria over ali sui subditi.

Item dixe, che non sia algun prete over vescovo over arcivescovo Latin sorra le nostre chiexie, ma che li siano de la nostra fede superiori de le nostre chiexie; et volemo de quele non poder esser arcivescovo Latin in Craina, noma desse messo bitropoliti de la fede Sciava, perchie quello bitropoliti de Craina el se chiama bitropoliti de Xenta, et lui mete li nostri zagi et preti, e senza celo non podemo esser.

Item alcuna persona, che sia sotto proniaro, che non possa aver zudisio cum el suo proniaro davanti alcun signor, salvo se alcun domandasse cum la raxon lo homo del proniaro, che liberamente chadauno el possa chiamar davanti el signor over vaivoda a raxon.

Item che siano aceptadi cum bon e vero chuor sotto l'ombra de la illustrissima signoria, et che siano lor servidori, e che siano visti cum bona voia, e de chadauna cossa i ne tegna chome chadauno de li sui boni servidori.

Item i quali sovradicti siano tegnudi de vegnir in hoste ai comandamenti de la signoria fina a la Sadrina e Alexio, e dove che serano i confini de la signoria cum tuto resto del paexe de la signoria.

Item che i dia i pagamenti de la signoria como anno dadi e pagati al tempo del signor Balsa.

Item i se offerisse cum sacramenti loro, che siano boni e fideli a la nostra illustrissima signoria.

Le sottoscripte sono le compagnie over comuni, che se offerre ai pati sovradicti, sotto le qual ne sono molte ville altre, de le qual non se fa mention, salvo da po concluso tute se mandera in notta; e prima:

Maraguzi	Golubovizo	Svoie	Lubizi
Hoteni	Daibabe	Merche	Fichsta
Gerli	Stanisauligi	Novizane	Machalani
Luxeni	Cupusse	Rogame	Bachsi
Potgoriza	Radotiesi	Tazide	Cruessi
Grude	Stansichi	Pobresani	Ivaini
Cuzi	Branovichi	Nichsizi	Arbenexi
Piperi	Colubovichi	Spitiha	Draghigne
Stanchovichi	Rabiovichi	Lasina	Hinossi
Gernzii	Luxane	Bexichi	Spatar
Chatharichii	Malonzichii	Tigomiri	Churezi
Busati	Bielopaulichi	Nelmiza	Suirivlage.
Berisanzi	Plesunzi	Chenchi	

Commemoriali XV. c. 12, u mlet. arkivu.

LXXIX. God. 1555. 22. rujna, u Mletcih.

O kriomčarih, koji polaze iz Senja i Rieke i njihove okolice za zla vremena da izbjegnu straži.

1455. 12 septembris. Sunt aliqui habentes ferrum et alias mercationes in Segna et Flumine, qui expectant tempora borearum, ut cum navigiis grossis dictas mercationes conduci faciant ultra mare contra banna nostra, in grave preiudicium introituum et mercatorum nostrorum, quia commisso contrabano impune veniunt et stant in Venetiis et in omnibus terris et locis nostris.

Vadit pars, quod omnes illi, qui decetero de locis Segne et Fluminis ac partium illarum conducent seu conduci facient aliquas mercationes et res ad aliquas partes et loca tam intra quam extra culfum nostrum contra banna nostra, possint semper omni tempore capi et detineri, ac comprimi realiter et personaliter tam in Venetiis, quam in omnibus locis et terris nostris ad solvendum et satisfaciendum omnibus penis et bannis nostris ac si personaliter comprehensi fuissent in contrabanno. Et de penis pecuniariis ac de valore contrabanni accusator habeat tercium, dominium nostrum tercium, et tercim rectores sive illi officiales nostri tam in Venetiis quam extra, quibus primo facta fuerit consciam. Et non possint aliqui officiales vel rectores nostri facere aliquam graciam vel remissionem penarum contrafacientibus sub pena solvendi et restituendi totum de suo proprio, quod exigatur per advocatores comunis habendo partem vel de aliis sui officii. Et ad hanc met condicionem et suprascriptis penis subiaceant omnes illi, qui conducerent de quibuscunque partibus Segnam mercationes contra banna nostra. Et publicetur in scalis Rivoalti pro omnium intelligentia. Et mittatur hec pars omnibus rectoribus Dalmatie.

Preterea quia Veneti nostri habent in Segna et terris illorum comitum multas prerogativas, ut patet per instrumentum superinde confectum in 1408 die xxvi. mensis iunii, et in collegio facte fuerunt alique declarationes et capitula concessionum, quas habent illi comites a dominio nostro; ex nunc captum sit, quod mittatur copia supracomito galee nostre Quarnarii, ut intelligat ea, que facere et observare debeat. + 92 — 9 — 0. Publicata die xv. septembris in scalis Rivoalti. Facte fuerunt litere supracomito Quarnarii ac etiam rectoribus Jadre et successoribus.

Senato Mar. vol. V., u mlet. arkivu.

LXXX. God. 1455. 7. studena, u Mletcih.

Odgovara se na molbe poslanika Stjepana hrcega sv. Save.

1455. 7 novembris. Capitula illustris domini ducis Stefani. Quod magnifico domino Vlatico filio illustris domini ducis Stefani sancte Save ad ea, que in scriptis dari nobis fecit, lecta huic consilio, respondeatur. Et primo ad primum capitulum huius tenoris.

Item quod vestra serenitas dignetur recipere ipsum dominum nostrum dominium ducem Stefanum una cum suis filiis et heredibus ipsorum in medio vestre nobilis magnificentie tanquam filios illustris vestri principis

ac fratres vestros minores sub vestra tutella in vera liga et iusta amicitia cum omnibus chastris, castellis, civitatibus, terris, possessionibus, cuiusvis status dominii possidendis et in futurum referendis, possidendis de modo in futurum; significantes quibuslibet, ipsos dominos nostros contra quoslibet impeditores vel inimicos ipsorum iuvare, protegere et facere tanquam pro se ipsis, et quod predicte vestre serenitatis amicitia sit perpetua, et quicquid hucusque illustris dominus noster dux eccessisset, ex amicicia et antiquo amore quibuscumque occasionibus vel causa alicuius suspecionis per aliquos inimicos intreposita, hoc petimus, ut deponatur de gratia vestra speciali; et si esset necesse illustri domino nostro duci aut filiis suis nec non heredibus ipsorum quocumque tempore sue oportunitatis intrare Venetias aut ubique in terris et dominio vestre serenitatis, essent semper salvi et securi personis, hominibus, rebus et bonis ipsorum venire, stare, pausare ad ipsorum beneplacita, transire quo ipsius voluntati placuisset sine impedimento et molestia aliquali. Et si aliquis ex hominibus domini nostri ducis fugam daret alicubi ad terras vel civitates vestre serenitatis pro causa aliquali, ut ubi invenietur, ibi debeat restitui ex mandato serenitatis vestre. Alia omnia, que concedet inperpetuum domino nostro duci, vestra serenitas in eodem privilegio signare et rescribi velitis.

Responsio. Quod audivimus et sensimus ea, que nobis eius magnificentia exposuit, et exponi fecit, et subsequenter in scriptis dari. Et respondemus ad primum capitulum, quod continue habuimus ac habemus et habere disponimus illustrem dominum ducem genitorem suum in verum et dilectissimum fratrem et amicum carissimum, et sincerissimam benivolentiam nostram intendimus erga etiam magnificos natos et descedentes suos continuis temporibus solidissime conservare, et pro ipsa eius excellentia, filiis et descendentibus semper alacri animo facere omnia, que veri fratres pro fratribus et amici pro amicis facere possunt, sicut etiam certi esse videmur mentis et intentionis illustris domini ducis predicti et magnificorum dominorum natorum suorum erga nos esse.* Et pro declaratione optime dispositionis nostre contentissimi sumus, quod idem illustris dominus dux, filii et subditi possint tute libere et secure venire cum bonis suis vel etiam sine, vel illa bona mittere et stare in terris et locis nostris, ac recedere ad omnem beneplacitum suum non aliter quam proprii nostri cives ac etiam faceret excellentia sua et ipsi filii et subditi sui in suis propriis terris et locis; et si qui subditorum suorum ab excellentia sua discendentes ad aliqnem locorum nostrorum declinabunt, contra eos ius plenissimum ministrari faciemus. Non autem honoris nostri esset, ut personas assignari faceremus, quum loca nostra semper libera unicuique esse consueverunt. Nec credere possemus, quod excellentia sua pro fraterna eius erga nos dilectione aliter petere vellet, cum non dubitemus, quod honorem et reputationem nostram non minus quam propriam caram habeat. + 65 — 63.

Volunt primum capitulum usque ad *, et postea dicatur:

Et pro declaratione optime nostre dispositionis contenti sumus ad ligam cum illustri domino duce suprascripto devenire cum illis modis, qui sint convenientes et honesti, dummodo non contraveniamus pactis et capitulis, que habemus cum Teucro, quum quibuscumque promissiones

servare disponimus. Et insuper sumus contentissimi, quod idem illustris dominus dux, filii et subditi possint tute, libere et secure venire etc per totum, ut sequitur in eo capitulo. + 74, 88, — 2 — 14, 8.

Ad secundum. Item petimus pro domo, quam antecessores domini ducis et ipse dominus dux vestre donationis gratia possidebant, ut vellitis intuitu predicte amicicie ipsis restitui facere, ut semper inveniantur suis operibus in medio vestre serenitatis. Si autem pro aliquo casu predicta domus ipsorum ipsis restitui non potest, ex tunc petit dominus noster dux affectu cum instantia, ut sumam pecunie, pro qua supradicta domus fuit vendita, nobis ostendere velitis, ut possimus aliam domum auxilio et consilio vestre serenitatis illustri domino nostro in loco bono et honesto comperare.

Responsio. Quod plurimum nobis placet, quod habeat in hac civitate unam domum; et quia illa, quam habebat, ut novit, vendita fuit, eam sibi dare non possumus, sed contenti sumus, quod perquirant et nos etiam perquiri faciemus, de reperiendo unam aliam, que ei placeat, et parati sumus tot denarios pro ipsius solutione exbursari facere per cameram nostram, quot ex venditione illius, quam habebat, in eam cameram pervenit.

Ad tercium. Item petimus a vestra serenitate unam litteram gratiosam civibus illustris domini nostri ducis in Nova Civitate constitutis, ut possint ducere vel facere duci per mare frumentum, vinum, carnes et oleum et alia victualia, que ipsis sint necessaria de omnibus locis ubicumque possint invenire forum per se meliorem sicut et alii cives vel homines vestre serenitatis sine molestia et impedimento aliquali, et quod possit illustris dominus dux et ipsi predicti cives ducere et comperare lanam et guadum pro pannis, et quod habeant securitatem nec possint impediri de aliquibus capitaneis vel officialibus vestre serenitatis, ut possint pannos ibi laboratos ubique per mare et per terras portare secure, solvendo de omnibus supradictis dacium consuetum et iustum, ubi venderent et ubi comperarent; et quod non sint impediti per homines de Cataro cum isto novo dacio, quod velent ipsi de Cataro super homines illustris domini ducis et alios quoscumque intrantes civitatem novam accipere. et hoc preiudicium est valde magnum, et quod illustris dominus noster dux de hoc etiam valde agravatus; et quod nullus Raguseus Venetiis aut in terris vestre serenitatis ubique aliquem de nova Civitate nostra pro aliquo debito suo sustinere neque captivare possit; et hoc totum de gratia vestra speciali amore antique et moderne amicitie intra vestram serenitatem et illustrem dominum ducem conclusa, et quod predicti cives sint recomissi in omnibus locis vestre serenitatis; et si aliquis ex ipsis portasset aliquod contrabannum, de gratia eis deponatur, et amplius non sint ausi facere.

Responsio. Quod ex multa nostra affectione ad excellentiam suam optaremus posse in cunctis sue excellentie complacere, sed obstantibus legibus et ordinibus nostris in hoc eius requisitionibus satisfacere non possemus; et propterea rogamus, ut nos libeat excusatos habere.

Ad quartum. Item petit dominus dux a vestra illustrissima signoria, ut vestra serenitas dignetur sibi restituère illum parvum locum, castellum Omix vocatum, quod vestra dominatio recepit et occupavit de manibus

illustris domini nostri ducis sine causa aliquale, quod castellum illustris noster dux cum magnis expensis et fatiga ac sanguinis effusione per comissionem serenissime ac excellentissime bone memorie domine Barbare matris illustris domini nostri Vladislay moderni regis Hungarie et de manibus condam Matchonis alias bani Croatie et fratribus suis eisdem chastellum recepisse tanquam de manibus illo tempore vestri et nostri inimici.

Responsio. Quod ut excellentia sua novit, iusto bello castrum Almisse accepimus, et vere illud non ambitione tenemus, sed sic requirentibus fide et promissione per nos illis hominibus datis, quibus nisi cum detractione honoris nostri contravenire non possumus. Quare et in hoc placeat nos excusatos habere.

Ad quintum. Item si vestra serenitas complacebit peticionibus et obsequis illustris domini nostri ducis et filiis eiusdem, ipse dominus noster dux offerit se, filios et heredes suos vestre ostendere serenitati satis bona voluntate omnem fiduciam et confidentiam et omne amoris instantiam per quemcumque modum vestre placuerit serenitati, nec non potentia sua, si esset necesse, in illis partibus contra quemlibet impeditorem vel inimicum vestre serenitatis personis et gentibus posse suum facere, excepto solo uno imperatore Teucrorum, cuius potentia non est posse ipsorum, nisi dominus omnipotens ac vestra serenitas et alii principes Xhristianorum possint de hac pena nos et alios, qui desiderant, eliberari.

Responsio. Quod de sincerissima eius erga nos mente et intentione quantum plus possumus ei regratiamur, non dubitantes, quod semper et in omni casu non minus faceret cum effectu quam verbis dicat, et tanto magis nobis hoc suademus, quanto ut diximus pro eius excellentie filiis et descendentibus dispositissimi sumus semper facere tanquam pro fratre et amicis carissimis.

Ad sextum. Item petit illustris dominus noster dux a vestra serenitate, ut vestra serenitas dignetur sibi concedere, ut possit ducere sales de omnibus locis, unde potuisset meliorem forum habere, specialiter de Valona ad novam Civitatem. Si autem vestra serenitas de hoc agravatur, tunc petit illustris dominus noster gratiam, ut possit ubique in locis vestris et terris vestris sales facere comperare et ducere ad Civitatem novam et ad Nerentam, solvendo dacium de centum v. et v. habeat de gratia vestra speciali, sicut et prius habuit ad Nerentam. Et hoc petit imperpetuum; si vero aliquis cum fortuna et contrabanto venisset ad terras nostras, ut gratiam haberemus comperare.

Responsio. Quod obstantibus ordinibus nostris, quod conducat ad loca sua alium salem quam nostrum, assentire non possumus; sed ut intelligat bonam mentem nostram, contenti sumus ei complacere, quod possit per annos quinque futuros singulo anno levari de Pago et conduci facere Narentam vel ad eius Civitatem novam duomillia modieta salis, pro quo solvat pro tracta duc. 10 pro quolibet centenario modietorum, uti nos etiam solvimus de eo, quod accepimus a subditis nostris dicti loci Pagi.

Ad septimum. Item cum sit, quod ipse illustris dominus dux secundum formam pactorum, que habuerunt sui predecessores, et presentialiter ipse habuit cum vestra serenissima dominatione, quod de camera Catari

omni anno habere debet ducatos 600, a multo tempore ultra usque nunc ipse dominus dux nec ex ipsis habuit neque recepit ab ipsa camera secundum dispositionem ut prius habuit; propterea vestra excellentia dignetur mandare vestris rectoribus Catari, quod dent et integraliter solvant dictorum denariorum quantitatem prefato domino nostro duci et filiis suis; et etiam dignaretur vestra serenitas committere, ut semper successive solvant de tempore in tempus, sicut fuit semper consuetum.

Responsio. Quod parati sumus per expressum mandare rectori nostro Catari, ut de introitibus illius camere excellentie sue nunc et de tempore in tempus annuatim continue solvat et dari faciat duc. 600 provisionis sue solite, nam in cuntis convenientibus dispositi sumus libenti animo ei complacere. Verum rogamus excellentiam suam, ut provideat, quod caravane cum effectu tute vadant Catarum, quum, ut novit, pacta et conventiones nostre sic disponunt, et hac de causa habet provisionem antedictam.

Ad octavum. Item petit dominus dux unam litteram commendatoriam domino comiti de Curzola, ut impenderet et faciat solvere debita, que obligantur aliqui de illa civitate illustri domino nostro duci pro multis salis et aliis occasionibus, videlicet super Antonium Stanoevich et Franuo ac Antonio Saimir, quod non semel vestra serenitas de prefatis debitoribus fuit avisata, et literis vestris solvere commisistis, et omnimodam satisfactionem sicut credimus, quod hucusque minime fecerunt, et vestra serenitas de hoc etiam dignetur providere. Alia oretenus referemus vestre serenitati, que adhuc habemus in mandatis.

Responsio. Quod mandabimus efficacissime comiti nostro Curzole, ut contra illos, de quibus mentio fit in capitulo, et aliis, contra quos iure suo uti ei placeret, plenissimum et expeditissimum ius faciat et ministret.

Et quia dictus dominus dicit, quod habita hac responsione habet etiam alia dicere, ex nunc captum sit, quod non dicente eo alia maioris importantie, quam sint suprascripta per eum dicta, ut citius expediatur, et non habeat causam diutius hic differendi, dari ei possit responsum conforme responsionibus suprascriptis.

Nota quod posita fuerunt ultra ultrascripta capitula insimul, excepto capitulo salis, per suprascriptos sapientes et ad incontrum per ser Andream Dandulo, ser Laurentium Mauro et ser Marcum Donato doctorem, sapientes terre firme et ser Dominicum de Priolis et Johanem Bono sapientes ordinum, fuerunt.

De parte ser Nicolai Bernardo sapiens consilii et sotiorum 65 – 63.

† De parte ser Andree Dandulo et sotiorum 74—88, de non 2, non sinceri 14—8.

Successive positum fuit capitulum salis ut supra per ser Nicolaum Bernardo, ser Christoforum Mauro proc., ser Triadanum Griti et ser Jacobum Lauredano, sapientes consilii; ser Marcum Donato doctorem sapiens terre firme, et ser Bertucium Bondimerio, ser Thomam Mocenigo et ser Dominicum de Priolis, ser Johannem Bono et ser Sebastianum Baduario sapientes ordinum, et ad incontrum per ser Andream Dandulo et ser Laurentium Mauro, fuerunt. De parte ser Nicolai Bernardo sapientis consilii et sotiorum 81; de parte ser Andree Dandulo et ser Laurentii Mauro, sapientum terre firme, 55, de non 0, non sinceri 8, qui volebant,

quod per annos quinque singulo anno habere posset duomillia modieta salis de Pago pro locis suis, excellentia sua solvente de tracta duc. quinque pro qnolibet centenario modietorum.

Lecte autem fuerunt suprascripte responsiones tribus nobilibus prefati domini ducis per excellentiam suam missis die nono novembris 1455. Qui petierunt eam copiam, ac in scriptis dederunt infrascripta quatuor capitula. Item petit dominus dux illustrissimam serenitatem vestram, ut dignaretur vestra serenitas scribere unam literam magnifico Petro voivoda Paulovich, notificando ei, quod peticionibus illustris domini nostri ducis recipitis ipsum in amorem et benivolentiam vestre serenitatis, hucusque predictus Petrus voivoda stabit et tenebit se in liga et amore ac obedientia domini ducis sicut modo sunt, et propter hoc quod vestra serenitas in omnibus possibilibus veletis sibi complacere, quia illustris dominus noster dux cum omnibus amicis et subditis suis semper est paratus vestre obedire serenitati, si etiam esset necesse et pugnare pro honore vestre serenitatis.

Item petit dominus dux, sicut et prius pluries per oratores et literas suas naravit vestre serenitati, quod Stefanus Cernoevich cum hominibus suis cursaribus multa mala facit per terram et in dominio domini ducis, quod domino duci valde grave est audire, et pro amore vestre serenitatis semper sustinuit se ab ipso Stefano et ab hominibus suis; quia vestra serenitas benepotest recordari, donec erat filius predicti Stefani in manibus domini ducis, ipse Stefanus stabat tanquam servitor suus; tamen vestra serenitas scit, quod dominus noster dux amore vestre serenitatis ipsum filium suum peticionibus vestris de carceribus fecit liberum, et vestra serenitas promisit predicto domino nostro duci, ut ipse Stefanus nec filius suus nunquam erunt in aliquibus facere contra honorem domini ducis, quodmodo faciunt; ideo dignetur vestra serenitas de hoc providere tali modo, ut ipsi non sint ausi amplius talia facere, vel autem vestra serenitas non habeat pro malo, si aliquid dominus dux faciet et providebit contra predictum Stefanum et filios suos.

Item notum facit dominus dux vestre illustrissime serenitati, qualiter ipse potuisset habere comitatum Cetine ex gratia et concessione illustris domini regis Vladislay Ungarie etc., sicut et prius avisavit vestram serenitatem, modo in manibus condam filiorum Petri banni abitam, de quibus bene recordatur illustris dominus dux, qualiter dominatio vestra misit sibi dicere, quod ipsi filii domini Petri banni recomiserunt se protectione et tutella vestre serenitatis, nos vero a tempus per vestram serenitatem avisatum tamen causam habentes amore vestre serenitatis nihil ipsos impedire voluimus, imo et omnem complacentiam eis facere desideravimus; modo autem, si est possibile, petimus gratiam a vestra serenitate, ut dignaretur nobis vestra serenitas concedere, incipere et procedere contra ipsos, quia speramus, si non esset contra vestra serenitas, nos bonam partem habere potuissemus, et illud, quod esset nostrum, esset vestre serenitatis sicut et alia bona nostra, que omnipotens dominus nobis concessit; si autem esset contra voluntatem vestre serenitatis, nos semper in omnibus desideramus vestre serenitati complacere, et nihil aliud facere, nisi quod est voluntas vostre serenitatis.

Item notum facit vestre serenitati illustris dominus noster dux, quomodo multi homines plura mala dixerunt sibi contra Johannem vaivodam et fratres suos, quod ipse voivoda et fratres sui obligaverunt se occisione capitis ipsorum non esse vero, et quod volunt testificare in presentia nostri cum verbo vestre serenitatis, ut postquam ipse Johannes et fratres sui reversi fuerunt ad dominum ducem una cum filio suo, quod nunquam aliquid audivisset vestra serenitas aliquid tractasse vel procurasse per predictos nobiles contra honorem domini ducis; igitur pro hoc petit et obsecrat vestram serenitatem dominus dux, ut si aliquid ab aliquo ex parte ipsorum audivit vestra serenitas, quod esset contra predictum dominum nostrum ducem, ex tunc dignaretur vestra serenitas dominum nostrum per nos avisare; si autem non, ut similiter dignaretur vestra serenitas nobis referi, ne mali homines crescerent et opera ipsorum, quia non tantum hoc sed caput suum et filiorum suorum confidet dominus dux super vestram serenitatem.

Ad que vigore libertatis tradite collegio die x novembris responsum fuit. Ad primum et secundum, quod scriberetur, ut requirebant. Ad tercium vero, quod filii banni Pirchi erant recommendati nostri dominii, et rogabamus, ut ab ipsorum damnis et iniuriis placeret excellentie sue se abstinere; et ad quartum, quod revera a Johanne vaivoda nil mali nobis relatum fuerat nec senseramus.

Et quia de primis responsionibus non contentabantur, potissime ad aliqua principalia capitula, modificate per collegium fuerunt ipse responsiones, et ipsi domino lecte, et tandem conclusum fuit die 13 novembris, ut in literis infrascriptis cavetur.

Senato. Mar. vol. V., u mlet. arkivu.

LXXXI. God. 1455. 11. studenoga, u Mletcih.

Stjepan herceg sv. Save imenovan mletačkim plemićem sa sinovi i nasliednici.

1455. 11 novembris. Privilegium illustrissimi domini Stefani ducis s. Save etc., qui de numero nobilium maioris consilii est creatus cum filiis et heredibus suis.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus, et tam presentibus quam futuris presens privilegium inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum. Ducalis excellentia in liberalitatis operibus solita celeberrime conversari, tanto amplius personas et dignitatis honore conspicuas prevenire studet honoribus et dotalibus ampliare favoribus, quanto ducatui nostro amicabiliores operibus se ostendunt. Unde cum illustris dominus Stefanus dux sancti Save ac regni Bossine magnus vaivoda etc. semper fuerit et sit dilectissimus et perfectissimus amicus nostri dominii, sicut per laudabiles et notabiles effectus ostendit, notum fieri volumus unicuique, quod omni iuris consiliorum, ordinamentorum nostrorum necessaria solennitate servata, prefatum illustrem dominum Stefanum cum eius filiis et heredibus legitime ab eo descendentibus ad numerum et de numero nobilium nostri maioris consilii recepimus atque recipimus, et de nostro maiori consilio

fecimus et facimus, atque pro nobile et de numero nobilium nostri maioris consilii in Venetiis et extra ubilibet esse volumus et tractari, ipsum sincere benivolentie brachiis amplexantes, et firmiter statuentes, quod eisdem libertatibus, beneficiis, honoribus et immunitatibus, quibus alii cives et nobiles nostri de nostro maiori consilio gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus illustris dominus dux Stefanus ac sui filii et heredes predicti in Venetiis et extra ubique locorum plenissime gaudeant perpetuo et utantur; nobis quoque idem illustris dominus Stefanus per magnificum dominum Vlatchum filium suum ac . . . oratores et nuntios eiusdem ad evangelia sancta dei solemniter fidelitatis debitum prestitit iuramentum. In quorum omnium fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri iussimus, et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio anno dominice incarnationis MCCCCLV. die XI novembris, indictione quarta.

Simile privilegium factum fuit illustri domino Vladisavo illustris domini ducis Stefani sancti Save filio die XXVI februarii 1464 m. v.

Commemoriali XIV. c. 172., u mlet. arkivu.

LXXXII. God. 1455. 13. studenoga, u Mletcih.

Duždd mletački uvjerava Stjepana hercega sv. Save, da mu je pravi prijatelj.

1455. 13 novembris. Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis notum esse volumus, quod licet inter illustrem dominum ducem Stephanum sancte Save magnum vaivodam Bossine nosque vigeat et iamdiu viguerit bona ac sincerissima fraternitas et amicicia, ad omnes tamen suspictiones tollendas, que quomodolibet potuissent et possent occurrere, et maiorem nostre mentis expressionem ad instantiam magnifici domini Vlachi ipsius illustris domini ducis filii, qui nuperime ad nostram se contulit presentiam, harum serie declaramus, quod si esset forte ad hanc usque diem aliqua intervenisset discensio sive suspictio, non tamen propterea fraternitatem et amiciciam predictam aliqualiter violatam reputamus, quinymo in solido et immutabili proposito nostro perseveramus habendi et habere disponimus. Imprimis illustrem dominum ducem in dilectissimum carissimumque fratrem et cum magnificis filiis sue excellentie ac descendentibus suis continuis servare temporibus optimam amiciciam et benivolentiam, eosque et loca eorum ac terras, castra, fortilicia, que nunc tenent vel possident, et in futurum habituri sunt, amicabiliter tractare, nullumque eorum nec etiam de subditis filiis et hominibus accipere vel ullo modo sub nostro dominio acceptare; nec ipsi illustri domino duci vel magnificis filiis sive locis suis predictis, etiam si qua interveniret suspictio, bellum vel novitatem inferre, nisi prius excellentie sue scripserimus, et de mente sua erimus certiorati. Imo si per aliquem dominum vel potentiam status illustris dicti domini ducis offenderetur, ex nunc contenti et parati sumus excellentie sue dare favores nostros contra huiusmodi offensores, preter quam contra serenissimum dominum Hungarie regem, ac illustrem Teucrorum imperatorem et alios colligatos nostros. Quemadmodum prefatus magnificus dominus Vlachus ipsius illustris domini ducis filius excellentiam suam asseruit erga nos esse servaturam, et per eius patentes literas his consimiles esse decla-

raturam. Et insuper contentissimi sumus, quod illustris dominus dux predictus magnificique filii et subditi sui presentes et futuri tute, libere et secure cum bonis aut sine venire possint vel etiam ipsa bona mittere, stareque in terris et locis nostris, ac ad eorum beneplacitum de eis recedere sine alicuius molestia vel contraditione. Ita tamen quod ob predicta non contraveniamus capitulis pacis, quam cum illustrissimo Teucrorum imperatore habemus, cum honor noster expostulet, ut unicuique promissa servemus.

Et preterea quia summe gratum nobis est et placet, ut prefatus illustris dominus dux Stefanus in hac nostra civitate habeat, ut optare videtur, unam convenientem domum, contentissimi sumus, ut perquirere faciat et nos perquiri faciemus de una domo, que grata eidem excellentie sit, et pro ipsius solutione per cameram nostram parati sumus facere exbursari tot denarios, quot ex venditione illius domus, quam per elapsum habere consueverat, et que tempore belli vendita fuit, ad ipsam cameram nostram pervenerunt. Et ad possessionem ipsius domus prefatum illustrem dominum ducem ac magnificos filios et heredes suos perpetuis temporibus conservabimus. Datum die XIII novembris 1455.

Senato Mar. lib. V., u mlet. arkivu. Renovatae istae litterae ducales die XVIII. martii, indictione VI, MCCCCLVIII ut in Commemoriali XV. c. 50. cum reformatione tantum in quantum spectat fabricam castri Radobiliae, in qua non teneantur praebere ei aliquod auxilium.

LXXXIII. God. 1456. 10. siečnja.

Poravnaje se razmirica već od davna obstojeća medju spljetskim nadbiskupom i občinom spljetskom u poslu desetine.

Exemplum sumptum ex libro instrumentorum Chrisoforis olim cancellarii comitis Spalati ad car. 260. Die x ianuarii 1456. — In Christi nomine amen. Reverendissimus in Christo pater et dominus Laurentius Zane dei et apostolice sedis gratia archiepiscopus Spalatensis suo nomine proprio et archiepiscopatus sui ac nomine et vice canonicorum et sancte ecclesie sue metropolitane spalatensis, a quibus obtinuit plenissimam libertatem et auctoritatem pacta et cartula infrascripta pertractandi et componendi ad omnem beneplacitum, ut de dicta libertate et auctoritate ei data hodie apparet scriptura publica scripta manu eloquentis viri ser Jacobi Cabalini Carpensis publici notarii et predicti archiepiscopi scribe et cancellari parte ex una, et magnificus et generosus vir dominus Marcus Superantio pro illustrissimo ducali dominio Venetiarum honorabilis vicecomes Spalati, nobilesque viri ser Marinus Pauli Borini, ser Mattheus de Albertis iudices et ser Andreas Marci, et ser Michael de . . . . bio, syndici et syndicario nomine comunis Spalati, et ser Nicolaus Maricich, et ser Xancius Spalati etiam iudices, et ser Mattheus de Papalibus, habentes solenissimam auctoritatem et libertatem in consilio generali nobilium Spalati ad componendum, tractandum, et de bonis comunis obligare et servare pacta infrascripta, ut de dicta auctoritate et libertate eis data a predicto generali consilio constat in libro reformationum comunis Spalati scriptam manu Georgii de Tarvisio notarii publici et cancellarii supradicti domini comitis nec non egregie comunitatis Spalati vice can-

cellarii parte ex alia. Volentes diferentias iam diu vertentes inter predictum dominum archiepiscopum nomine sui archiepiscopatus et capitulum ecclesie metropolitane predicte ac comunitatem civitatis Spalati occasione decimarum Spalati, quia non faciunt debitum suum in anime sue periculum et detrimentum, nec aliquis sacerdos eos absolvere potest.

Item occasione decimarum villicorum extra civitatem iniuste per ipsos villicos non solvunt in eadem damnatione.

Ommissis allis.

Primo circa decimam, quam solvit universitas Spalati annuatim eidem domino archiepiscopo, capitulo et operariis, videlicet ducatos ducentos duos auri in vigilia nativitatis domini nostri Jesu Christi, et a multo tempore citra solverunt, de quo non est memoria hominum in contrarium, ipsam tenere, gaudere et usufructuare debeant pacifice iuxta consuetudinem antiquam hactenus observatam; tamen quia dubitatur, quod hec decima sit aliquantum in periculum animarum civium et subditorum, idem dominus archiepiscopus promisit facere cum effectu de obtinendis bullis a sanctissimo domino L. papa de confirmatione ipsius decime universitati tam intus quam extra civitatem veridicas et non suspectas cum clausis opportunis ita et taliter, quod numquam per se et successores suos aliqua questio de ipsis decimis tam intus quam extra moveri possit, per quas bullas sine aliquo preiuditio animarum suarum et successorum suorum possint tenere decimas predictas; et dominus vice comes prefatus et nobiles predicti promiserunt nomine comunis Spalati vigore libertatis ei attribute dare et solvere omnes et singulas expensas, quas faciet et sustinebit idem dominus archiepiscopus in habendo et impetrando bullas supradictas. Et si casus esset, quod idem dominus archiepiscopus habere et impetrare posset bullas supradictas, promisit et solemniter se obligavit nullo unquam tempore, quo presidebit in dicto archiepiscopatu Spalati litem aut questionem movere nec moveri facere predicte civitati et universitati, sed solum conservare consuetudinem antiquam, videlicet accipere nomine suo, capituli predicti et operarie solum ducatos ducentos duos auri annuatim, et ipsos modo aliquo alio non molestare nec inquietare, sed semper iuxta antiquam consuetudinem iustam cum prefata comunitate et universitate se tenere et gubernare.

Super secundo capitulo de decimis villarum solvendis, intellige de villis suppositis foro seculari promiserunt dominus dominus vice comes et nobiles operam dare, quod idem dominns archiepiscopus et alii, quibus negotium tangit, habebunt et recipiunt annuatim ducatos 202 auri, et plus vel minus secundum quod per dominum vice cemitem, ser Marinum Pauli Borini et ser Matheum de Albertis, quibus hec causa per ambas partes commissa est, deliberatum et terminatum fuerit.

L. S. Ego Petrus Bononia curie archiepiscopalis coadiutor ex alio autentico *exaravi* fideliter, subscripsi et sigillavi.

Copia autentica male conservata apud S. Ljubić.

LXXXIV. God. 1456. 6. ožujka, u Mletcih.

Obdaruju se zasluge njekih Kotorana.

1456. 6 martii. Fideles nostri fratres „Dabisinus ac magister Nicolaus studens“ q. *Mergie* de Cataro, „qui dum alias esset vaivoda despoti Rassie

tempore quo exercitus suus erat ad obsidionem Catari, recessit cum suis de illo exercitu et intravit, reducendo se ad devotionem nostri dominii, que res fuit una ex causis liberationis illius civitatis nostre, que multum stricta erat et in periculo constituta „et habuit pro tantis meritis 20 perpera in mense, sed nunquam fuerunt ei datae villae et terrae jam promissae, captum, quod habeat omnia, quae ei promissa fuerunt pro se et heredibus.

Senato Mar. vol. V., u mlet. arkivu.

LXXXV. God. 1456. 14. travnja, u Mletcih.

Zabranjeno davati občinska imanja bez privole senata i vieća desetorice.

MCDLVI. die XIV aprilis. Pars capta in consilio decem. Vadit pars, quod auctoritate huius consilii captum sit, quod non possit de cetero per viam gratie nec aliter dari de predictis rebus et aliis bonis nostri communis, nisi per istud consilium cum additione decem, habendo tres partes dicti consilii; et si aliter foret, non habeat locum id, quod factum est, et quilibet contrafaciens cadat in penam ducatorum quingentorum etc. non intelligendo in hoc promissiones, que usque in presentem diem facte fuissent per dominium nostrum, cum consiliis, etc.

Diplom. Siben. in bibliotheca palatina Viennae, Cod. suppl. 541. p. 123.

LXXXVI. God. 1456. 26. travnja, u Mletcih.

Odvraća se na molbe poslanika občine zadarske.

MCCCCLVI. die XXVI. aprilis. — Quod capitula infrascripta porrecta per oratores fidelissime comunitatis Jadre expediantur per dominium cum auctoritate huius consilii, sicut ipsi dominio visum fuerit.

Illustrissimo ducali dominio suoque pio et gratioso consilio, humele et devotamente se supplica per parte di vostri fedelissimi servidori et subditi mercadanti et populo de Zara, che la vostra celsitudine per bene de quel suo fidelissimo populo et de tuta la cita se degni conciederli le cosse sottoscripte, et prima:

Che niuna persona, sia de che condicion se sia, non debia ne possa tegnir capane fuora de Zara sul porto, salvo al tempo de fiere per octo zorni; et quelli volessino tegnir agli e cevolle, non possa tegnir salvo cum stuore, et questo al tempo de listade, e per alguno modo non in magazen sul porto, ma li magazeni siano dentro da Zara.

Fiat ut petitur, excepto quod forenses fieri facere possint capanas ultra tempus nundinarum solummodo per dies octo iuxta ordinem dominii.

Item che niuna persona possa nolizar, ni far nolizar altro navilio a sal a Pago ni a Zara, salvo navilii de le terre de la illustrussima signoria, ne ad alguna altra mercadantia e romei, perche gli subditi vostri sono sotoposti a galie et altre facion, bisogna ale terre vostre, e pero lor denono haver el comodo et non forestieri.

Concedatur, quod nabulizari non possint navigia nisi veneta aut terrarum nostrarum.

Item chel cancellier de misser lo conte non possa far tre contraletere, come se fa a zaschun va ala fiera de Fiume, Segna et Buchari, ma debia far una sola contraletera de tuto quelo dira el mercadante voler condur, si de landar chome del ritorno, cum pagamento de soldi diexe tantum et non soldi XXIIII come tuol al presente per tre contraletere, perche voleno far una de andar laltra de retorno, la terza de ferro e feramenta, et cussi ogni zorno andera a suo modo cressando la spexa ai mercadanti; se paga per contraletera soldi quatro, et una se intende per tute tre fa el cancellier de Zara.

Cancellarii non faciant nisi unam contraliteram tantum, et habeat soldos XII tantum et non plures ullo modo, que contralitera sit tamen tam pro eundo, quam pro redeundo.

Item che tuti quelli fano over farano mercadantia a menudo over in grosso, debiano esser sotoposti ale facion come gli altri mercadanti de Zara e a lor tassadori, perche honesto e, che chi ha utilitade et comodo dela marcadantia, stiano anche ala spexa.

Respondeatur, quod sumus contenti et volumus, ut omnes habitantes in Jadra facientes de mercationibus subiaceant gravedinibus et factionibus sicut petunt. Viandantes autem et non habitantes non subiaceant, quia conveniens non esset.

Item che gli vostri fedelissimi mercadanti e populo de Zara, andando a Segna e Fiume e Buchari cum sue mercadantie e intrade, zoe formenti, vini, olio et altro usitado de portar, non possendo vender a danari, possiano baratar a ferro duro e tenero e altre feramente e mercadantie se usa in dicti luogi de Fiume, Segna e Buchari, e tanto mancho se porti dale fiere di dicti luogi, e sempre a presentar el dicto ferro e feramente se condura agli altri tempi de lano cha dale fiere a miser lo conte de Zara.

Habeant ex bonis respectibus pacientiam. (Concessum fuit ut patet in fine mensis per literas missas comiti et capitaneo Jadre et successoribus suis.) De parte 116, de non 16, non sinceri 5.

Senato Mar. vol. V. c. 143. t., u mlet. arkivu.

LXXXVII. God. 1456. 26. travnja, u Mletcih.

Naputak Franji Venereo odlazećem u Albaniju kao providur.

MCCCCLVI. die XXVI aprilis. Quod fiat commissio ser Francisco Venerio ituro ad partes Albanie. — Nos Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro Francisco Venerio dilecto civi et fideli nostro, quod in dei nomine vadas noster provisor ad civitatem Dyrachii et partes Albanie. Et quoniam magnopere optamus, quod cavationes et laboreria, ordinata fieri ad baltam Dyrachii per olim nobilem virum Johannem Bolani de nostro mandato, omnino fiant et compleantur, ut crescentibus aquis marinis, intrent dictam baltam, et decrescentibus exeant ad mare pro sanitate et fortificatione illius civitatis nobis fidelissime, volumus, quod accelleres iter tuum Dyrachium, ad quem locum cum applicueris, volumus, quod esse debeas cum baylo et ingeniario nostro, quem illuc misimus, ac cum aliis, qui ad hoc apti et fidi tibi videbuntur, et videre et examinare opus predictum, et dare talem ordinem,

et ponere talem modum, quod si inceptum est, compleatur. Si vero nundum inceptum fuisset, in dei nomine detur tale principium, quod debitum medium et optatus finis subsequatur.

Operarios neccessarios ad dictum opus procurabis habere de Durachio, Scutaro, Drivasto, Alexio, Dulcinio et Dagno in isto principio, sicut melius facere poteris. Et quoniam ex resanatione aeris et fortificatione illius civitatis omnes domini et homines partium illarum recipient multa commoda et securitatem, volumus, si tibi videbitur, quod procures per illa media et modos, qui tibi utiliores videbuntur, de inducendo magnificum Scandarbegum et alios dominos partium illarum, quod mittant de operariis suis ad opus predictum, sicut se obtulerat Mastichius Topia dum viveret, quibus quidem operariis sumus contenti, quod providere possis de illo panne et vino vel de illis pautioribus pecuniis in die pro eorum expensis, que tibi possibiles erunt.

Dictas expensas facies de pecuniis camere nostre Dyrachii, que quidem pecunie volumus, quod in aliqua alia re non expendantur, quam in fabrica predicta, excepto salario baiuli nostri, tui provisoris, ingeniarii, castellani, comestabilium et omnium stipendiariorum, et excepta provisione Scandarbegi. Et si per nos etiam cum consilio rogatorum scriberetur, quod fierent alique solutiones contra hanc commissionem, volumus, quod ipsas literas observare non debeas.

Dari fecimus olim nobili viro Johanni Bollani precessori tuo badilia VIII centum acuta, zappas II centum, asses sive tabullas II millia, libras mile feramentorum, clavorum diversarum sortium libras V millia, travatulos XX, secures XX, badiliaque magna a posta X, ut laboreria predicta comodius et celerius fieri facere posset. Volumus ergo, quod res omnes predictas revidere debeas, et providere, quod bene salventur, et non disperdantur, et solum in laboreriis predictis convertantur.

Cum rectoribus locorum nostrorum Albanie et Antibaro ultra dabis possibilem operam, sicut utilius cognoveris, quod de locis predictis et districtibus suis mittatur ad opus cavationum predictarum maior numerus operariorum, qui erit possibilis, et sine ulla vel cum quam minori expensa nostra fieri poterit.

Sumus preterea informati, quod multi districtuales condemnati in pecunia pro rixis et aliis causis stant et habitant in dictis territoriis, et pro stando in domibus suis sine ullo ranchore libenter venirent ad laborandum ad dictas cavationes, si absolverentur a condemnationibus suis, quas tamen nunquam solverent. Volumus, quod laborantibus dictis condemnatis ad opus dictarum cavationum pro illo longiori tempore, quod tibi videbitur, eos possis absolvere a condemnationibus suis. Preterea quoniam multi banniti pro homicidiis et aliis delictis, qui stant ad confinia territorii, de quo habent bannum, et multa enormia committunt, volumus, quod simul cum comite nostro Scutari provideas, quod eis dentur talia confinia, quod alia delicta in illis territoriis committere non possint.

Misimus Dyrachium industriosum virum magistrum Peregrinum Cila ingeniarium nostrum, cui limitavimus salarium ducatos centum auri in anno et ratione anni, stando suis expensis, ut supersit omnibus laboreriis illarum cavationum; volumus ergo, quod eum exerceas ad laboreria predicta sicut melius et utilius cognoveris. Et quoniam eris personaliter in

facto, si tibi videbuntur alique provisiones faciende pro celeriori et magis votiva expeditione operis illarum cavationum, sumus contenti, quod eas facere possis, dummodo non sint tales, de quibus nostrum dominium sit merito consulendum.

Postquam dederis debitum ordinem et formam operi dicte balte, quando tempus ad hoc aptum et accomodatum tibi videbitur, volumus, quod visitare debeas magnificum Scandarbegum, cui presentatis nostris credentialibus literis, factisque amicabilibus solutionibus et oblationibus, declarabis, quod dominatio nostra, que sue magnificencie affecta est et ad eius commoda inclinata, ordinavit, quod de Scutaro, Alexio et Dyrachio sue magnificencie detur provisio sua annualis de introitibus camerarum illarum pro observatione promissionum nostrarum, quas quidem promissiones sua magnificencia erga nos etiam debet velle servire, sicut etiam per suas literas nobis scripsit, et providere ac ordinare, quod caravane et homines partium illarum veniant ad accipiendum de sale nostro, et ad conducendum de rebus et mercationibus suis ad terras et loca nostra, ex quibus sicut scit, provisionem suam habere debet, nam deficientibus introitibus nostris civitatum illarum non posset habere pecunias sue provisionis. Et cum his et aliis verbis et rationibus, que tue prudentie videbuntur, instabis et procurabis inducere suam magnificenciam, quod permittat venire caravanas ad terras et loca nostra, et amicabiliter et humane se habere cum omnibus rectoribus nostris. Et ut hec omnia debite iustificare possis, dari fecimus tibi copiam capitulorum concordii facti per nobilem virum Andream Venerio cum ipso Scandarbego, quoniam de capitulis per antea factis cum sua magnificencia in Scutaro plenam noticiam habetis.

Si sua magnificencia aliquid tibi diceret de capitulo pacis ultimate concluse cum Teucro circa receptum non dandum in terris nostris hostibus suis, justificabis dictum capitulum cum convenientibus verbis et rationibus, sicut pro prudentia tua facere poteris et scies.

Visitabis quoque magnificos alios dominos ibi vicinos, et presertim magnificum dominum Arenitum sub nostris credentialibus literis, quas tibi dari fecimus, cum humanis et amicabilibus verbis, ut eos tibi et aliis rectoribus nostris amicos et benivolos teneas et conserves; et si tibi videbitur, procurabis eos inducere, quod mittant et contribuant de operariis suis ad opus utillimum illarum cavationum Dyrachii, et quod permittant caravanas et homines partium illarum, sicut per antea, venire cum suis mercationibus et pro sale ad terras et loca nostra Albanie, sicut antea consueverant.

Quoniam multe et maxime expense, quas habemus in partibus Albanie, quotidie crescebant, et introitus nostri diminuebantur, dedimus in mandatis, et fecimus particularem commissionem olim nobili viro Johanni Bolani tam circa regulationem introituum et datiorum nostrorum, et computa et rationes nostras ordinate et clare tenendas, quam circa scansationes expensarum inutilium, sicut per exemplum commissionis sue, quod tibi dari fecimus, particularius videbis. Et quoniam a nonnullis ex rectoribus nostris Albanie et aliter sumus informati, quod propter aliqua datia seu decimas, noviter impositas per ipsum condam ser Johannem, multa scandala et errores secuti sunt inter et cives et districtuales nostros

partium illarum, optantes, quod omnia debite reformentur cum comodo et utilitate rerum nostrarum, et pace ac quiete civium et districtualium omnium nostrorum partium illarum, volumus, quod quando aer erit infectus aut suspectus in Dyrachio per modum, quod ad opus illarum cavationum laborari non possit, debeas te conferre Scutarum, et simul cum comite nostro diligenter videre et examinare omnes introitus et expensas nostras inutiles et limitando ac reducendo omnia ad res utiles et neccessarias, sicut de prudentia vestrum duorum confidimus; et similiter datia omnia nostra illius civitatis diligenter examinabis simul cum prefato comite nostro, providendo omni vestra industria, quod augeantur et amplientur pro utile et comodo dominii nostri, utque suppleri possit ad omnes expensas nobis occurrentes in partibus illis. Volumusque, quod simul cum comite nostro predicto possis facere omnes alias provisiones, quas utiles et proficuas cognoveris ad statum nostrum et ad bonam securitatem et conservationem illius civitatis; et similiter facies in aliis omnibus civitatibus et locis nostris Albanie, simul cum rectoribus nostris, dando nobis de omnibus noticiam.

Expeditus de Scutaro, ibis ad omnes civitates et loca nostra Albanie usque Catarum, in quibus omnibus et in Cataro providebis simul cum rectoribus nostris locorum illorum, sicut de Scutaro tibi diximus.

Et quoniam, ut diximus, olim ser Johannes Bollani imposuit aliqua datia et decimas vini, que nunquam amplius exacte fuerunt, de quibus et cives et districtuales nostri male contenti sunt, et eas omnino solvere recusant, nec in aliquo loco fuerunt exacte decime predicte, ut informati sumus, preter quam in Dulcinio ab aliquibus, volumus, quod materiam istam diligenter examinare debeas, et dictas decimas ac inusitatas gravedines revocare omnino vel confirmare possis, sicut tibi melius, utilius et securius pro dominio nostro et rebus status nostri, ac pro confirmatione subditorum nostrorum in solita fide et devotione nostra videbitur, auditis opinionibus rectorum nostrorum partium illarum; et similiter facies de equis, pagis et provisionibus illorum, qui cassi fuerunt per dictum condam ser Johannem tam in Dyrachio quam in omnibus aliis locis.

Quoniam nobilis vir Hieronymus Fusculo habere debet ducatos ducentos vel circa a magnifico Scandarbego pro damnis sibi illatis per subditos suos, tibi expresse committimus, quod procurare debeas satisfactioni dicti ser Hieronymi sicut melius et utilius cognoveris. Et hoc idem facere debeas de omnibus civibus nostris habere debentibus a dicto Scandarbego.

Habere debes de salario pro primis sex mensibus ducatos centum auri in mense, et postea ducatos sexaginta auri in mense liberos ab omni onere et gravedine; et si quicquam solvere cogereris, dominium nostrum solvat pro te. Ibis, stabis et redibis ad tuas expensas, ducendo tecum quatuor famulos, et tenendo equos quinque donec eris in partibus illis, et teneris equitare per totam Albaniam, et ire usque Catarum, quotiens opus erit et tibi mandabitur per dominium nostrum. Scribimus tamen rectoribus omnibus Albanie, quod tibi provideant de barchis pro eundo de loco ad locum ad expensas nostri dominii, sed tu facies omnibus expensas oris; et pecunias salarii tui ultra pecunias, quas hic habuisti,

accipies de tempore in tempus a camera nostra Dyrachii, et ab aliis cameris nostris Albanie.

Sumus preterea contenti et concedimus tibi, quod tecum conducere possis unum ex notariis nostris cancellarie cum uno famulo, pro quorum expensis et salario famuli habere debeas a nostro dominio ducatos quinque in mense ultra salarium tibi limitatum.

Eris solicitus singulis diebus per omnia passagia nos previsos reddere de quibuscumque novis et rebus quomodolibet occurrentibus in partibus illis, ac de ordine per te dato circa fabricam et opus illarum cavationum.

Et ex nunc sit captum, quod dictus ser Franciscus teneatur recessisse de Venetiis pro eundo Dyrachium infra dies xv proxime, ad quem torminum si non recesserit, habere debeat singulo mense ducatos viginti minus de salario suo; et hoc commissum sit nostris officialibus rationum. De parte 125, de non 2, non sinceri 4.

Senato. Mar. vol. V. c. 145., u mlet. arkivu.

LXXXVIII. God. 1456. 30. travnja, u Mletcih.

Dozvoljeno Zadranom za sajmova izvažati iz Rieke, Senja i Bakra svakojaku trgovinu.

Comiti et capitaneo Jadre et successoribus suis. Rescribantur huiusmodi litere interposita consilii rogatorum auctoritate per licentiam acceptam a dicto consilio die xxvi. aprilis 1456.

In convenientibus complacere volentes fidelibus nostris Jadrensibus, qui necessitati sunt, ut clarissime intelligimus ad nundinas Segne, Buchari et Fluminis, ferro et aliis necessariis se fulcire, contenti sumus et cum auctoritate nostri consilii rogatorum deliberavimus, ut non obstante aliquo alio nostro mandato in contrario disponente de tempore in tempus, tempore nundinarum suprascriptarum, bona habita consideratione ad veram necessitatem illorum fidelium nostrorum Jadrensium, eis concedatis, contraliterasque vestras fieri faciatis, quod possint ad ipsas nundinas emere et conducere Jadram ferrum laboratum et non laboratum, ceram, curamina, tam laborata quam non, et queque laboreria curaminis, sellas et alia fulcimenta equorum, merces, linum, canipatias et laboreria lini, et queque laboreria lignaminis et alia consueta pro usu ipsorum fidelium nostrorum, tamen habendo advertentiam singularem non concedendi eis ultra necessitatem dictarum civitatum, nec tantam quantitatem, quod valeant ullo modo de eis ad alias partes conducere contra ordines nostros. Circa quod maxime vos oneramus, vos advisantes, quod mandavimus capitaneo nostro Quarnarii, ut contraliteras vestras plenarie debeat observare, et illis nullatenus contravenire. Datum die ultimo aprilis.

Senato Mar. V. 143, 147., u mlet. arkivu. V. „Ducali e terminationi, lib. I. c. 160.“, u zadar. arkivu.

LXXXIX. God. 1456. 6. svibnja, u Budimu.

Ladislav kralj itd. podieljuje knezu dubrovačkomu naslov nadkneza.

Ladislaus dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex ac Austrie et Stirie dux nec non Marchio Moravie etc. fidelibus nostris nobilibus et prudentibus viris rectori et consilio civitatis nostre Ragusii

salutem et graciam. Ob constantem vestram fidelitatem erga coronam nostram „universo consilio nostro approbante, instituimus vos civitatemque vestram ut optime meritam plurimis et magnis honoribus, dignitatibus, suffragiis, favoribus deo nostro nobis vitam concedente, decorare etc." Ed ad refficienda mala, que prioribus temporibus sustulistis, quum tituli augent decorum praepositorum „rectorem civitatis vestre et consilii caput, proprio motu, et ex certa scientia nostra ac de prelatorum et baronum predictorum consilio et assensu, regia auctoritate et munificentia in archiretorem constituimus, facimusque et sublimamus" pro se et successoribus.

Datum Bude in festo ascensionis domini. Anno eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. sextodecimo, Bohemie vero tercio. Commissio propria domini regis in consilio. Albertus prepositus quinqueecclesiensis.

Orig. pergam. in archivio secreto Viennae.

XC. God. 1456. 6. svibnja, u Budimu.

Ladislav kralj ugarski dozvoljuje knezu dubrovačkomu, da rabi crveni vosak u pečatih.

Ladislaus etc. fidelibus nostris nobilibus et prudentibus viris rectori et consilio civitatis nostre Ragusii. Ut constantem fidem, quam erga nos etiam in preterito bello ostendistis, debite collaudamus, cum jam rectorem vestrum in archiretorem constituimus, credimus necessarium „et illius gradus dignitati et consilii vestri nobilitati, ut deinceps in sigillis publicis rubea cera servamini".

„Datum Bude in festo ascensionis domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. sextodecimo, Bohemie vero tercio."

Orig. pergam. in archivio secreto Viennae.

XCI. God. 1456. 6. svibnja, u Budimu.

Kralj Ladislav dozvoljuje Dubrovčanom, da u svoj grb umetnu pticu samolet.

Ladislaus dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. scribit „fidelibus nostris, rectori et consilio civitatis nostre Ragusii" habuisse notitia de malis ab ipsis sublatis in istis ultimis temporibus, et quomodo „nulla bellorum gravitas, nulla periculorum magnitudo frangere et a vera fidelitate corone huius regni declinare potuit. Ut igitur post duros hostiles impetus, quos summa cum fidelitatis integritate his superioribus turbidis temporibus, nobis regno absentibus, sustinuistis „reportetis novum signum gratiae nostrae, cum iam decoravimus" binis privilegiis nostris rempublicam vestram „id est" archirectoratus dignitate et cera rubea sigillandis auctoritate, honoris causa .... placuit nobis preterea ad maiorem ornamenti vestri splendorem cum armis novis insignire. Et sicuti vestra civitas inter alias Dalmatiae sicut fenix splendescit, ita „nil Phenice, nobilissima ave, in signum tante veritatis vobis ferendum convenientius visum est". Ut ergo remaneat posteris vivum testimonium vestrarum

actionum, confirmantes pristina insignia armorum vestre civitatis, adjungimus ipsis „hanc tam celebrem foenicem ea forma, hisque coloribus, quibus esse traditur et depingi solet, in campo celestino digno vestra probitate clipeo deferendam, cuius summitati coronam auream appossimus in signum tantorum laborum, quos pro nostris nostreque corone opportunis obsequiis forti animo sustinuistis, quibus quidem armis, videlicet clipeo cum fenice cum corona aurea super posita, nec non cum imagine beatissimi episcopi et martiris Blasii vexiliferi et patroni reipublice vestre, eundem armorum clipeum cum corona tenentis aliisque opportunis ipsorum ornamentis, que admodum in capite presentium literarum nostrarum picturis arte suis apropriatis coloribus depicta fuit, vos vestrique successores cives et comunitas volumus amodo perpetuis semper futuris temporibus in sigillis, vexillis, cortinis, vellis, et generaliter in quibus libet actibus atque locis uti et gaudere et ea deferre possitis cum omnibus prerogativis, honoribus et libertatibus, quibus alie libere civitates armis gaudent, et fruuntur“ etc.

Datum Bude in festo ascensionis domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, regnorum autem nostrorum anno Hungarie scilicet sextodecimo, Bohemie vero tercio.

Orig. perg. in archivio secreto Viennae. V. Formulae solennes styli in cancellaria regni Hungariae. ed. M. G. Kovachich. Pestini 1799. p. 549. n. 162., sed falso regni Mattiae attributum.

XCII. God. 1456. 6. svibnja, u Budimu.

Ladislav kralj ovlašćuje Dubrovčane, da mogu kovati zlatni novac.

1456. 6. maii. Ladislavus dei gratia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. rectori et consilio civitatis nostre Ragusii, scribit, quod propter eorum merita insignivit eorum rectorem dignitate archirectoratus, inde permisit ipsis „cera rubea sigilandi et arma fenicis imagine decorandi, et hoc ad futuram unice fidelitatis vestre memoriam. Nunc vero dat ipsis facultatem, „ut deinceps monetam auream seu florenos cum signis et imaginibus rei publice vestre cudere vel cudi facere valeatis“ vestro iure et beneplacito, tanquam signum regie liberalitatis, et hoc perpetuo cum omni utilitate, que ex ipsa auri cussione a vobis capi poterit etc.

Datum Bude in festo ascensionis domini, anno eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. sextodecimo, Bohemie vero tercio. Subtus: Commissio propria domini regis in consilio. Albertus prepositus Q.

Orig. pergam. in archivio secreto Viennae.

XCIII. God. 1456. 3. lipnja, u Bosni.

Kralj bosanski po svojih poslanicih moli mletačku republiku, da mu podieli pripomoć, kojom bi odolio Turčinu.

1456. 3. iunii. Supplicatio cum petitionibus porrectis illustrissimo domino dominio per dominum Thomam episcopum pharensem et dominum Nicolaum Testa, oratores serenissimi domini regis Bossine.

Serenissime et excellentissime princeps et illustrissimum dominium. Nos Stephanus Thomas, dei gratia rex Bossine etc. per oratores nostros dominum Thomam episcopum pharensem et dominum Nicolaum Testa significamus serenitati vestre, quod licet pluries miserimus ad dictam serenitatem vestram notificando de rebus occurrentibus, spectantibus tam ad statum vestrum quam nostrum, et hoc causa singularis benivolentie, quam semper erga vos habuimus, et nunc magis in dies habemus, nunquam tamen tanta fuit necessitas, sicut modo ad providendum et resistendum perverse voluntati huius scevissimi tyranni imperatoris Turcorum, qui totaliter intendit extorquere a nobis regnum nostrum. Et quamvis hucusque sue insaciabili voluntati ac suorum predecessorum satisfecerimus plurimis pecuniis cum maximo detrimento nostro nostrorumque subditorum, nunquam tamen gravavimus aliquos christianos principes. Nunc autem non contentus solum pecuniis, petit etiam quatuor castra regni nostri, ut habilius possit occupare reliquum dominium regni nostri prefati. Quorum unum castrum, videlicet Bystrychky, distat a Spaleto, Tragurio et Sibenicho per unam dietam, cuius etiam castri confines distant a Jadra per unam dietam. Vestrum autem est considerare, si regnum idem sibi, uti conatur, subiecerit et occupaverit, quid sequetur de partibus Dalmatie et Istrie, que etiam Istria non multum dictat a confinibus regni nostri antedicti. In quo dominatio vestra dubitare non debet, quod aliter res se habeat, quam uti vobis notificamus, cum simus de hoc veraciter edocti a nostris amicis ipsius imperatoris subiectis, quemadmodum etiam de Constantinopolitana civitate fuimus certificati, vobisque satis tempestive notificavimus, sicut etiam evenit de eadem. Quamobrem ad vestram serenitatem tanquam ad singularissimos amicos misimus oratores a vobis consilium et auxilium in hac ardua necessitate postulantes. Cum dicta necessitas inevitabilis nos cogat alterutrum facere, videlicet aut tradere eidem dicta castra, aut guerram ab eo sufferre, quorum utrumque nobis difficillimum erit, precipue, si nobis spem auxilii a vobis et ab aliis christianis oriri non viderimus. Tum enim opportebit nos, dicta ei castra tradere. Cuius rei causa, si prefata necessitas nos compellat ab eo imperatore suscipere guerram, tum necesse nobis erit aliqua rumpere castra et aliqua reservare. Pro conservatione quorum a vostra serenitate et amicitia petimus aliquos balistarios et arma per aliquod tempus habile, cum his indigeamus; significantes vobis, quod si nos istud regnum amiserimus, loca sub dominio vestro constituta in tuto et in pace esse non poterunt. Et si, quod deus avertat omnipotens, per ipsius Turcorum imperatoris guerram nos ex nostro regno exire opportebit, rogamus instantissime ac petimus a vostra serenitate acceptationem et securitatem pro transitu aut mansione, usque ad tempus persone nostre, ac nostrorum in terris et locis vestris. Insuper vestram amicitiam singulariter deprecamur, quatenus dictos nostros oratores, quancitius fieri poterit, expedire velitis, vestram voluntatem eius declarantes, si aliquod nobis auxilium prestare intenditis, ut deliberare possimus, quid cum dicto imperatore agere debeamus, maxime quia in suis ultimis literis petit a nobis staria viginti millia frumenti videlicet decemmillia salmas. Nam scribit, si secus fecerimus, amplius pacem secum non habebimus.

Secreta consilii rogatorum lib. XX., u mlet. arkivu.

XCIV. God. 1456. 3. lipnja, u Bosni.

Kralj bosanski moli republiku, da složno obrane sinove pok. bana Petra od kneza celjskoga.

1456. 3 iunii. Altera supplicatio eorumdem oratorum serenissimi domini regis Bossine. Serenissime princeps et excellentissime domine, ac illustrissimum dominium. Nos Stephanus Thomas dei gratia rex Bossine etc. Per oratores nostros dominum Thomam episcopum pharensem et dominum Nicolaum Testa similiter significamus serenitati et amicitie vestre, quod quamvis quotidie indesinenter ruinam regni nostri nobis inferri a Turcorum imperatore exceptemus, non tamen negligere intendimus cetera, que concernunt statum vestrum et nostrum. Vobis jam satis clare patet, quoniam comes Cilie totis suis viribus banatum Croacie occupare intendit et expellere pupillos illos Petri bani, qui se vestre serenitati ac nobis strictissime recommiserunt, qui etiam sunt sub vestra et nostra tutella et protectione. Quapropter res indigna et nephanda nobis videtur, ut dictus comes Cilie in dispectum et detrimentum utriusque nostrum dictum bannatum et comitatum Cetine atque Clisie occuparet, qui comes iudicio nostro non minus molestie et gravaminis inferre conaretur vestris et nostris subiectis, quam ipse Turcorum imperator, si facultatem tamen haberet, quamvis etiam satis tempestive vobis notificaverimus, quod castrum Ostroviçe pervenire debebat ad manus eiusdem comitis Cilie, cui provisio per vos fieri potuit, que tamen facta non fuit. Et si dictum castrum Ostroviçe ita esset in confinibus nostris sicut civitas Thinensis, non permisissemus ipsum occupari a prefato comite Cilie, sicut dictam Thininium non permisimus ab eo occupari, cum eius exercitum in obsidione dicte Thinini constitutum profugavimus. Et quoniam isti rectores et castellani locorum dictorum pupillorum vel potius orphanorum semper exceptionem et excusationem aliquam adivenientes dicto comiti Cilie exhibuerunt, dicentes, expectate nos interim, donec rex veniat Budam, et cum venerit dictam Buduam, quicquid nobis preceperit, illud faciemus continuo. Nunc autem cum idem rex prefatam Budam pervenerit, eidem comiti Cilie privilegia prestitit et contulit super dictam Croaciam, ac unum suum nobilem, nomine Simonem Coporoiuchg modo mittit in prefatam Croaciam cum pleno suo mandato et potestate, ut eius Croatie possessionem tradat in manus predicti comitis, credens ipsam posse obtinere pacifice. Et iam hucusque idem Simon venisse debet. Pro qua re nobis videtur, quod nullo quidem pacto in hoc assentiri deberemus; per nos vero nihil in hac re deerit, si vos ex parte vestri idem facere volueritis. Et si vobis id aperte facere non videtur contra eundem comitem Cilie, vestra serenitas faciat bono modo exhiberi favorem et auxilium istis rectoribus, videlicet frumenta et alia necessaria sicut pulveres pixidum et machinarum atque arma. Nos vero, uti prediximus, nostri ex parte faciemus omnia possibilia pro istis orphanis. Et in hoc postremam provisionem, quam vultis, modo efficere vellitis, quia isti rectores ulterius pati nequeunt, cognoscentes suam impotentiam. Nam si firmam spem in vobis et in nobis non habuerint, ipsi dabunt eadem castra in manus sepedicti comitis, cui rei valde bonum videtur modo tempestive obviari, ne id sequatur. Insuper alias etiam vobis reduximus ad memoriam, quod

Thininum est caput Croacie, quam ipse comes Cilie quamprimum occupare intendit. Et si ipsam ulterius retinere non poterunt, ita quod eam pretacto comiti exhibere oportebit, tunc pro maiori dampno evitando nobis videtur, quod serenitas vestra inquireret ipsam Thininum recipere in vestras manus. Et si vobis non videtur, ordinemus bono modo, ut ad manus nostras perveniat, quod in residuis castris isti orphani per vos et nos conserventur. Quum si istud sequeretur, dictus comes Cilie requireret Thininum a nobis; residue vero partes dictorum orphanorum manerent in pace. Et si dicta Croacia et Thininum pervenerit ad manus dicti comitis Cilie, certum scitote, quod mox omni mora postposita inquireret modum dampnificandi et occupandi eandem Dalmatiam, et iam nobis sermonem pro hoc habuit, ut secum concordiam et unitatem faceremus, ut nos intromittamus in hoc negotio pro vobis et pro ipso. Si vero aliter sepedictus comes Cilie vobiscum loquitur, quam uti vobis nunciamus, tantum sibi credite, quantum iudicio et sapientia vestra discernere potestis. Quod si vestra serenitas constituerit rem hanc agere pro bono, nobis apparet, ut literas vestras dirigeretis Stephano duci, ne impedimentum prestaret ipsis orphanis in favorem sepenominati comitis Cilie, pro eo quod dicti orphani sunt sub vestra et nostra protectione constituti. Notificantes vobis, quod comes sepedictus est coniunctus tam unitate et amicitia quam affinitate Stephano duci prefato, per cuius comitis inductionem, uti alias vobis notificavimus, dictus Stephanus dux obtinuit privilegium a rege Hungarie prefato super donatione Spaleti, et magis pro ista causa inquirunt se appropinquari alter alteri confinibus. Nam si obtinuerit prefatus comes Cilie dictam Croaciam, ipsorum confini erunt coniuncti, uti cupiunt.

Secreta consilii rogatorum lib. XX., u mlet. arkivu.

XCV. God. 1456. 14. lipnja, u Mletcih.

Mletčani odgovaraju poslanikom kralja bosanskoga, da mu slobodno skloniti se kad hoće u mlet. zemlje, i da si uzme Knin po volji.

1456. 14 iunii. Quod reverendo patri domino episcopo pharensi et domino Nicolao Testa militi, oratoribus serenissimi domini regis Bossine, ad ea, que dominio exposuerunt, sicut huic consilio lectum est, respondeatur:

Quod serenitati sue multis ex causis affecti sumus, et omnia comoda et felicitates status et regni sui non secus grata jucunda et desiderabilia nobis sunt gravia et molesta, quamplus dici posset. Et propterea egre et displicenter audivimus quecunque nobis retulerunt. Sed quandoquidem ita se res habent, itaque deo pro presenti placitum est. Ad ea, que a nobis petierunt, respondemus. Et primo ad partem pertinentem ad prefatum serenissimum regem, dicimus, quod contenti sumus, ut casu occurrente necessitatis serenitas sua fieri et soldizari possit in terris et locis nostris circumvicinis, ubi sibi magis libuerit, suis impensis ballistarios usque centum, et eos conducere et exercere in suis negotiis et serviciis pro quanto tempore sibi fuerint neccessarii.

Dicimus etiam, si sors tulerit, quod deus avertat, ut maiestas sua, prementibus hostibus, ex regno suo exire conveniat, contenti sumus, ut

persona sua et omnes, qui secum venerint, et bona quecunque portaverint, grate et amice suscipiantur, ab omnibus rectoribus nostris optimeque et humanissime tractentur, possitque in locis nostris residere et ire quo voluerit non secus quam in propriis domibus et terris et locis dominationes sue facere possent; et sic scribemus et mandabimus quibuscumque rectoribus nostris Dalmatie per nostras patentes litteras, quod faciant et observent.

Ad partem spectantem ad filios quondam banni Petri, dicimus, placere nobis admodum ea, que per maiestatem suam in re illa acta sunt et agere intendit, qui procul dubio vicinatus comitis Cilie et coniuctio finium ipsius comitis cum duce Stephano regno et statu suo non nisi molestie et inquietudini esse posset. Et quum nos in nostro comuni non habemus frumenta, sumus contenti, ut gubernatores illius status emi facere possint de frumentis tam in hac civitate nostra quam in aliis terris et locis nostris pro usu et munitionibus suorum locorum, quorum frumentorum tractam nos libenti animo concedemus.

Ad partem vero ad Thininum pertinentem, dicimus, non videri nobis ex bonis respectibus, sicut alias ipsi domino Nicolao dixisse meminimus, nos impedire de loco illo, sed si maiestas sua modum haberet, locum ipsum in presenti sub dominio et obedientia predictorum filiorum conservare, id bene suadere sciremus. Cederet eidem ad honorem et comodum majestatis sue, nobisque gratissimum esse. Sed si sub ipsis pueris conservari non posset, in hoc casu hortari et laudare sciremus maiestatem suam, ut castrum ipsum habere sollicitaret, quoniam existente eo in manibus sue serenitatis, reputare poterimus ipsum esse in nostris propriis. Et ex nunc parati sumus suaderi facere heredibus quondam banni Petri, quod si impotentes erunt conservare pro se castrum ipsum Thininy, cum predicto serenissimo rege citius quam cum aliquo alio concordium capiant, et illud tradant sue serenitati. Et in hoc et in quibuscunque alii pro eius serenitate semper faciemus omnia, que honeste facere possumus tanquam pro amico nostro carissimo. De parte 108, de non 1, non sinceri 11.

Secr. cons. rog. lib. XX., u mlet. arkivu.

XCVI. God. 1456. 21. lipnja, u Mletcih.

Odredjeno, da se Boji, ženi pok. Zakarije, koja je predala republiki svoj grad Danj, obećanja drže.

MCCCCLVI. die XXI iunii. Quoniam privilegia et promissiones facte domine Boye filie condam Choye Zacharie, quando consignavit dominio nostro locum Dagni, sibi non servabantur, nec dabatur sibi provisio sua per modum, quod non habebat modum satisfaciendi necessitatibus victus sui, magnificus dominus Petrus vayvoda in inferioribus partibus Bosine, gener dicte domine, in 1452 misit suos oratores, qui porrexerunt certa capitula, supplicantes, ut victui dicte domine et observationi privilegiorum et promissionum sibi factarum providere dignaremur; ad que quidem capitula fuit responsum digne et pertinenter cum auctoritate consilii rogatorum, sicut per litteras nostras superinde emanatas aparet. Et quoniam

deliberationes et mandata nostra executa non fuerunt, ipsa domina coacta fame et necessitate, venit ad presentiam nostram, et porrexit aliqua capitula, supplicans, ut observationi suorum privilegiorum et victui suo providere dignemur iuxta continentiam dictorum capitulorum et peticionis sue, et conveniat honori nostri dominii servare ea, que promissa sunt, et providere, quod nostris mandatis detur debita executio et obedientia.

Vadit pars, quod mandetur comiti et camerario Scutari, quod nullo modo possit tangere vel tangi aut intromitti facere quicquam de fructibus et redditibus villarum dicte domine pro aliquo casu necessitatis, nisi prius sibi facta debita solutione, et cum consensu et voluntate sua; et similiter de rusticis possessionibus et bonis suis nullatenus se debeant impedire, et de contracambio possessionum suarum omnino servare debeant formam et continentiam privilegii sui, et omni mense dare debeant dicte domine provisionem ducatorum decem in mense, quam ex illa camera sibi dari facimus ante alias omnes solutiones in pecunia numerata.

Item teneantur comes et camerarius Scutari solvere sine diminutione dicte domine munitiones, quas dedit dominio nostro de tempore in tempus, sicut continetur in literis nostris diei XVII augusti 1452, et similiter totum id, quod habere restat de provisione sua, et in reliquis omnibus servare debeant formaliter et cum integritate responsiones et deliberationes nostras contentas in suprascriptis nostris literis die XVII augusti 1452.

Licet alias sibi concesserimus ad instantiam magnifici vayvode Petri generi sui, quod domina Dorothea, que filia sua erat, remaneat heres sua, quoniam hoc erat ex lege nature, non videtur tamen nobis neque intendimus bonis et honestis respectibus sibi concedere nunc, quod filia sua mortua est, quod possit alium instituere heredem bonorum suorum, sed volumus, quod privilegia et promissiones sibi facte observentur.

De capella autem sancte Marie subtus Dagnum collata per summum pontificem uni presbitero latino, libenter sibi complaceremus, sed quoniam non possumus infringere neque annullare bullas apostolicas, non videmus posse sibi complacere, sed si mittere vult ad summum pontificem, scribemus summo pontifici et reverendissimis dominis cardinalibus in sui commendatione.

Et quoniam dicta domina principaliter conqueritur de inobservatione et inobedientia mandatorum nostrorum, sit providendum, quod nostra mandata et deliberationes huius consilfi observentur. Ex nunc captum sit, et firmiter statutum sit quod mandetur auctoritate huius consilii comiti et camerario nostris Scutari et . . . successoribus suis, quod sub pena ducatorum v centum auri, exigenda per advocatores comunis sine ullo consilio, ac privationis omnium officiorum et regiminum nostrorum per annos quinque observare debeant suprascriptas deliberationes et mandata huius consilii prout iacent. Et si aliqualiter non obedient, teneantur et obligati sint ad refectionem et emendationem omnium damnorum et expensarum dicte domine Boglie, et teneantur consiliarii committere et exnunc commissa sit eorum et cuiuslibet eorum inobedientia nostris advocatoribus comunis.

Mandetur quoque provisori Dagni et . . successoribus suis sub penis et stricturis suprascriptis, quod nullo modo pro aliquo casu ut supra non possit tangere, neque tangi facere, vel accipi de fructibus et proventibus

dicte domine, nisi facta prius debita solutione, et cum consensu suo, neque aliqualiter se intromittere nec impedire vel molestare rusticos, possessiones, et bona dicte domine. De parte 119, de non 1, non sinceri 5.

Senato Mar. vol. V. c. 157., u mlet. arkivu.

XCVII. God. 1456. 5. srpnja, u Mletcih.

Nastoji se o oboružanju grada Zadra radi njegove važnosti.

1456. 5 iulii. Omnes intelligunt. quantum civitas Jadre propter notabiles conditiones suas statui nostro importet, et sicut ex literis rectorum nostrorum ibidem lectis isti consilio intelligi potest, sit penitus necessarium providere securitati et conservationi illius civitatis, que prout habetur, fame et morbo gravissimo plurimum opressa est; ac etiam ex his, que scribuntur de comite Cilie et comitibus Corbavie, qui tractare et haspirare videntur contra statum nostrum in ipsa civitate, facit pro nostro dominio armare et expedire quamprimum galeam nostram, cuius est electus supracomitus vir nobilis Mapheus Leono, ut illuc accedere possit pro hortamine illorum fidelium nostrorum, qui in ipsa civitate propter pestem in modico numero remanserunt.

Propterea vadit pars, quod in crastinum galea predicta ponere debeat banchum, et committatur officialibus armamenti, quod eam cum omni solicitudine armare debeant.

Utque habeatur pecunie pro armamento et expeditione dicte galee exnunc captum sit, quod sicut etiam captum fuit in isto consilio die octavo aprilis proxime decursi, per officiales nostros super sale immediate dari debeant de pecuniis illius officii spectantibus nostro dominio duc. II mille V centum, ut galea ipsa celeriter et absque dilatione valeat expediri.

Accipiantur etiam de presenti ab offitio nostro salis, qui subito mittantur Jadram pro subventione stipendiariorum nostrorum duc. mille v. centum. De parte 90.

Quod propter importantiam civitatis Jadre ad statum nostrum primo et ante omnia cum omni studio et celeritate accipiantur ab officio nostro salis duc. mille v. centum, sicut per partes iam captas deliberatum est, qui immediate mittantur Jadram pro subventione stipendiariorum nostrorum. Preterea captum sit, quod positis ad iter istis ducatis mille v centum, solicite etiam armari et expediri debeat galea Leona mittenda, accipianturque pecunie ob hoc oportune ab officio nostro salis. + 51 — 1 — 0.

Secreta consilii rogatorum lib. XX., u mlet. arkivu.

XCVIII. God. 1456. 12. srpnja, u Mletcih.

Obavieščuje se knez bračk(i), da niti njegovi predšastnici ni on sam nesmije podieljivati pašnjake proti obstoječoj zabrani.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Francisco Pizzamano de suo mandato comiti Brachie et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Supplicavit dominio nostro prudens fidelis noster Franciscus de Fumatis orator fidelissime communitatis nostre Brachie, quod cum contra formam privilegii

per nos concessi illi communitati, contra terminationes sindicorum nostrorum et contra statuta et confirmationes et antiquas consuetudines illius loci et insule per nos approbatas et confirmatas per nonnullos precessores nostros, facte fuerint quamplures concessiones et locationes Stanischiarum seu pasculorum illis fidelibus, ex quibus sequuntur quotidie multa scandala, inconvenientia et inimicitie, dignemur ad evitanda omnia predicta et multa mala, que in dies emergunt, ordinare, quod non obstantibus dictis concessionibus rectorum nostrorum, privilegia nostra, statuta deinde et consuetudines observentur. Intellecta igitur honestate petitionis predicte, et attento, quod precessores vestri non potuerunt facere aliquam concessionem dictarum Stanischiarum seu pasculorum contra privilegia nostra, statuta deinde et terminationes sindicorum et consuetudines approbatas, terminavimus et declaravimus, quod in facto Stanischiarum sive pasculorum serventur privilegia et litere nostre scripte in 1443 precessoribus vestris, statuta deinde et terminationes sindicorum et consuetudines approbate, non obstantibus concessionibus factis alicui vel aliquibus fidelibus nostris per precessores vestros, quas facere non potuerunt. Volumus idcirco et vobis mandamus, quatenus hanc terminationem et deliberationem nostram observare et observari facere penitus debeatis; facientes has literas nostras in actis cancellerie vestre ad futurorum memoriam registrari, et registratas presentanti restitui. Date in nostro ducali palatio die 12 iulii 1456.

Ex libro „Diversi publici decreti etc. Udine 1656 p. 61.“

XCIX. God. 1456. 22. srpnja, u Mletcih.

O Marku Longo kapetanu u Zadru, koj bjaše ondje umro.

1456. die XXII iulii, indictione IIII. Ser Benedictus Baroci, ser Laurentius Lauredano, ser Jeronimus Donato, ser Victor Capello, ser Paulus Barbo miles, consiliarii. Propter mortem nobilis viri ser Marci Longo capitanei Jadre, cui deus parcat, considerata importatia illius civitatis ad statum nostrum opus est celeriter providere. Ideo vadit pars, quod capitaneus Jadre eligendus teneatur respondere die sabbati proximi ad tertiam et recedere omnino cum galea leona sub pena ducatorum mille; et ut presto se possit ponere in ordine et recedere, ex nunc sit captum, quod dictus capitaneus eligendus ultra salarium solitum habere debeat ducatos ducentos auri pro toto illo regimine, liberos et exemptos ab omni onere et gravedine. Et si per aliquod officium astringetur solvere aliquid pro predictis ducatis cc centum, comune nostrum solvat pro eo; et ante eius recessum de Venetiis habere et recipere debeat de officio salis dictos ducatos cc, teneantque provisores salis ante omnes alias solutiones fiendas per illud officium dare et solvere dictos ducatos cc auri de pecuniis, possitque dictus capitaneus eligendus tenere in suo regimine officiales dicti ser Marci Longo, et non possit dicto capitaneo elongari terminus sub pena ducatorum mille pro quolibet ponente vel consentiente partem vel gratiam in contrarium. De parte 360.

Ser Zacharias Valareso consiliarius. Vult partem suprascriptam per totum, excepto quod electus capitaneus eligendus teneatur habere in suo

regimine officiales dicti quondam ser Marci, si stare voluerint, qui steterunt tempore periculoso et pestifero, sicut in similibus casibus solitum est fieri. De parte 213, de non 25, non sinceri 13.

Maius consilium. Regina c. 8, u mlet. arkivu.

C. God. 1456. 3. kolovoza, u Mletcih.

Stjepan hrceg sv. Save nagovara Kotor i Zentu, da se stave pod okrilje tursko.

1456. 3 augusti. Quum casus literarum scriptarum per ducem Stefanum sancte Save subditis nostris Catari et Xente suadendo, quod recedant ab obedientia nostra, et se adhereant Teucro, est maxime importantie, et nisi debite provideatur, ipse dux posset assumere libertatem et licentiam procedendi ad alta, que negotiis status nostri magna scandala et confusionem producere possent, et nobilis vir Aloisius de Canali, qui alias pro dominio nostro fuit ad presentiam dicti domini, nunc iturus sit mercator ad partes illas.

Vadit pars, quod committatur dicto ser Aloisio, quod ire debeat ad presentium dicti domini, et sibi dare noticiam de literis predictis, quas habuimus, et ipsum requirere, hortari ac suadere, quod velit a similibus se abstinere, et de negotiis nostri status non se impedire, quia bene scit, quod sibi et statui suo multa comoda fecimus; et circa hunc effectum fiat sibi commissio in illa honesta et modificata forma verborum, que videbitur collegio. + 64 — 7 — 1.

Senato. Mar. vol. V., u mlet. arkivu.

CI. God. 1456. 12. kolovoza, u Mletcih.

Mletačka vlada raduje se kardinalu sv. Andjela apostolskom poslaniku u Ugarskoj radi pobjede nad Turčinom.

1466. 12 augusti. Reverendo domino cardinali sancti Angeli legato apostolico in Hungaria. Per taballarium reverendissime paternitatis vestre, qui expeditionem suam et reditum in Hungariam diligentissime procurabat, negabatque diutius hic morari velle, ad reverendissimam dominationem vestram scripsimus propter pestilentiam, que in hac urbe nostra presenti anno viguit, non potuisse nos consilia nostra cogere, et ad ea, que celsitudo vestra ad nos scripserat, ordine respondere sicut optabamus, quod quanto citius fieri posset a nobis factum iri polliciti sumus. Interim autem supervenerunt litere a reverendissimo domino cardinali Strigoniensi et ab episcopo Sibinici cum infrascriptis copiis literarum illustrissimi domini Johannis comitis Bistricensis nunciantibus felicissima nova victorie sue de imperatore Turcorum turpiter in fugam converso, dissipato robore gentis sue, ammissis tormentis et bellicis machinis et navibus quascumque in fluvio Danubii habebat partim captis et partim combustis, quam rem manu domini factam certo credimus, et que animos nostros tanto gaudio et tanta leticia affecit tantumque erexit, ut exprimere difficile sit, et cum reverendissima paternitate vestra amplissime et uberime congratulamur, neque existimamus necessarium pro presenti ad ipsas litteras, reve-

rendissime paternitatis vestre aliud respondere, quum speramus in dies fructus uberiores ipsius victorie et successus feliciores rerum christianorum audire, quod omnipotens deus per suam inefabilem clementiam efficere dignetur, ut Christi nomen, quod hostibus suis contemptui et ludibrio fuit, eisdem in perniciem et trepidationem eveniat. De parte — 26 — 31.

Secreta cons. rogat. lib. XX., u mlet. arkivu.

CII. God. 1456. 12. kolovoza, u Mletcih.

Republika hvali Ivanu Hunjadu, što je pobjedio Turčina.

1456. 12 augustri. Illustri et magnifico domino Joanni de Huniad comiti Bistricensi ac regni Hungarie capitaneo generali. Illustris et magnifice domine. Audita novissime per literas reverendissimi domini cardinalis Strigoniensis in regno Hungarie apostolice sedis legati ac per exemplum literatum per illustrem magnificentiam vestram reverendissime paternitati sue scriptarum gloriosa excellentissimaque victoria contra imperatorem Turcorum obtenta, tanto gaudio tantaque leticia repleti fuimus, ut nec scribi nec concipi posset, pro qua omnes christi fideles in primis deo nostro misericordi, qui plebem suam omnesque in se sperantes nunquam deserit, et a quo cuncta bona procedunt, infinitas gratias referre tenentur, vestre autem excellentie laudem et gloriam sempiternam, per cuius virtutem, magnanimitatem acque prudentiam ea omnia gesta sunt. Nos autem, qui ad excellentissimam personam vestram singulari caritate affecti sumus, quibusve suprema virtus et strenuitas vestra vestraque naturalis affectio ad tuitionem, salutem et gloriam nominis christiani dudum exploratissima fuit et est, quive semper speravimus et a certo credimus, rempublicam christianam ubicumque excellentem magnanimamque personam vestram esse contingerit, honorem, gloriam et victoriam suscepturam, quanto cordialius et efficatius possumus vobiscum tota mente congratulamur divine maiestati devotissime supplicantes, ut illustrem personam vestram per longiora tempora conservare dignetur, faciatque eam ad totale excidium infidelium et ad sublimationem fidei et nominis christiani de bono in melius prosperari. De parte 69, de non 1, non sinceri 2.

Secreta cons. rog. lib. XX., u mlet. arkivu.

CIII. God. 1456. 16. kolovoza, u Mletcih.

Odgovor republike knezu celjskomu na obaviest, da je imenovan bio hrvatskim banom.

1456. 16 augusti. — Illustri comiti Cilie. Accepimus literas illustrissime magnificencie vestre diei XXVIII maii proxime preteriti, per quas certiores facti sumus, serenissimam regiam maiestatem Hungarie vobis contulisse bannatum Croatie. Et quum magnificentiam vestram semper dileximus et sincere diligimus, de quibuscumque rebus, que ad honorem suum pertinent, plurimum gaudii et jucunditatis accepimus, et vobiscum,

sicut benivolentiam nostram decet, congratulamur, dispositi cum vestra illustrissima magnificentia bonam et amicam vicinitatem conservare, et a rebus honestis non discedere iuxta consuetudinem nostram. + 69 — 1 — 3.

Secreta consilii rogatorum lib. XX., u mlet. arkivu.

CIV. God. 1456. 20. rujna, u Mletcih.

Mletčani primaju u zaštitu kneza Pavla kastelana kliškoga i sinove pok. bana Petra (Talovića).

1456. 20 septembris. Quod ad capitula porecta per oratores comitis Pauli castellani Clisii, attenta maxima importantia loci illius ad bonam tutellam et conservationem civitatum nostrarum Dalmatie, sicut scribunt et instantissime suadent et consulunt rectores et comunitates nostre Spaleti et Tragurii, respondeatur: quod sumus contenti, memores fidei et devotionis quondam magnifici banni Petri in dominium nostrum, sibi complacere, et ipsum ac filios dicti quondam banni Petri cum castro predicto sub protectione et commendisia nostra acceptare, dummodo locus ille non sit de bannatu Croatie sed de comitatu Cetine.

Circa capitulum subventionis, quam petit gentium nostrarum, dicatur, quod sumus contenti subvenire in casibus oportunitatum suarum, pro qua quidem subentione possit eis promitti usque ad summam ballistariorum quinquaginta quanto pauciores fieri poterit; concedaturque sibi, quod possit elevare vexillum nostrum sancti Marci, sicut fecit a 1453 citra et facit de presenti. Et procuretur modificare peticiones suas in facto provisionis et aliarum rerum, sicut melius fieri poterit pro dominio nostro. Et possit scriti comiti Cilie et aliis, qui videbuntur collegio in illa forma, que melior magis justificata et conveniens videbitur.

Et similiter expediantur capitula porecta per oratorem comunitatis Spaleti. + 61, 66 — 4, 3 — 3, 3.

Secr. cons. rog. lib. XX., u mlet. arkivu.

CV. God. 1456. 20. rujna, u Mletcih.

Šalje se poslanik kardinalu sv. Andjela, papinskom legatu u Ugarskoj s obećanjem, da će i republika sudjelovati u ratu proti Turčinu.

MCCCCLVI. die XX septembris. — Quod fiat commissio circumspecto et prudenti secretario nostro Petro Thomasio Auro ad reverendissimum dominum cardinalem sancti Angeli legatum in partibus Hungarie in hac forma, videlicet:

Petre. Mandamus tibi, quod omni diligentia et celeritate studeas te conferre ad partes Hungarie, dirigendo iter tuum versus Budam, ubi verisimiliter invenies reverendissimum dominum cardinalem sancti Angeli legatum apostolicum in partibus illis, estque nostre intencionis et volumus, quod vel Bude vel alibi, ubi sua reverendissima paternitas se repperiet, esse debeas ad eius presentiam, exhibitisque dominationi sue litteris nostris credencialibus tibi traditis, factisque illis decentibus salu-

tationibus et oblationibus, quas noveris convenire nomine nostro, referes, quod superioribus diebus per nuntium sue reverendissime paternitatis delate fuerunt nobis litere sue, quas periocundo animo vidimus ac gratissimas habuimus, cognitis presertim apparatibus opera sue reverendissime dominationis instructis ad conatus crucis hostium comprimendos et reliquis omnibus in eisdem litteris prudentissime commemoratis, ad quas dum instituissemus quam primum dare responsum, ut offitio ac precipuo amori nostro in reverendissimam paternitatem suam satisfaceremus, nuntius ipse ex morbo hic sevienti exteritus, aut quia absque mora hinc discedere disposuerat, recusavit aliquanto differre, neque nos etiam ex causa pestis eiusmodi absentibus civibus ad hoc designatis consilia nostra ita facile congregare valuimus; proinde tunc solum ad reverendissimam paternitatem suam scripsimus, quod per nuntium nostrum eidem seriosius responderemus. Interim autem supervenit gloriosum ac felicissimum novum conflictus per exercitum christianum dati hostibus fidei, pro quo quidem tam salutifero novo universa christiana religio tantum letari debet, quantum facile cousiderari potest. Hinc itaque factum est, ut cum incerti essemus, an christianus exercitus magis ultra progressurus esset, supersedimus in exhibendo responsum huiusmodi, eo solum fine, ut intelligeremus, quod exercitus ipse facturus esset. Cumque in hac expectacione persisteremus, variis modis vulgatum est, illustrissimum et magnanimum dominum Johannem capitaneum exercitus Christi fidelium ab humanis esse subtractum, quam rem profecto summa ac cordialissima mentis nostre displicentia intelleximus. Subinde etiam modo novissime obitus eius confirmatus est per quemdam familiarem sue reverendissime paternitatis ex Hungaria redeuntem, qui casum istum locumtenenti nostro patrie Foriiulii ac conditiones et incommoda christiano exercitui occurrentia, que impedimento esse possunt desiderate executioni istius sancti operis explicavit, sicut exemplo litterarum ipsius locumtenentis, quod tibi dari iussimus, quodque sue reverendissime dominationis ostendes videri potest. Hec omnia effecerunt, ut magis dubii acque ignari hactenus permaserimus, quid certi sue reverendissime paternitati respondere possemus, quando quidem non intelligamus, si potentie christiane impresiam istam prosecuture sint. Rogare itaque volumus reverendissimam dominationem suam, ut libet declarare nobis statum rerum illarnm, ac quibus in terminis negotia illa constituta sunt, ut intellectis conditionibus ac dispositionibus rerum ipsarum pertinentium, sue reverendissime paternitati respondere possimus. Cui notum esse volumus, quod veluti Christi fideles maiorum nostrorum vestigia prosequentes, ac pro observantia nostra ad ecclesiam sanctam proque honore et gloria nominis christiani semper promptis animis, pro quanto in nobis erit, una cum aliis debito nostro satisfacturi sumus.

De responso autem, quod habebis a sua reverendissima paternitate ac de novis et reliquis occurrentibus nos tuis litteris advisabis, remanebisque apud ipsum reverendissimum dominum legatum nostrum, expectando mandatum.

Si forte contingeret, quod quando te repperies in illis partibus Hungarie, commode visitare posses filios quondam illustrissimi domini Johannis, sicut presertim defuncti, quia se repperirent in civitate vel loco, ubi

etiam tu esses, volumus, quod istud facere debeas illis pertinentibus affectuosis et humanis verbis, que tibi videbuntur, dolendo te nomine nostro de casu dicti patris sui, quem singulariter diligebamus, ac offerendo nos et dominium nostrum in omnibus honorem suum suaque commoda concernentibus bonis et generalibus verbis, sicut noveris expedire. Volumus, quod si ita etiam noveris opus esse, visitare debeas de aliis dominis et baronibus illarum partium cum illis bonis et humanis verbis, que tue prudentie videbuntur. De parte 68, de non 2, non sinceri 2.

Secreta cons. rog. XX. c. 101., u mlet. arkivu.

CVI. God. 1456. 27. rujna, u Mletcih.

Molbe kneza Pavla na mlet. vieće, i dotični odgovori.

MCCCCLVI. die XXVII septembris. — Questa e la commission fata, data e formata per lo egregio homo messer Paulo castellano e governadore de Clissa e del suo contado. La qual lui comette e vole, che sia exposta e ricetata per parte soa, per li soi ambassatori et oratori alo conspecto et li piedi de lo serenissimo principe segnore e segnore Francesco Foscari, dei gratia doxe inclito de Venexia etcetera.

Et primo, el prefato conte Paulo se debia offerire et ricomandare cum la debita reverentia ali piedi de la prefata signoria, come suo fidelissimo servitore etcetera.

Secondo, che se debba narrare ala signoria predicta de li capitoli facti et confirmati per la ditta signoria al predicto conte Paulo maxime de ducati CL., li quali prefata signoria daxeva al predicto Paulo 50, a conte Thomaxo Boynicich L, a conte Vyriuray de Cothina L. Ma perche li ditti conte Thomaso e Viriuray par che hormai siamo acordati cum conte de Cilia, e questo conte Paulo e rimasto fermo et stabele in la soa promessa stabilita cum el suo sagramento, pertanto supplica et priega, che quello salario de ducati CL. sia dato a lui, e che li duri fina ala morte soa. Intendendo che li sia resposto ogni anno a quatro in quatro mesi per rata ala camera de Sibinico.

Terzo che sia narrato, che per vigor de li capitoli predicti li e stata data ne la cita de Spalato una caza, fo de Antonio de Cypriano, la quale per magior parte mena ruina e quasi desfata. La qual caxa ditto conte Paulo intende reconzare molto bene e live logare per habitation la soa dona cum tuta la famiglia. Et anche per piu fermeza et segurta de comprare ancora de possession in la cita e campo de Spalato per mille ducati e piu. E perche per quelli capitoli ge fuo consignata adesso novamente una terra desutele e lontana del predicto Antonio de Cyprian, per tanto supplica ditto conte Paulo, che le altre poche terre de ditto Antonio, le qual non sono vendute, e si sono ne le man vostre, e non valeno oltra ducati XX. al anno, siano date per la serenitate vostra al dito conte Paulo perpetualmente et ali suoi heredi, non includando in questo ne la caxa ne saline, fono de ditto Antonio.

Quarto, che se expone ala signoria, come duo fioli maschi sono rimasti de ban Piero, de li quali el magiore si e circa de anni XI. El se obliga ditto conte Paulo, che non dara questo castello de Clissa a nessun homo

vivente per fina tanto, che questi puti, o l uno di loro non venga ala eta de anni xviii, et che in questo mezo lui non se partira cum ditto castello dala obedientia de la signoria per nessun modo, anci stara fermo a tuti li comandi dela serenitate predicta. Et quando li ditti fioli, overamente l uno di loro venira ala ditta eta, che alora non ge debba dar el castello predicto per fina tanto, che elli non se acordano cum la signoria; intendendo, che sel magior morisse, el minore pur debba esser aspetato ala eta predicta. Che se tuti dui manchassero, che ditto Paulo perpetuamente debba esser obligato cum el castello predicto ad ogni obedientia de la signoria. E se per caxo ditto Paulo morisse avanti la età di puti predicti, allora ello sia tenuto elegere uno dalmatino fidele servitore de la signoria e un altro suo parente, e meterli in castello predicto in suo pe, a compire il tempo predicto e servire ala serenita etc. Reservando li altri capitoli per avanti convenuti cum ditto conte Paulo in favor de la signoria predicta.

Che queste cosse predicte ditto conte Paulo piu commodamente possa mandar ad executione e dimostrare la sua fedelta, domanda et supplica, che la serenita predicta lo voglia fare et constituire suo defensore capitano de quel luogo in quelle parte e mandarge una bandiera indorata cum San Marcho et una bacheta indorata simelmente a lor modo de Croatia, e scrivere ali rectori de Dalmatia, che in caxo li fusse de bisogno a deffender li suo confini contra cadauna persona et quandocunque per segurta sua et del castello predicto, lui mandasse a dimandare da i rectori predicti, ge debba esser dato ogni subsidio de la gente quanta vora, perche anche lui vice versa se obliga et si promette, se la signoria havera bisogno del suo adiutorio per qualche cita de Dalmatia, intendendo de Zara per fina a Spalato e Poliza inclusivamente, lui debba et sia tenuto andar ale soe spexe come capitanio de la sua giente cum ducento cavalcanti et mille pedoni, e forsa piu quanto bastara ala potentia soa. Et se la signoria mandasse qualche altro capitanio generale in quelle parte, che ditto conte Paulo debia esser ad ogni obedientia del dito capitanio.

Sexto, che quelle cosse, ville e possession in conta de Sibinico e de Poliza, le qual ha tenuto ban Piero fina la morte soa e anche adesso li tengono o altri per loro, debiano tenire liberamente senza alcuno impazo, e defenderle contra cadauna persona, non qui de sequestro per quelli de Sibenico.

E perche per li tempi passati forsa sono 40. anni, che ser Saracin da Sibenico cum li heredi fu sbandizato da quella terra ad instantia de quella comunita, el povero zentilhomo e mancato le hora gran tempo in exilio si fatto mendico e meschino cum li suoi heredi, lassando ne le man del predicto ban Piero dui puti picolini, cioe Paulo et Agustino, li quali tuti dui adesso sono su le spale del predicto conte Paulo, non habiandose dove altrove redure. Supplica adonqua dicto conte Paulo ala signoria predicta, che se degni de far questa singular gratia per suo amore ali poveri orphanelli prediti de farli repatriare, cum questo che sia scrito al rector de Sibenico et a quel conseglio, che debano meter la parte nel conseglio predicto, e siando cum loro bona volunta, li facia repatriare per la auctorita de la signoria.

*

Ultimo, concludando da parte del predicto Paulo, che la signoria el debba recevere cum predicto castello ne le soe man e governo, come e ditto di sopra, e defenderlo da cadauno generalmente, e specialmente dala corona e dali baroni de Ongaria. E se per caxo la dita signoria venisse fare qualche pati o convention cum la corona predicta o cum qualche altro signore potente de fuora, che alora debia patezare e convenire de lui e de dicto castello e del suo contado come de le altre sue terre de Dalmatia.

Cum pridie captum fuerit, quod ad capitula porrecta per oratores comitis Pauli castellani Clissii respondeatur per collegium, sicut in ipsa parte continetur; et omnibus bene consideratis sit dictis capitulis diffinitive respondendum cum isto consilio, vadit pars, quod ad capitula predicta respondeatur et primo:

Ad primum, quod ipsum tanquam fidelissimum et nobis deditissimum omni tempore carum et commendatum habere disponimus.

Ad secundum et tercium. Inclinati ad commoda sua et dispositi, quod ea, que sibi promissa sunt, integre sibi observentur, scribemus et mandabimus expresse comiti nostro Spaleti et successoribus, quod sibi designari facere debeat cum integritate domum et omnia illa terrena, que fuerunt Antonii de Cipriano, que non fuerunt vendita et sunt in comuni nostro, sicut petit. Et si mittet uxorem et filios suos ad habitandum in Spaleto, eas et eos grato animo videri et tractari faciemus. De ducatis autem CL. sumus contenti, quod habeat ducatos L. in anno tanquam stipendiarius noster.

Ad quartum. Sumus contenti sibi complacere ut petit.

Ad quintum. Sumus contenti, quod sit capitaneus et stipendiarius noster in partibus nostris Dalmatie et sibi designari facere vexillum nostrum deauratum ac unum bastonum cum modis et conditionibus in capitulo petitionis sue contentis. Circa subventionem autem gentium nostrarum ad tutellam castri predicti sibi promitti possint a ballistariis L. infra quam pautiores fieri poterit. Et ex nunc sit captum, quod mandetur officialibus rationum veterum, quod fieri faciant unum vexillum ad formam illus, quod habuit Stephanus Cernoevich et Musachius Topia ac unum bastonum, prout petit.

Ad sextum. Scribemus comiti Sibinici, quod revocet illud sequestrum, si factum fuit post concessionem capitulorum nostrorum de 1454 pro observatione illorum.

Ad septimum. Scribemus comiti nostro Sibinici, quod esse debeat cum illo consilio, ut si sine scandalo fieri potest, sibi complaceat.

Ad octavum. Sumus contenti memores fidei et devotionis quondam magnifici domini banni Petri ad dominium nostrum accipere filios dicti quondam banni Petri et ipsum comitem Paulum cum castro predicto sub protectione et recomendisia nostra contra quoscumque, donec predicti filii pervenerint ad etatem decemocto annorum. Sed bonis respectibus et causis non videtur nobis nominare aliquem. Sumusque contenti eos nominare in omni conventione et capitulis, que faceremus cum omnibus dominis et potentiis partium illarum.

Ad nonum. Pro observatione capitulorum suprascriptorum de 1454 sibi dari faciemus nunc et de tempore in tempus pannos vel alia pro integra satisfactione eius, quod in pecuniis et frumento habere debet.

Et quoniam dicta capitula sunt expedictura per modum sicut fieri potest, quod dominium nostrum bene iustificatum remaneat apud omnes principes et dominia, ex nunc captum sit, quod illa capitula, que pertinent ad protectionem et recommendationem, expediantur et fiant de per se; et illa que pertineant ad provisionem, vexillum et alias obligationes, fiant de per se et tanquam capitaneo et stipendiario nostro in partibus illis. De parte 47.

Die ultrascripto ser Zacharias Valleresso. Vult responsiones omnes suprascriptas, et quod protectio et recomendisia suprascripta fiat generalis, prout continetur in dictis responsionibus, sed declaretur: Excepta corona Hungarie, cum qua sumus in bona pace et amicitia. Et ad quintum capitulum de capitaneatu, quod sumus contenti, quod sit capitaneus noster, sed bonis respectibus et de causis non videtur nobis pro nunc dare sibi vexillum predictum. De parte 10, de non 9, non sinceri 12.

Secreta cons. rog. XX. c. 102 tergo, u mlet. arkivu.

CVII. God. 1456. 16. prosinca, u Mletcih.

Zadrani su svečano slavili dan oslobodjenja od mletačkoga nasilstva.

1456. 16 decembris. Scribunt ad nos rectores nostri Jadre, sicut lectum est huic consilio, quod in illa nostra civitate extat quoddam capitulare conditum tempore, quo civitas Jadre rebellavit domino nostro, et se submisit regi Ungarie, in quo annotata sunt inter cetera capitula, que locuntur in dedecus dominii nostri, sicut in ipsis capitulis lectis huic consilio continetur, et consulunt ipsi rectores nostri ipsa capitula extingui et perdi totaliter; quorum capitulorum tenor talis est, videlicet:

Item, quod ad laudem et reverentiam omnipotentis dei et beate virginis gloriose genitricis eiusdem, et meritis et reverentia beatissimi et gloriosissimi martiris santi Grisogoni protectoris et deffensoris civitatis Jadre. In die qua civitas Jadre exempta fuit et liberata a jugo tirannice servitutis Venetorum: domini rectores Jadre relaxare et dimittere possint unum captivum de carceribus secundum ordinem et modum, qui hactenus observatus est et observatur in solemnitate beati Grisogoni de mense novembris. Et insuper quilibet nobilis de consilio et quilibet popularis ascriptus cum nobilibus ad custodiam civitatis teneantur portare et offerre in ecclesia sancti Grisogoni ad altare eiusdem dicta die unam candellam ceream ponderis medie libre. 1359. die xiii decembris.

Item quod perpetuo in die, quo civitas Jadre liberata fuit a jugo servitutis tiranice Venetorum, fiat annuatim processio cum clero et populo de voluntate domini archiepiscopi Jadre, per civitatem Jadre; et postea in ecclesia beati Grisogoni celebretur missa solemnis. Et quod ad honorem et reverentiam redemptoris et matris eius virginis gloriose ac beati Grisogoni protectoris civitatis et civium Jadre habeantur et emantur de havere comunis in dicta die dopleria quatuor librarum decem pro quolibet, et portentur ad processionem, et postea offerantur ad altare beati Grisogoni cum una libra incensi, quod ematur de denariis comunis.

Item quod ad perpetuam rei memoriam immense libertatis et gratie habite et percepte die, quo civitas Jadre pervenit ad manus et potentiam

nostri domini naturalis domini regis Ungarie, deinceps curratur ad duo bravia. Unum videlicet cum equis et equestri, aliud cum peditibus pedestri, et currus equorum sit a figura viridarii viridaristi, et asserisque ad portam terre; et in dictis duobus paliis curia, que pro tempore erit, habeat libertatem expendendi usque ad quantitatem florenorum xxv., et abinde infra, prout eis vel maiori parti videbitur. Et insuper quod illa die quilibet nobilis de consilio Jadre teneatur portare unum cereum pretii et valoris solidorum quinque parvorum pro quolibet ad altare maioris ecclesie sancti Grisogoni, sub pena solidorum xx. pro quolibet, et etiam pro una quaque artium civitatis Jadre per se unum doplerium pretii et valoris solidorum quinquaginta parvorum. Et quilibet sindicatus insularum a quindecim personis supra unum doplerium eiusdem pretii, et quilibet suolt terre firme a quindecim personis supra, unum doplerium pretii solidorum xx. parvorum ad dictam ecclesiam et altare offerre et portare teneantur, sub pena librarum trium pro quolibet judicatu et suoit. Cuius pene medietas sit comunis, alia accusatoris, et quilibet possit contrafacientem accusare. MCCCLXIIII. die quinto mensis martii.

Vadit pars, quod auctoritate huius consilii scribatur prefatis rectoribus Jadre, quod provideant habere libros sive capitularia antedicta, et ea facere transcribi et accopiari absque illis capitulis nobis missis, qui sonant in onus dominii nostri; et hoc facto faciant ipsos libros sive capitularia, in quibus scripta sunt dicta capitula, extinqui et perdi per modum, quod amplius non appareant, nec de eis habeatur notitia aliqua. De parte 94, de non 1, non sinceri 4.

Sec. cons. rog. lib. XX., u mlet. arkivu.

CVIII. God. 1457. 14. ožujka, u Mletcih.

Republika odgovara na njeke molbe Stjepana hrcega sv. Save.

1457. 14 martii. Quod ad ea, que exposita sunt per oratorem illustris domini Stefani ducis sancte Save et ad capitula per eum exibita, respondeatur, et primo: Serenissime princeps et illustrissimum dominium. Habiando jeri di matina comparso a la illustrissima et excellentissima signoria vostra nui conte Biasio ambassador et orator del mio signor illustrissimo duca Stefano de sancto Sava, e per suo parola exposto oretenus quello me sta imposto per el dito nostro signor ducha Stefano, et habiandone la vostra illustrissima ducal signoria risposto, dovessimo exponer et dar in scriptis la nostra oration et ambaxada, pero per la presente exponeremo a capitulo per ordinem, come qui inferius se contegnera, zoe prima supra el fato de sali. Nui ve exponemo, chome havemo mandado questo presente anno per volte tre a la camera vostra de Pago i nostri navilii per haver sale, et ogni volta si sono tornadi vuodi indriedo, respondando a nui el conte vostro de Pago, non haver sal pur per la dita camera vostra de Pago. Et similiter habiando mandati i nostri navilii a la cittade vostra di Sibinico, ne è stado risposto, come fo risposto per lo dicto vostro conte de Pago, non habiando possuto haver sal in alguna quantitade, per la qual caxon el nostro paexe è stado in grandissima et estrema necessitade, et havemo patido nui insieme cum tuto

el nostro paese grandissimi dessaxii e senestrii per tuto questo anno. E plui tosto havemo electo de ricever e patir questo senestro, ch a far o vero commeter cossa alguna, che spiacesse o ver fosse contra el nostro serenissimo dominio, perchè etiam come sa la signoria vostra, nui sempre habiamo tolto tuta quela sal, e sta de besogno per nui e per el nostro paexe nelli luoghi e terre de la illustrissima signoria vostra come cordialissimi e fedelissimi amici vostri, insieme conexi e ligadi in benivolentia e fidelitade; ideo non possandone proveder de haver de sal per altri luoghi e terre cha per le vostre. Comparendo a la serenissima signoria vostra, exponemo, quella se degni tegnir tal modo e via e provisione, che nui insieme cum el nostro paexe non patiamo tal et si fato desaxio de sal, ma che nui habiamo el dito sal chome hactenus habiamo havuto, quia nullatenus possiamo star senza sale; notificando a la vostra serenita, che siandone sta promessa sal chara 600 dal serenissimo signor re de Aragona, nui non l abiamo voiuda far condur, nisi primitus nui non dimandamo licentia da la vostra illustrissima signoria, per non far cossa li vegnesse dispiaxer; ut supra dimandiamo per parola del dito nostro signor illustrissimo ducha Stefano a la vostra illustrissima ducal signoria, la qual a li soi amici mai non ha denegado sovegnirli ne li loro bisogni, ma sempre e stada benigna, gratioxa e pia quelli soccorrer, che quella de lui solita clementia se degni concieder, nui possiamo far condur el dito sal chara 600 permesone da la maestà del re predicto de Aragona senza alguno impedimento e datio ne li luoghi nostri, zoe a Narenta. Ulterius dimandiamo licentia, nui possiamo comprar e far condur quel sal, nui compraremo in l avegnir, si el compravemo in alguno luoco non sia sotoposto a la serenità vostra e fuori de Dalmatia, nel dito nostro luogo de Anarenta, pagandove e dandove ducati v per el centenar del sal de Dalmatia, el qual datio nui vollemo e se offerimo pagar, quamvis may per preteritum nui non habiamo pagado datio algun de et per el sal de questi tal luoghi, excepto per le terre vostre. Et hoc considerando la benivolentia et amor et etiam utilità del vostro dominio. La qual licentia habiamo e dimandiamo averla, fin li luoghi vostri haverano sal, e porano a nui sovegnir, perchè plui tosto volemo tuor el vostro sal e dar utilità a la signoria vostra, e pagar quel datio, come la signoria vostra e rimasa d acordo con el nostro fiol conte Vlaticho, che da niuno altro dominio del mondo e luogo; avisando la signoria vostra, se a quella fosse dada alguna information, nui havessemo fato condur alguna information, nui havessemo fato condur alguna quantità de sal per comandamento nostro con reverentia de quelli havesseno dada tal information, dixemo non esser el vero, ma ben dixemo, come nui habiamo comprado el sal da collori, li quali l hanno duta a suo risicho per esser ne sta forzio, et haverne grandissimo besogno de quella ut supra.

Responsio. Quod volentes secundum consuetudinem nostram in his, que honeste possumus, sue excellentie complacere, scribemus et ordinabimus, sicut requirit excellentia domini sui, comiti nostro Pagi per modum, quod habere poterit illic singulo anno illam summam salis et cum illa solutione dacii, de qua fecimus concessionem comiti Vlaticho filio suo.

Ad secundum. Item come questa matina ne exponessemo a la vostra signoria per parola del nostro illustrissimo signor ducha Stefano sopra

el fato di denari, de haver el dito nostro signor da la camera vostra de Cataro, nuy avisemo la signoria vostra, come mandassemo a Chataro a levar el conto de la chamera vostra de quanto nui dovemo haver del nostra dreto da poi che havemo fato paxe insieme, et habiamo trovado segondo li quaderni de la vostra chamera in numero o ver conto ducati MCCCXX d'oro perperi in 10766, grossi sye, zoè de la moneda de Cataro. e questo tal debito avanza al dito signor nostro ducha Stefano in la vostra camera fina al presente millesimo MCCCCLVI ad XXV decembrio. E per questo tal debito per parola e per parte del dito nostro signor pregiamo la vostra serenità faciatemelo haver, et consignarmelo come ambassador dito. E non fati el dito nostro signor mandi plui a la camera de Cataro, perchè la el dito nostro signor non vuol dimandar niente; sel piaxe a la vostra illustrissima signoria pagarne questo tal debito, farete gran servicio al dito nostro signor, in caso che no, sia al vostro honor, che non habia plui fatiga a mandar a Cataro el nostro signor.

Responsio. Intendentes omnino, quod habeat pecunias, quas a camera nostra Cathari habere debet, volentesque, ut diximus, in omnibus nobis possibilibus sue excellentie complacere, sumus contenti sibi dari facere in pecuniis vel de sale nostro Catari pro valore eius, quod habere debet, de quo quidem suo credito volumus informari a comite nostro Catari pro observatione capitulorum, que sunt inter suam excellentiam et nos, tenentes indubie, quod sua excellentia vollet servare dicta capitula, per que obligatur teneri facere stratas apertas, ut omnes possint venire Catharum ad accipiendum de sale nostro, et conducendum mercationes suas, ex quibus introitibus suam provisionem habere debet. Illud autem, quod annuatim habere debet, sumus contenti, qnod scomputare possit dacio salis, quod singulo anno extrahi faciet de terris et locis nostris.

Ad tertium. Item, come questa matina da ieri exponessemo a la signoria vostra de Stefano vaivoda Cernovich, el qual ne fa damno, despiaxer et assay inconvenienti ne li luoghi nostri da possa nui restituissemo al dito Stefano el suo fiol per esser amico lui de la vostra signoria, el qual havevamo in nostra potentia, solummodo a complacentia e requisition de la signoria vostra; per tanto dimandiamo a quella, se degni tegnir modo a far, el dito Stefano non ne dagi plui molestia, ne vadi dannizando i nostri luogi, e farne raxon del damno havemo recevuti da lui, e se lui non vorà obedir a la serenità vostra, punirlo over lassate vendicar a nui de luy.

Responsion. Displicet nobis admodum, si magnificus Stefanus Cernoevich capitaneus noster aliqua damna et novitates intulit subditis excellentie sue, cum quibus disponimus, quod nostri omnes amicabiliter et pacifice vivant, scribemus ergo sibi et comiti nostro Catari per modum, quod speramus, quod excellentia sua de cetero nullam de eo querelle causam habebit.

Ad quartum. Item chome vi exponessemo a la serenità vostra sopra el pato del conte di Spalato vostro, el qual con li soi citadini fozando e desviando i homeni nostri del paexe nostro Radobil, la qual confina con le terre de la serenità vostra in modo, che na fato gran damno, dimandiamo per parola del nostro signor ducha Stefano la serenità vostra debia scriver al dito vostro conte de Spalato ne restituischa i diti

nostri homeni, e siane rifati de nostri danni avuti, che possiamo far raxon de diti nostri homeni. Apresso el dito vostro conte de Spalato ne ha fato questo despiaxer, che siando principiado de romper uno navilio menado per li homeni del nostro signor e de la vostra signoria, essendo pagadi tuti i diti homeni di danari del nostro ducha, per una fortuna vene avanti nadal passato suto uno scoio de Spalato, el qual navilio era vuodo, e non è sta trovado niente, vodando i marinari el navilio se rompeva, loro scapolarono tute le loro persone insieme con tuti li coriedi, de li qual marinari la mitade de lor trovarono una barcha, e sono andadi con tuti li coriedi a Liesna, e zonti a salvamento, credando esser seguri per esser in la cità de la vostra signoria, e non dubitando de simil robamenti et assassinamenti, el conte de Liesna in persona vene, e feze tuor tuti i diti corriedi, e fezeli vender a suo nome e a suo propria utilitade, come per l avegnir la serenità vostra pora esser legitime certificada. Deinde el conte vostro de Spalato manda do barche, le qual compirono de romper el dito navilio, e fexe tuor tuto el ligname, e fexe far de quello lui volse. Per tanto el signor nostro se lamenta molto de questi rectori de la serenità vostra non per questo navilio, ch è una piccola cossa, e non fa stima de simel cossa, ma de la vergogna e puoca stima vien fata de lui, non come signor. E la signoria vostra fazi sia refato ai diti marinari de damni seguiti de diti corriedi e navilio.

Responsio. Scribemus comitibus nostris Spaleti et Liesne per modum, quod intelligent, nobis summe displicere omnem molestiam et damna suis subditis illata, et quod restituant valorem rerum omnium, quas habuerunt de naufragio navigii sui, quia nostre mentis est, quod amicabiliter et honeste se habeant cum omnibus subditis excellentie sue. Ad partem vero illorum de Rodobligla scribemus comiti nostro Spaleti, quod restituat sue excellentie subditos suos sine ullo damno; sed suademus et hortamur, quod excellentia prefati domini velit se abstinere ab omni offensa et novitate in terris et locis nostris maxime contra fidelissimos nostros de Policio, in quibus locis sumus veridice informati, quod per subditos suos multa indebite fuerunt innovata, credimus contra mentem sue excellentie, quam indubie tenemus velle nobiscum vivere, sicut nos vivimus et vivere disponimus cum excellentia sua.

Ad quintum. Item chome havemo exposto a la vostra signoria per parola del nostro signor, el qual die haver alguni danari da i vostri citadini de Curzola, i qual debitori sponte per so voluntà non vuol far el debito suo; ideo la vostra signoria scriva al conte vostro de Curzola, lui fazi dar spazamento al nostro messo et habi expedition de i diti debitori plui presto se porà, azò el nostro signor sia satisfato del so integraliter.

Responsio. Scribemus comiti nostro Curzole, quod summarium ius et iusticiam ministrare debeat nuntiis sue excellentie contra quoscumque debitores suos cum celeris expeditione.

Ad sextum et ultimum. Item chome havemo exposto a la vostra signoria per parola del nostro signor ducha sopra el fato de Forte da Curzola, el qual el nostro signor manda a la vostra signoria per el passado. E da possa andò a Zenova. Da quel tempo in qui lui non è stado a caxa soa, habiando paura de la vostra signoria e del conte vostro de

Curzola per caxon incognita a nui; dimandiamo la signoria vostra, fazi per amor del nostro signor lui possi vegnir liberamente a caxa soa, e niuno non li dia impazo, e in fina ch el vegni a la vostra signoria, la qual, sel dito Forte haverà falido, lo punirà chome servidor vostro.

Responsio. Sumus contenti intuitu et contemplatione sue excellentie, quod Fortis de Curzola, non eundo Curzolam, veniat recta via ad nostram presentiam, ut ipso audito, quod iuris et iusticie fuerit, deliberare possimus. De parte 123, de non 0, non sinceri 0.

Senato Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

CIX. God. 1457. 16. ožujka, u Mletcih.

Nalaže se, da se vojničtvo stanujuće u Zadru, koje je radi kuge jako stradalo, točno izplaća.

MCCCCLVII. die XVI mensis martii. Omnes intelligunt, in quibus terminis et condicionibus reperitur civitas nostra Jadre propter novitatem morbi, quem graviter passa est, et providendum sit, quod stipendiarii nostri tam equestres quam pedestres, qui ad eius custodiam deputati sunt, ita de pagis suis satisfiat, quod vivere possint, ne aliquid inconveniens, quod de facili propter huiusmodi deffectum occurrere posset non sequatur; vadit pars, cum clarissime visum sit, quod camere deputate ad eorum solutionem non sufficiant, quod libre VIII mille, que ad cameram nostram Jadre reperiuntur exacte ex ratione et spectantes officio nostro gubernatorum introituum, per ratam dispensari debeant per rectores nostros inter ipsos nostros stipendiarios, et quod provisores nostri salis obligentur, dictas libras octomillia restituere ex denariis sui officii nobis spectantibus ipsis gubernatoribus integre usque ad octo menses proxime futuros, videlicet singulo mense libras mille sub pena ducatorum centum cuilibet ipsorum contrafacienti. De parte 86, de non 3, non sinceri 3.

Senato Mar. vol. VI. c. 6. t., u mlet. arkivu.

CX. God. 1457. 28. travnja, u Mletcih.

Mletčani nastoje, da Gergura kneza korbavskoga odbiju, te si Ostrovicu prisvoje.

MCCCCLVII. die XXVIII aprilis. Comes Gregorius Corbavie adeo continuas novitates et incursiones faciebat ad damna fidelium nostrorum Jadre, quod necessarium fuit cassare Bernardum Mauroceno cum lanceis XXV, et illuc mittere strenuum Georgium de Thienis cum lanceis XL ac tres ex comestabilibus nostris Lombardie cum peditibus centum viginti et augere numerum peditum in Aurana et Novigrado. Et quoniam dictus comes Gregorius, notorius hostis dominii nostri, informatus de pratica, quam habent rectores Jadre cum castellano Ostrovize de habendo castrum illud, quod fuit dominii nostri, cum personis CLX villium personarum fabricari facit quandam bastitam contra dictum castrum, ut habendo illud, teneat Jadram, Nonam et Auranam cum tota Dalmatia in continuis dubiis et periculis cum maxima impensa dominii nostri, et ad hec dubia sit occurrendum nunc, quod comoditas et aptitudo temporis habetur; vadit pars, quod respondeatur ad literas rectorum nostrorum Jadre, et mande-

tur, quod solicitare et instare debeant de concludendo cum castellano Ostrovize, quod consignet fortilicium illud dominio nostro cum conditionibus, de quibus a nobis mandatum habent. Et facta conclusione, quod elevet vexillum nostrum sancti Marci, quo elevato, procurare debeant per omnem modum possibilem de ponendo in dicto castro illum numerum peditum, qui eis videbitur. Sed si propter comitem Gregorium, qui esset in campo, hoc facere non possent, debeant mittere aliquem ex suis ad dictum comitem ad fatiendum instantiam, sicut melius et utilius cognoverint, quod permittat pedites nostros fulcire castrum illud, quod alias nostrum fuit, et nunc nobis se dedit. Si vero facta possibili experientia et instantia cum comite Gregorio ut supra non possent ponere dictos pedites, debeant accipere de terris et locis nostris Dalmatie illum numerum hominum, qui eis videbitur ad faciendam scortam dictis peditibus, ut sine impedimento vel dubio dicti comitis Gregorii possint fulcire locum illum nomine dominii nostri. Et mandetur rectoribus nostris Dalmatie et aliis nobis obligatis, quod subvenire subito debeant rectoribus nostris Jadre de illo numero gentium, qui requiretur per ipsos rectores, quibus mandetur, quod de gentibus nostris armigeris illic existentibus non debeant exercere in isto negotio nisi equites L., dimittendo reliquos in Jadra ad illius custodiam. De parte 49, de non 61, non sinceri 62.

1457. die 11 maii iterum posita suprascripta parte, fuerunt de parte 44, 43, 39; de non 1; non sinceri 9, 7, 6.

Die XXVIII aprilis. Rectoribus Jadre. Proximis vestris litteris nobis significastis, habere modum et medium per pecuniam obtinendi nomine nostri dominii locum Ostrovize. Et quia locus ipse, ut clare potestis scire, maxime conducit statui rerum nostrarum Dalmatie, utpote passus et principalis quodammodo clavis illarum partium, ne tanta occasio pretermittatur, vobis scribimus et expresse mandamus, ut omnibus modis ac mediis, quibus facilius et utilius potueritis, prosequi debeatis praticam vestram predictam, et concludere cum illa summa pecuniarum, que alias vobis litteris nostris declarata et commissa fuit. In qua quidem re vestram exerceatis diligentiam et prudentiam cum omni celeritate, ut res sortiatur finem ad votum nostri dominii. Volumus tamen a vobis omnia fieri et tractari sine aliquo apparatu seu demonstratione apparatus alicuius novitatis, imo quiete et sine ulla ullius offensione. Quem quidem locum habitum et obtentum debeatis fulcire et munire, atque pro nostro dominio custodiri facere diligenter omnibus melioribus et tutioribus modis, quibus poteritis. Verum si postquam fueritis concordes et firmiter concluseritis cum illis, qui dictum locum se pollicentur daturos, intelligeretis, comitem Corbavie, qui dicitur aspirare ad occupandum eundem locum, ullo modo tentare huiusmodi propositum impedire nostrum, debeatis tunc ei honestis et amicabilibus verbis suadere, ut desistat, cum presertim locus iste Ostrovize iam fuerit noster et iurisditionis nostre, et de iure ad nostrum dominium pertineat atque spectet. Quod si forte hoc pacto admonitus videretur nolle desistere, statim omni mora sublata vestris litteris nos debeatis particulariter de his omnibus reddere certiores, videlicet: quibus verbis et rationibus recusaverit hanc vestram requisitionem, quid intendat et quibus modis ac viribus speret posse dictum locum obtinere. Et si pro se ad hanc occupationem amittatur, an nomine et instantia alterius,

etiam si corone regni Hungarie vel subditus vel comendatus est; et de omnibus aliis minutim et particulariter debeatis nos certiores facere, que noveritis ad plenam huius rei informationem nobis fore grata et necessaria, nullam interim facientes nec fieri permittentes novitatem. 17.

Die xxviii aprilis. Quoniam attentis his, que dicta et lecta sunt huic consilio in factis Ostrovize que res multum importat, et posset producere bellum nobis; vadit pars, quod antequam ulterius in particulari procedetur in ista materia, deliberari debeat, si in ea intrari debeat; deinde, si ista deliberabitur, veniatur ad istud consilium circa modos, quibus scribendum et procedendum sit ad habendum locum predictum. De parte 22, 25, 28; de non 49, 61, 62; non sinceri 7, 11, 7.

Secreta cons. rog. XX. c. 121 tergo, u mlet. arkivu.

CXI. God. 1457. 2. svibnja, u Mletcih.

Upućuju se zapovjednici zadarski o sadašnjem stanju stvari glede Ostrovice.

1457. die secundo maii. Rectoribus Jadre. Sapientes consilii, sapientes terre firme et ser Hieronimus Vallaresso sapiens ordinum. Proximis his diebus accepimus litteras vestras, quibus seriose significastis nobis, quantum tunc usque occurrebat vobis in factis Ostrovize. Intelleximus quoque reliqua omnia in eisdem litteris vestris contenta; pro quibus prudentiam et diligentiam vestram commendamus. Et respondentes vobis cum nostro consilio rogatorum dicimus, quod considerare voluimus varietatem secutam in illa materia Ostrovize ex latere illius castellani. Consideravimus quoque, quod, sicut scribitis, contra ipsum locum sunt gentes comitis Gregorii, qui locum ipsum obtinere pretendit. Preterea advertendum esse censemus, quod si procederetur ita actualiter ad rem istam, possent supervenire scandala et guerra in illis partibus nostris, que dudum in pace quiescunt, prout optamus, nec oppositum videre vellemus. Ideoque dicimus, stantibus terminis, non videri nobis pro nunc aliud esse dicendum. Sed vos, qui estis proximi rebus illis, curiosi eritis intelligere materiam illam, et tenere praticam in manibus. Et si cum pace videbitis posse habere locum predictum, contenti sumus, quod iuxta alia mandata nostra eum accipiatis. Et de successibus istius rei, et de quanto sequetur, reddetis nos solicite et continue vestris litteris certiores. Advisando etiam nos de potentia seu numero gentium, quas secum habere posset idem comes Gregorius. Ac etiam si existimatis, quod in favorem suum alia potentia se moveret. — 47 — 50 — 55. Facte littere die suprascripto.

Secreta consilii rogatorum lib. XX. c. 122., u mletačkom arkivu.

CXII. God. 1457. 17. svibnja, u Mletcih.

Mletčani mole kralja bosanskoga, neka sa zapovjednicima tvrdjavica u Cetini sklopi mir ili primirje na dugo.

1457. 17 maii. Serenissimo domino regi Bossine. Litteris comitis nostri Spaleti proximis diebus ad nos redditis intelleximus, maiestatem vestram ad instantiam et requisitionem ipsius comitis nostri devenisse cum castellanis Cithine ad inducias seu treuguas duraturas per xv dies post nun-

dinas sancti Doymi. Et cum clare cognoscamus, hoc factum esse per serenitatem vestram iure vetustissime benivolentie nostre, ac ob eius in nos fraternam affectionem, quam multis modis exploratissimam habemus, serenitati vestre sincere regratiamur. At vero cum guerre et novitates ille nullatenus conducant negotiis et neccessitatibus partium illarum, maxime tempore tot novitatum et fluctuationum, instituimus per has solita affectione nostra hortari et suadere, quod serenitas vestra velit cum ipsis castellanis, qui ut nobis persuademus, ab honestis non discedent, aut pacem, que nobis gratissima esset, aut tam diuturnas treuguas firmare, que partes ille in pace quiescant, recisis novitatibus illis, re vestre serenitatis digna et nobis gratissima, non vulgariter nobis complacebit maiestas vestra, ad cuius beneplacita nos offerimus. + 180, — 4, — 0.

Senato Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

CXIII. God. 1457. 1. srpnja, u Mletcih.

Šalje se poslanik Stjepanu hrcegu sv. Save, neka ga odvrati od nakane graditi most na Cetini.

1457. 1 iulii. Quia illustris dux Stefanus sancte Save, quemadmodum habetur literis comitis nostri Spaleti ac relatione cuiusdam oratoris Politii, hedificari fecit quoddam fortilicium super territorio tamen suo Rodobilie prope flumen nostrum Citine Radobil, cum intentione fabricandi unum pontem super ipso flumine, ut habeat liberum transitum in vallem Politii in preiudicium iurium nostrorum et periculum status nostri illarum partium, et sint servandi omnes illi modi, qui habiliter et modeste servari possint, ne faciat dictum pontem; vadit pars, quod eligi debeat de presenti per scruptinium in hoc consilio unus noster nobilis orator iturus ad dictum ducem Stefanum, qui respondere debeat cras ad tercias, et vadit cum illa commissione, que ei dabitur, et cum illa familia, que ei limitabitur per collegium, et non possit refutare sub pena ducatorum centum. + 72 — 1 — 1.

Senato Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

CXIV. God. 1457. 8. srpnja, u Mletcih.

Odgovori na molbe poslanika Skenderbegova.

1457. die octavo iulii. Quod ad capitula porrecta per reverendum dominum Georgium Pelino oratorem magnifici Scandarbegi, respondeatur:

Ad primum huius tenoris. Signor prothonotario voi andati a Venesia in viazo, dio ve daga bon viazo. Inprima supplicati a la signoria de Venesia per la mia provision chomo me la dano, et quello che me dano meglio saria a no darmella; mo supplicati a la signoria, che me aiutano in questo mio servixio qualche domillia ducati, zoè 2000 de la mia provision, et supplicati molto forte, se questo ve farano, accordatise per la sal chon lor, segondo ve ho dito; che non dayandome sora diti denari, mi non saro pagado mai a questo modo, che fazando altramente, faza como i piase, perchè mi non posso più durar a questo modo, perchè mi ho abudo asay parole e pochi fati de questi rectori e dali proveditori.

Responsio. Quod inclinati sumus sibi dari faciendi provisionem suam, et ut intelligat hanc bonam intentionem nostram, ordinabimus, quod ex Corphou de sale novo mittatur Scutarum et Alexium de sale. Et de tractu dicti salis mandabimus, quod provisio sua persolvatur. Verum si contentaretur accipere de dicto sale eo pretio, quo venditur per cameras nostras illarum partium, mandabimus, quod sibi detur tantum salis, quod integraliter tota provisio sua erit soluta. De parte 23.

Ad secundum. Guarda per i panni, i quali me hano promesso de dar do vesti al ano, che me diano le veste, le qual son per mi, chome hano dado a li altri signori, perchè dixeno, che me po esser de braza 16 do veste, de che signori guarde quanti brazi de pano me pono essere do veste, tanto me dadi, mo signori, quello che piaze a la vostra signoria, quello farete, et quello pano che bexognera per mi.

Responsio. Etsi capitulum sit clarum, et aperte loquatur, inclinati tamen ad ea, que sibi grata sint, ordinabimus, quod sibi dentur brachia 18 scarlatini secundum consuetudinem pro duabus vestibus pro magnificentia sua, prout in capitulo continetur.

Alia responsio ad primum capitulum. Quod inclinati ad ea, que sibi grata et comoda sint, sumus contenti et ordinabimus, quod provisores nostri salis promittant ad terminum octo vel decem menses solvere illis, qui eis vendent vel dabunt de rebus et mercationibus, quas emere volet, usque summam ducatorum 600, et pro solutione residui eius, quod habere debet, conduci faciemus de sale nostro novo Corphoy, Scutarum vel Alexium, de quo si volet ad precium, quo illic vendetur, ordinabimus, quod de illo habeat usque integram solutionem suam. Sin autem, mandabimus, quod de tractu illius persolvatur provisio sua. De parte 42, de non 8, non sinceri 10.

Ad tercium. Guarda per li ducati, che me dano a quaranta do, et noi ha voiudo, che me dagano a quaranta octo quello, che no me hano dado, e che scrivani a questo che acontano, et che me danno quello non me ano dado.

Responsio. Quod scribemus et ordinabimus, quod dicta provisio sua sibi solvatur ad illud precium, quo de tempore in tempus valebit ducatus, quando sibi dabitur provisio sua, quia sic honestum et conveniens est.

Ad quartum. Perchè non me dano passar in Xenta de suso, quelo fo despoti e che tien Turchi, perchè se mi volesse passar senza la vostra benedicion, io passeria, se me voleti dar a pasar con la vostra benedicion, io passerò, e se non me darete, io provederò meglio che porò.

Responsio. Quod si magnificentie sue concederemus transitum in Xentam, daremus materiam Turcio veniendi cum exercitu contra nos et ipsum, que res esset plurimum dannosa et periculosa magnificentie sue et nostris illarum partium; et ideo non videtur nobis concedere sibi dictum transitum, persuademusque nobis, quod sua magnificentia pro eius prudentia de hac responsione nostra bene satisfacta remanebit.

Ad quintum. E perchè le duane, le qual me toiano a Venexia e per tuti questi logi, fati, che non me siano tolte, perchè el mio padre non li pagava, non voio ne mi suo fiol pagarli, o quelli me hano fato gratia per questo al mio padre, chussi anche a mi, che non me toiano mo adesso; parlati, che non contrafazano, anzi che me confermano.

Responsio. Quod ordinabimus et mandabimus rectoribus nostris, et successoribus suis illarum partium Albanie, quod inviolabiliter observent suum privilegium ad literam et prout iacet, et observari faciant.

Ad sextum. Chomo hanno fato paxe comesso mi, e li capitoli confermadi se me vegnera alguna necessità a mi e a la mia fameia e a li mei homeni, che possano scampar in ogni logo dove vorano, e adesso ho inteso, che hano fato altramente; mo dixete, se non me volete lassar appresso da lonzi o dove li piaserà, e questo che me confermano, e se non vorano confermar, che me fazano a saver, azò che proveda per mi, e per tuto provedera Dio.

Responsio. Quod libenter concederemus magnificentie sue veniendi cum persona, facultatibus et familia sua ad terras nostras, si per dictum eius adventum tute stare posset in dictis terris nostris.

Ad septimum. Io hazo mandado li mei homeni, et hano fato mal, et amazado in li logi vostri, et io po mandado stesso, e quelli non hano possudo per altro, ceto quello, che ho dito mi; per lo simele li vostri homeni fo mandadi mie logi, et amazado, et fato mal in li mie logi, e io li ho dependo e perdonado, de che prego la vostra signoria che e vui fati, che perdonati a li mei homeni, e che li depenati, azò che vadano liberamente per li vostri luoghi, come ho fato mi a li vostri homeni.

Responsio. Quod si hoc concederemus magnificentie sue, esset causa multarum inconvenientiarum et scandalorum in terris nostris, et ideo hortamur et rogamus eius magnificentiam, ut desistat a tali peticione.

Ad octavum. Signoria mia. Quando se trova ben con ben, sempre se farci ben, de che me ho trovato con più homeni boni, i qual fo capetanii Alexio, e quel che fo per ben, quello haveano parlado e fato; mo, mi fazo piezo per uno homo, el qual havea tolto una schiava, ma non in vostro luogo, eceto in Bosna, e quel homo medesimo andò e vendè quela schiava, e mi voiando deliberar quela schiava con lo vostro provededor de Alexio, e mi ho piado piezo per quel medesimo homo, che vada descomprar quela medesima schiava, che la chaveno de la man del diavolo e de li Turchi, et a quel homo tolse el diavolo la schiava non descompro. Per lo simele el provededor vostro de Alexio me tolse alguni pani Ragusey per contrabando, e simelo tornò fin che termenarà la vostra signoria, et io de quello non ho habudo damno alguno, e quel scritto in cancellaria d'Alexio sora la dita caxon, e non hano depenado; de che prego la vostra signoria, se ve piaxe, fati depenar, e perchè ve parlo cussì, non saria contento, che vegna qualche official vostro provededor de Alexio, e vedando quele scripture, con mi averia cative parole e cativo animo, e mi vedando, che lui me fa tal cosse, non saria contento a intrar a la vostra signoria in mal animo; per zonde prego la vostra signoria, che le sorascrite cosse sia depenade.

Responsio. Licet de iure magnificentia sua obligata sit ad solutionem fideiussionis per eum facte, tamen volentes magnificentie sue complacere, sumus contenti, quod remaneat a dicta fideiussione absolutus, sicque scribemus provisori nostro Alexii, quod cancellari faciat fideiussionem per suam magnificentiam de hoc factam, et similiter quod cancelletur scriptura illorum pannorum, quos alias habuit ex Ragusio. Verum rogamus magnificentiam suam, quod de cetero amplius non faciat conducere de

dictis panis, quia si conducerentur, non possemus aliter facere, quam quod leges nostre mitterentur executioni.

Ad nonum. Magnifici signori, li vostri rectori, che son mandadi de qua per le vostre gratie, uni sono boni, e i altri meiori, e quel che vien scrito de la signoria vostra farme per la mia provision, e quando li mando le letere de la vostra signoria, lor non vuol far nulla, e poi sconvien, che li fazo guerra a la signoria de qua; non faza dio, che mi commenzo algun fato, ma alguni de li vostri rectori vol far guerra comesso mi, e levando la hoste, e vien soura per fina in mio paexe, e mi non guardo lor ceto, guardo la serenita vostra, che se volesse far guerra comesso mi, or meglio faria mi la guerra che loro, e che mi fazo guerra, quando lor non me vuol far el mio dover, e misero el mio paise e la mia cassa picola, quella me ha dado dio, e non lassa andar negum in le vostre terre, altra guerra mi non fazo; ma signori provedete, che fazano el mio devere, che fazando el mio devere, Dio sa che non tocho niente, e non fazando el mio mi non posso far altramente mo a serar el mio paexe, et altra guerra non ho fato e non la farò. E signori mie, dio sa se guardasse alguni, zoche me fano, pur adesso mi farave altra guerra comesso lor che non fazo, ma non voio far, perchè non voio che se diga, che ve fazo guerra, in fina tanto, che fa guerra altri in questo paixe, e so che dio ve ha da che vui me intende meglio, che ve scrivo in questi capituli, e lasso dio e la vostra serenità intender questo, a dar me spazamento a questi, che ve poriserà questi capituli, azò che me sapio rezer mie fati de qua.

Responsio. Quod superioribus temporibus omnibus rectoribus nostris illarum partium semper mandavimus, quod bene, humane et amicabiliter cum magnificentia sua viverent, quod si secus fecerint, fuit preter velle et mentem nostram. Et parati sumus impresentiarum scribi facere rectoribus nostris illarum partium in efficacissima forma, quod observent dicta nostra mandata. Vero suademus magnificentie sue, quod nolit tenere clausum territorium suum et passus, sed permittat venire suos et alios, ut consuetum est, pro sale et cum mercationibus ad terras et loca nostra, quod si faciet, non dubitet, quod habebit hoc modo provisionem suam, quando secus faciet, clare intelligit esse alienum a mutua amicitia et benivolentia nostra. et quod hec est causa demorationis sue provisionis, quia hoc modo introitus camerarum nostrarum taliter minuuntur, quod tempore debito sibi sua provisio dari non potest, ut est mentis sue et intentionis nostre. De parte 76, de non 2, non sinceri 4.

Senato Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

CXV. God. 1457. 8. srpnja, u Mletcih.

Odgovor na molbe opata sv. Marije Rotečke, u Albaniji, u kojih se spominje knez Altoman srbski i vojvoda Stjepan Crnoević.

1457. 8 iulii. Quod ad capitula porrecta per reverendum presbiterum dominum Georgium Pelino prothonotarium apostolicum commendarium abbatie sancte Marie de Rotocio, respondeatur — — — — — — —
— —

Ad secundum. Item perche siando Altoman in Senta, me fo tolte quatro vile, e azonte chon li Pastrovichi; avisando la vostra serenita, le dite vile esser comprade per i denari de la glexia per avanti. Rogat ut ipse restituantur.

— —

Ad quartum. Perche vowoda Stefano Zernoy, tegnandome indebite contra deum et justiciam una villa de la giexia de Rotezo, la qual el dito uol spartir, e dar la mita a una giexia crecha e l altra mita a certi homeni proniari etc. Item rogat, ut ipsa ecclesiae restituatur.

Reliquae instantiae ad monasterium spectant.

Sen. Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

CXVI. God. 1457. 11. rujna, u Mletcih.

Dozvoljeno Franju Pesaro knezu korčulanskomu radi bolesti da dodje u Mletke, a da ostavi ondje mjesto sebe brata svog Nikolu.

1457. die XI septembris, indictione VI. Ser Nicolaus Superantio, ser Matheus Barbaro, ser Johannes Lauredano, ser Leo Duodo, ser Marinus Valareso et ser David Contareno, consiliarii. Cum nobilis vir ser Franciscus de cha da Pesaro comes Curzole sit graviter infirmus, et in illis partibus non sit medicus, qui huiusmodi egritudini sue hucusque sciverit adhibere remedium, et necesse sit pro sua sanitate providere, quod Venetias veniat, et talis concessio non potest fieri nisi per sex consiliarios in consilio rogatorum congregato 120 et inde supra, et talis numerus consilii non se reduxerit iam ultra mensem unum, propter quod necesse est per istud consilium saluti illius nobilis providere; vadit pars, quod auctoritate huius maioris consilii concedatur, quod dictus ser Franciscus possit venire Venetias pro liberatione persone sue cum obligatione ordinis, videlicet quod loco sui dimittat nobilem virum Nicolaum de cha da Pesaro fratrem suum vel alium, qui placeat nostro dominio. Et antequam fient littere presentis concessionis, solvatur procuratoribus sancti Marci salarium unius mensis cum dimidio, iuxta formam partis, quo termino finito, teneatur reverti ad regimen suum. De parte 281, de non 16, non sinceri 9.

Maius consilium. Regina c. 13. r., u mlet. arkivu.

CXVII. God. 1457. 13. rujna, u Mletcih.

Odgovori na molbe kralja bosanskoga, podnesene od njegova poslanika Nikole Testa.

MCCCCLVII. die XIII septembris. Quod spectabili militi domino Nicolao Testa oratori serenissimi domini regis Bossine, qui sub litteris credentialibus nostro dominio exposuit, uti relatum extitit huic consilio, primo conditiones sui regni et terminos, in quibus cum Teucris se repperit, requirit consilium et favorem, et primo quod consentiamus, quod habeat pecunias per fideles nostros Dalmatie pro cruciata expositas; ac quod illi, qui cruciatam assumpserunt in favorem sue maiestatis, se conferant; et tercio quod de terris nostris Dalmatie ballistarios habere valeat; et quarto

quod occurrente quo adeo opprimeretur, quod in regno suo stare non posset, possit in terris et locis nostris se reducere; et quinto et ultimo quod contenti sumus, quod bannatum acquirere possit, respondeatur:

Quod audivimus et inteleximus ea, que prudentissime nobis exposuit, et respondemus et primo, quod maxime illi serenissimo domino regi de comunicatione tam humane eius medio nobiscum facta de conditionibus suis regratiamur ob nostram singularem ad eius maiestatem affectionem, honorem et commoda sua summe exoptamus.

Et ad partem pecuniarum dicimus, quod semper posse vellemus eius serenitati ob cordialem benivolentiam nostram in cunctis complacere. Sed spectabilitatem suam advisamus, quod sumus pontifex misit ad predicandum in terris et locis nostris Dalmatie et aliarum partium nostrarum, et hac intentione permisimus predicare cruciatam, et hac dispositione subditi nostri pecunias exbursarunt, ut cum deliberemus, quod quando occurret, quod potentie christiane armare disponant contra sancte crucis hostes, sicuti eas facturas sperandum est, nos etiam, sicuti unus quisque intelligit predecessores nostros semper fecisse, plenissime facere honorem et debitum nostrum pro conservatione christiane religionis; et necesse erit, ut habeamus antedictas pecunias in auxilium armate per nos fiende. Et ut scire potest, ipse pecunie sunt depositate in loco condigno, et per leges nostras est sub gravissima pena ordinatum, ne in aliqua alia re ullatenus valeant dispensari. Et ut clarius hoc intelligatur esse verum, ei denotamus, quod dum quidam frater Marianus a nobis petiisset, posse de dictis denariis cruciate habere ducatos centumdecem pro duobus equis, quos volebat illi serenissimo domino regi mittere, nos non valentes per dictas leges nostras id assentire, et gratum habentes, quod eius serenitas dictos duos equos haberet, ipsi fratri Mariano de pecuniis nostris propriis dictos ducatos centumdecem auri fecimus numerari.

Et sicuti diximus de pecuniis, que erunt pro armata fienda nobis necessarie, ita etiam dicimus, quod et subditi nostri, qui cruciatam sumpserunt, et ballistarii locorum nostrorum Dalmatie in auxilium dicte armate erunt nobis etiam maxime opportunti. Igitur rogamus ipsum serenissimum dominum regem, ut nos merito habeat considerata honesta causa nostra excusatos, si ei complacere in predictis non possumus.

Ad partem autem illam, qua petit, quod si ab hostibus opprimeretur, possit se in locis nostris reducere, respondemus, quod speramus in dei clementia, quod magnanime se prevalebit et conservabit in statu, ut tota mente exoptamus; sed si occurreret, quod deus avertat, quod de regno suo exire cogeretur, contenti sumus, ut alias diximus, quod persona sue maiestatis cum familia et quibuscunque bonis suis possit in terris et locis nostris se reducere. Nam semper eius serenitatem faciemus humanissime et optime pertractari.

Ad factum bannatus respondemus, quod memor esse debet spectabilitatem suam anno preterito nobis exposuisse, quam bene ille serenissimus dominus rex dispositus erat erga filios condam banni Petri, quod profecto maxime nobis placuit audire, quia ut non dubitamus maiestatem suam habere noticiam, ipsi sunt nostri recomendati, et loca eorum modo aliquo accipere non deliberamus; sed ut tunc diximus nisi locus Thinini posset sub dictis filiis quondam banni Petri conservari, in hoc casu nobis

placere, ut eius serenitas locum ipsum haberet. Quoniam si in eius serenitatis manibus esset, reputaremus eum esse in manibus nostris propris. De parte 98, de non 4, non sinceri 7.
Secreta cons. rogat. XX. c. 132., u mlet. arkivu.

CXVIII. God. 1457. 13. rujna, u Mletcih.

Radi turske navale u mlet. Albaniju republika upućuje svoga poslanika kod turskoga dvora, kako da tomu stavi kraj.

1457. 13 septembris. Comes Scutari notum facit reipublicae die 26 augusti „quod Teucri cucurrerunt super territoriis nostris Scutari et aliorum locorum, asportantes nonnullas animas subditorum, et alia damna inferrentes.“ Scribatur baiulo in Constantinopoli, quod exigat restitutionem animarum eo tempore captivarum, spendendo pro hoc in donis usque ad 100 ducatos.

„Et quia etiam videtur, quod dux Stephanus impetraverat a dicto Teucro Gentam, et ob hoc fertur, Teucros in ea Genta, que nostra est, venturum esse; scribatur dicto baiulo nostro in illa forma, que dicto collegio videbitur, quod instet apud predictum Teucrum, ut mandet dicto duci Stefano, quod ab ipsa intromissione se retrahat et desistat, ac gentes ipsius Teucri mandatum habeant de locis Gente, que per nos et nostros tenentur, non se impediant, nec ea aliqualiter molestent. De parte 88, de non 6, non sinceri 10.“
Senato Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

CXIX. God. 1457. 11. listopada, u Mletcih.

Obdaruje se korbavski knez, tada u Mletcih, sa zlatnim suknom.

1457. 11 octobris. „Quod magnifico comiti Corbavie, qui ad nostram se contulit presentiam et confinat cum territorio nostro Jadrensi, et confert rebus nostris, quod in bona nostra amicitia conservetur, detur tantum pani auri, quantum sit pro valore ducatorum LXXX. in centum, solvendorum per officiales nostros rationum veterum. + 77 — 2 — 3.
Senato. Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

CXX. God. 1457. 15. listopada, u Mletcih.

Prima se, da se odpreme dva sindika u Dalmaciju i u Albaniju.

1457. 15 octobris. „Cum quotidie diverse querimonie per subditos et fideles nostros Dalmatie et Albanie fiant de extorsionibus et rebus illicitis, que fiunt per rectores et officiales nostros et eorum officiales“ captum, quod eligantur duo sindici et mittantur in Dalmatiam et Albaniam. Ultimi fuerunt an. 1446. Electi: Petrus Corrario et Julius Contareno.[1] De parte 89, de non 1, non sinceri 4.
Senato Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

---

[1] Buduć se ovi odrekli radi slabe nagrade, opet su 21. lipnja 1458. izabrana druga dva, te 17. kolovoza 1459. druga dva, a 22. ožujka 1460. Antun Venerio, koj primi tu čast.

*

CXXI. God. 1457. 15. listopada, u Mletcih.

Odgovori na molbe podnesene mlet. vieću od kneza Ivana sina kneza Tome korbavskoga u ime ovoga.

1457. die 15 octobris. Quod ad capitula porrecta per magnificum comitem Johannem filium comitis Thomasii de Corbavia parte ipsius comitis Thomasii et filiorum suorum respondeatur, et primo:

Ad primum. El domanda, che conzosia che l abia senestro per la soa chorte e per uso de quella de vino et oio, che la vostra signoria se degna, che da la Marcha et Abruzo el possa far condur ad ali so logi a la marina, zoè Scrisa e Obrovazo bote 100 de vino et bote 50 de oio.

Responsio. Inclinati ad ea, que suis magnificentiis grata et comoda sint, sumus contenti, sicut in 1453 de mense decembris diximus oratori suo, qui fuit ad nostram presentiam, quod de partibus Marchie et Aprucii conduci facere possint ad terras suas caratellos XL vini, buttas tres olei, et miliaria tria inter guadum et alumen, accipiendo contra litteras a rectoribus nostris Jadre, et solvendo pro illis trentesimum, licet hoc sit cum damno et preiudicio introituum nostrorum.

Ad secundum. Item che i subditi de diti signori possa condur per mar da Obrovazo e Montagna al dito suo logo de Scrixa formaio, castroni et altre cosse, che nasse in el suo paexe, e da Scriza poi le condur ay logi de la vostra illustrissima signoria.

Responsio. Sumus contenti, quod subditi sui possint conducere per mare de Obravacio Scrisium caseum, castratos et alias res, que nascuntur in illa montania tantum, et illas postmodum conducere ad terras et loca dominii nostri solvendo datia consueta, sicut alias sibi concessimus.

Ad tercium. Item che diti subditi possa usar chon le soe merchadantie a le fiere usate per Dalmatia, zoè a Segna, Fiume, Buchari, et altre fiere, e de li possa condur le cosse a loro besognasse per la dita soa terra.

Responsio. Volumus, quod illud, quod in eorum complacentiam concessimus per oratorem nostrum videlicet, quod subditi sui Scrisii et Obrovacii possint ire ad nundinas Segne, Fluminis et sancte Margarite de Arbo cum caseo, pice, castratis, frumento et farina, eis observetur.

Ad quartum. Item che diti subditi possa andar et usar si in la Marcha, come in Apruzo con le cosse e robbe nasse in el vostro paeze, zoè formay, custroni, lignami, et altre cosse.

Responsio. Licet ad omnia eis grata simus inclinatissimi, tamen obstantibus legibus et ordinibus nostris non possumus ullo modo sibi complacere.

Ad quintum. Item cumzosia che per dubito de Turchi ed altri soi nemici i vosamo complir chon voluntà vostra de murar uno so castello, che ha nome Clizevas, azò che i subditi soy li se possa redur, che non periscano, che per questo la vostra illustrissima signoria non voglia pigliar ombra, che ad altra intencion non fano, perchè intendino de viver e morir chome fioli e boni amici e servidori de la vostra illustrissima signoria.

Responsio. Sumus certi, quod magnificentie sue memores sint, quod alias in 1453 optantibus nobis, quod admoveretur omnis materia scandali et novitatis inter nostrum dominium et suas magnificentias, misimus

nostrum oratorem ad eos, rogantes et suadentes, quod muraleas Clizevaz ruere et penitus destrui facerent, cum castrum sive locus ille fuerit et esset causa multorum malorum et novitatum inter nos et eos, ut subditi utrinque in pace quiescerent. Sue verum magnificentie se excusantes id facere non audere, ne apud coronam et barones Hungarie accusarentur per emulos suos, et perderent proprium dominium, promiserunt per suas litteras et scripturas, quas exemplari fecimus in nostra cancellaria, quod amplius non reparari neque edificari facerent in loco illo. Quod autem ad presens dicant velle dictum castrum reparari et fabricari facere respectu Teucrorum, miramur plurimum, cum per dei gratiam non sit ad presens dubitandum de Teucris in his partibus. Rogamus ergo et suademus omnibus bene consideratis, quod velit in facto dicti loci Clizevaz nihil innovare neque innovari facere in fabricando vel reparando illud, sed servare promissiones suas nobis tam solemniter factas, ne inter nostros suosque subditos quicquam emergere habeat, quod a pace et amicicia nostra dissenciat.

Ad sextum. Item che tuti soi villani, i quali sono nel territorio vostro de Zara, che quelli per i rectori vostri non sono molestadi ne angarizadi a far houra nissuna personal, chome sempre e sta uxado ezeto che per alguni vostri rectori de anni tre in qua.

Responsio. Quum non est nostre mentis, quod aliquid innovatur contra subditos suos in territorio nostro Jadre, scribemus rectoribus nostris Jadre, quod contra solitas et antiquas consuetudines nullatenus angariare vel molestare debeant vilicos suos, erga quos servare debeant consuetudines ab antiquo observatas, contra quas si quicquam innovatum est ab annis duobus vel tribus citra, omnino revocare debeant.

Ad septimum. Item chome puol saver la vostra illustrissima signoria tuti li Morlachi abitano la montagna nostra ne sono subditi et obligati chome sono i vilani de maxenata de l isola vostra de Candia, i quali ne sono debitori, e quando li volemo far astrenger, li paxino nel territorio vostro de Zara, per la qual cossa gran danno ne torna. E chel sia el vero, quando li remetemo el debito e perdonemo, subito retorna a la dita nostra montagna. Donde pregemo la vostra illustrissima signoria, che quelli chome nostri homeni nel territorio vostro de Zara non siano azetadi, e che siando azetadi, possamo far de quelli chome subditi et homeni nostri.

Responsio. Dicimus, quod civitates, terras et loca dominii nostri semper liberas et securas servavimus, omnibus ad illas confugientibus, contra quam libertatem et securitatem nihil eis concedere possemus sine nota et derogatione dominii nostri, quod nuncquam voluit contra hanc dignitatem libertatis quicquam alicui concedere, intelligendo de personis liberis et solutis. At vero cum dicant, hos Murlachos esse servos de maxenada, de quibus alia ratio est habenda, scribemus rectoribus nostris Jadre, et expresse mandabimus, quod Murlachos omnes suarum magnificentiarum, qui fugient ad civitatem et territorium nostrum Jadre, quos eis constiterit et cognoscent esse servos de maxenada, eos restituere et restitui facere debeant, sicut iustum est; de aliis vero, qui non essent servi de maxenada, volumus, quod dignitas hec libertatis et securitatis terrarum dominii nostri servetur pro honore et dignitate dominii nostri, sicut faciunt alii principes et dominia mundi.

Ad octavum. Item chome pol intender vostra illustrissima signoria el fuzi de qui uno vostro homo d arme per nome Nicolas, e chonzose de qui con nui, e mittimo quello in uno nostro castello per nome Ripac, el qual Nicolò tegnando esser creditore e dover haver da la vostra illustrissima signoria per el suo servido de qui in Lombardia, contra la mente et intencion nostra prendesse uno vostro citadin de Zara per nome Benedeto de Galeti, e questo dicea per pagarse de quello restava haver da la vostra illustrissima signoria, e da quello have ducati 400, i quali dio sa lui, che e cogitor de le cosse oculte, che ne io conte Tomaxo ne mey fioli sapessemo ne cholpeveli ne consencienti de questo caxo, anzi subito venutone questo a noticia, chavalchay io conte Zuane in persona per retenir et pigliar dito Nicolas colpevele de questo fato, el qual non me aspettando, fuzi in uno castello del conte Doymo da Segna, per la qual cossa fo tanxado per lo dito, et si non puti haverlo; unde per star ben con la vostra illustrissima signoria non siando colpevele de questa caxon, impegnai tre ville mie per pagar quello io non era debitor per ben vixinar e star con la vostra illustrissima signoria. Unde, come e dito, prego la vostra illustrissima si come inocente de dita caxon a mi debi far restituir dite ville, e che li denari siano exbursadi per la vostra camera de Zara, e per chi par a la signoria vostra, a la qual humelmente me ricomando mi et fioli mei.

Responsio. Dicimus, quod ea, que facta sunt de ducatis 400 per suas magnificentias solutis, cum iure et iusticia processerunt, quum ut in capitolo suo dicunt, ille Nicolas, qui cepit dictum Benedictum proditorie in territorio nostro, erat castellanus in castro suarum magnificentiarum, et ad ipsum castrum conduxit dictum Benedictum captivum, licet postmodum, ut dicunt, ipsum conduxerit ad terras comitis Doymi de Segna; et quanquam ipse Nicolas velit hanc eius rapinam ymo proditionem paliare dicendo, quod creditor est dominii nostri de aliquibus pecuniis pro tempore, quo fuit ad stipendia nostra, dicimus, quod si fuisset creditor dominii nostri de aliquo stipendio suo, non aufugisset infideliter a nobis sicut fecit, sed petita licentia quesivisset a nobis pecunias suas, quas sibi dedissemus, sicut aliis omnibus dedimus. Ergo quod non ab aliis sed ab his, qui civem nostrum captum receperunt, et in suis fortiliciis custodiri fecerunt pecunias suas querere habet, nos eidem iusticiam fecimus.

Ad nonum. Item per nezesso e charestia che ho in el castello mio a Obrovazo piaxa conceder a la vostra illustrissima signoria trar moza 200 sal ogni anno per uxo de quel mio castello da Pago, pagando el datio over trata consueta.

Responsio. Licet in hoc sicut et in aliis libenter sibi complaceremus, attamen obstantibus legibus nostris, non possimus sue requisitioni satisfacere.

Ad decimum et ultimum. Item supplico a la vostra illustrissima signoria conzosia che per el conseio de Pago el fosse azonto et tolto del deto suo conseglio uno condam Mathio Mircoviz da Scrixa e fioli soi legitimi, e questo fo confermado per la vostra illustrissima signoria, chome per soe lettere apare; ma da novo e venuto, che per certa parte per loro pavesani messa nel dito loro conseio voiano astrenzer diti fioli de condam Mathio vegnano ad habitar continuo a Pago, altramente i se intenda esser

privati del dito loro conseio; et cum sit, che essi fioli uno sia maridado in Zara, et uno habia una de le soe done da Pago, e i altri non habia anchora dona, e perchè diti fioli habitano a Scrixa mo a Pago, voleno i diti da Pago per questa sua parte, che del tutto lassa Scrixa mia terra, e vegna a habitar in Pago, che questo me saria dano asay per le marchadantie, che i fano in el dito nostro logo; per tanto supplico e prego la vostra illustrissima signoria, che a mia complacentia se degna de scriver e chomandar si al conte de Pago chome a quel suo conseio, che questi tali fradelli possano star dove i piaxerà, e questo domando de gratia singular.

Responsio. In eius complacentiam sribemus et mandabimus comiti nostro Pagi, quod si dictus olim servitor suus et eius filii legiptimi fuerunt per consilium Pagi creati nobiles cives de illo consilio et per nostrum dominium confirmati, liberi et sine ulla condictione vel obligatione, non debeat permittere, quod aliquid contra eorum concessionem et civitatem innovetur.

Et ex nunc sit captum, quod dicatur et suadeatur dicto domino comiti cum illis verbis et rationibus, que videbuntur collegio, quod velit taliter ordinare et providere, quod sui pacifice et amicabiliter vivant et vicinent cum nostris, quum sumus informati, quod per suos sepius multa comittuntur contra subditos nostros, que causa possunt esse multarum novitatum. Dicatur preterea et suadeatur dicto magnifico comiti, quod placeat et velit solvere et satisfacere nobili civi nostro Pandulfo Contareno de ducatis 200, quos nobilis vir ser Marinus olim pater suus habere debebat, et ipse ser Pandulfus nunc habere debet iuxta formam et continentiam conventionum inter eos factarum; horteturque, quod in re hac velit servare erga dictum nobilem nostrum illud, quod erga suas magnificentias et subditos suos servari faceremus. De parte 105, de non 2, non sinceri 5.

Senato Mar. lib. VI., u mlet. arkivu.

CXXII. God. 1457. 15. listopada, u Mletcih.

Odvraća se na zahtjeve poslanika hrcega Stjepana sv. Save.

1457. die xv octobris. Quod ad capitula porrecta per spectabiles comitem Georgium et comitem Paulum oratores illustris domini Stefani ducis sancte Save. Respondeatur in hac forma et primo.

Ad primum. Credo sia noto a la illustrissima signoria vostra, che io habia fato e afadigatome più per quella che non el mio barba signore vaivoda Sandal, el qual sempre fo apto et disposito per la predicta excelsa signoria vostra, a la qual sempre me arecomando.

Ad secundum. Siando io a champo avanti el castello de Ragusi con el mio exercito, vene da mi ambassatori da Chataro per parte del conte e de la comunità, che io congiuncto in amore e dilectione con la illustrissima signoria vostra, volesse soccorrere el predicto Cataro oppresso da alguni Albanexi traditori de la predicta excellentissima signoria vostra, i quali molestavano el predicto Cataro in modo e via, che niuno non poteva insire fora de la terra, che non fosse morto, preso, o robato e malmenato.

E alora avegna fosse molto occupato per el mio stato, postposo da parte ogni cossa, e manday el campo mio in aiuto contra li traditori de la predicta illustrissima signoria vostra, de li quali alguni fone amazadi e impichadi davanti a Cataro, come è noto al conte de Cataro, che alora era.

Che più ho fato per la illustrissima signoria vostra, aveva uno fio de Stefano mio traditore in presone; me fo domandado da la illustrissima signoria vostra, bene e volentiera ve lo manday a presentare.

Responsio ad primum, secundum et tercium capitulum: quod non opus erat, ut excellentia sua laboraret in narrando ita particulariter ea, que fecit in complacentiam dominii nostri, quum ea omnia memorie tenemus, nihilque audire possemus de suo amore et benivolentia in nos, quod amplissime non credamus, quotiens memoria repetimus ea, que pro sua excellentia et in eius complacentiam fecimus, que remorari nolimus, cum reciprocus amor et benivolentia nostra et sue excellentie et nobis ex ipsis effectibus notissima sit.

Ad quartum. Al presente l entrata me die esser data da Cataro e altratanto a Stefano Negro zoè ducati 600; al predito Stefano se dato el tuto, a mi non me dato nulla, se non a la fiada uno pocho di sale. Prego la excelsa signoria vostra, che la predicta mia entrata de Cataro me sia data a Vinexia, et a hora e tempo, che non spenda li mey danari, e che più a quella per mey ambassiatori non dia fastidio ne affano.

Responsio. Fuit et est nostre mentis et firmissime dispositionis, quod sua excellentia habeat a camera nostra Catari de anno in annum ducatos 600, quas ordinavimus dari sue illustrissime magnificentie vel nunciis; et si illos non habuit, credimus hoc procesisse, quum non venientibus caravanis Catarum, sicut per formam capitulorum et conventionum nostrarum sua excellentia obligatur permittere et ordinare, quod veniant, non exiguntur per cameram illam pecunie, de quibus comes noster possit sue excellentie solvi facere. Et ut hanc solutionem suam habere possit, ordinavimus et nunc replicavimus, sicut diximus oratoribus suis, qui ultimate fuerunt ad nostram presentiam, quod de sale nostro Catari detur annuatim nuntiis suis tantum quantum sit pro valore pecuniarum, quas ab illa camera habere debet, quum disponimus, quod vel in pecunia numerata si erit, vel de sale recipiat pecunias, quas sibi dari facimus. Rogamus ergo, quod sicut nostras conventiones servare disponimus, sic sua excellentia ordinet et provideat, quod caravane veniant Catharum sicut solebant pro sale, et sicut excellentia sua obligata est. Pecunie autem, quas ex Catharo dari facimus Stefano Cernoevich, sunt pro soldo et stipendio suo, cum stipendiarius et capitaneus noster sit in partibus illis Xente, et sibi solvi facimus, sicut solvitur aliis stipendiariis nostris ubique locorum nostrorum.

Ad quintum. Ceterum altre volte ho otenuto de gratia da la predicta illustrissima signoria vostra, che da cadauno logo potesse venire victuarie al mio castello novo e marchadantie excepto sale, e che li mey merchadanti potesse andar in ogni loco, unde vano li nostri. Concessi anchora la illustrissima signoria vostra a mio figlio Vlaticho e a mey zentilhomeni, che vegnando sale a le mie terre e logi, e sia unde se voglia, possano comprare per li miei danari non mandando io per esso.

Responsio. Volumus, quod observentur omnino ea, que concessimus, quod victualia possint conduci ad castrum suum novum, excepto sale propter maximum damnum, quod patitur dominium nostrum; et similiter, quod mercatores sui possint exercere mercaturam secundum concessionem per nos sibi factam. Ad partem vero, qua dicit, quod concessimus magnifico Vlaticho filio suo et suis nobilibus, quod si ad terras suas conducetur ex omnibus partibus de sale, illud emere possit pro suis pecuniis, dicimus, quod si sua excellentia diligenter videbit respontionem nostram, quam sue magnificentie dedimus in scriptis, intelliget, quod diximus tunc, quod obstantibus legibus et ordinibus nostris non poteramus assentire, quod ad loca sua conducatur aliud sal quem nostrum; sed fuimus contenti, quod pro annis quinque proxime extrahi facere possit de Pago et conduci Narentam vel ad Castrum novum mozetos 2000 salis cum solutione duc. decem, sicut nos solvimus pro eo, quod accipimus a subditis nostris; et sicut tunc diximus, ad presens confirmamus, et loquentes fraterne et confidenter cum excellentia domini sui miramur, quod dominatio sua, que sapientissima est, talia a nobis petit, que excellentia sua scit nobis et introitibus nostris esse danosissima, cum officium veri amici sit, commodis amici consulere.

Ad sextum. Al presente e achaduto venire a dito mio castello novo doy navilii de sale del principo de Taranto. Intrati nel porto, posti li provexi in terra e legati e armizadi, da possa vene una galia vostra, tolsi li dicti doy navily, e sopra posi le bandiere de san Marcho, l uno de li quali brusorno e l altro menorno a Cataro. E avegna che avesse persone suficiente a defendere li predicti navilii, visti li stendardi di sancto Marcho, non ho voluto fare cossa alguna ne defesa. Di novo el dito principo di Taranto me ha mandato a dire, che conzosia che duy soi navilii siano intrati nel mio porto, e ligadi e armizadi, et io possandoli defendere, non li habia defeso, intendo li paga e satisfaza, lasso iudicare a la illustrissima signoria vostra, se iusto e rasonevele.

Responsio. Dicimus, quod excellentia domini sui ex veris effectibus semper cognoscere potuit, quantum ad omnia sibi grata et commoda nos reperit sincere dispositos; de sale autem, de quo principaliter habemus introitus civitatum nostrarum Dalmatie, per responsiones nostras datas magnifico Vlaticho filio suo et aliis suis oratoribus potuit intelligere mentem nostram, videlicet, quod non conducatur per quemquam per loca, maria et iurisdictiones nostras; et principaliter commissum est per nos omnibus capitaneis et supercomitis galearum et navigiorum nostrorum, quod contra conducentes de dicto sale per maria et iurisditiones nostras, principaliter intendant tanquam contra principales damnificatores introituum nostrorum. Itaque si aliqua facta sunt, ut dicunt, per galeam nostram contra duo illa navigia salis onusta, facta sunt pro observatione iurisditionum nostrarum.

Ad septimum. Item affar le mie gabelle e vendede a Narenta al vostro servitore Forte da Curzola a Biasio de Ragusi, el fio de Forte fo preso per la nostra signoria. Biaxio scapò in la vostra terra a Curzola chon li mei danari, del qual non posso haver raxone, de che assai me ne meraveio se a Ragusi fosse scampato, donde e le soe caxe me haveria habuto raxone; prego la signoria vostra li commanda, me dia li mei

danari, con li quali in la terra vostra e fuzito, in la quale non può esser securo.

Responsio. Est nostre intentionis et volumus, quod contra Blasium de Ragusio et alios debitores suos sibi ius amplissimum et summarium ministretur; sicque scribemus et efficaciter commitemus comiti nostro Curzole, quod ius summarium et expeditum ministret nunciis sue excellentie contra dictum Blasium, ut petit, compellendo eum ad solutionem eius, de quo sentenciabit ipsum esse debitorem.

Ad octavum. Anchora notifico a la vostra illustrissima signoria, chomo ho otenuto licencia dal gran Turcho a intrometere et aquistare o per amore o per forza terre e logi, che forono del conte Piero. Altre volte vogliandome intrometere ne le predicte terre, me mandò a dire la illustrissima signoria vostra, non me impazasse, imperochè erano subditi vostri, et aracomandati. Habuta l' imbassata vostra, viste le bandiere de san Marcho, non me vulsi impazare. Sapiando questo el re de Bossina, che io non me ne impazara, se ne la predicta cossa intromesso, et è intrato, et ha pigliato la mazore parte del paese, et ha fato più bastie soto li predicti castelli; la quale cossa molto ma despiaxesto et dispiaceme, ch el predicto mio nemico se sia impazato in esse, siando el dito paeze confino chon una mia terra dicta Comsca, in la quale terra ho molti traditori, per la qual cossa non voria, el predicto mio inimico se aproximasse a essa; et molte volte li diti mei traditori anno desviato el mio figlio Vladislao, i quali non possano stare ne le vostre terre, como è di pacto fra la vostra signoria et io.

Responsio. Dicimus, quod magnificus bannus Petrus, donec vixit, singulariter fuit affectus dominio nostro, et similiter fratres sui, et post eius mortem memores fidei et devotionis sue accepimus aliqua loca sua in protectionem nostram, ne ipsi pueri cum ad virilem etatem pervenerint, vagare cogerentur; nunc autem sumus informati, quod aliqui ex castellanis, habentes fortilicia illa in manibus, deviaverunt a recommendisia nostra et fide dictorum puerorum; displicet profecto nobis. Propterea disponimus, quod locus Clissii, et alia, que sub commendisia nostra sunt, observentur dictis pueris.

Ad nonum. Al presente el dito re de Bossina e mey inimici e traditori siando in Croatia ne le terre e paexe del dicto conte Piero, consigliando menorno el dito re per fabricare uno castello suso el mio tereno, se chiama Radobiglia, dandoli ad intender, se in si fato loco fabricasse uno castello, toria tuto el terreno e paese dela mia terra Comsca. Abiando io per la dio gratia el mio champo in ordene, el feci el castello avanti che lui, donde lui intendeva fare per conseglio de li predicti mei traditori. Sapiando el re, che io haveva fato el castello, a li predicti mei traditori non volse dare provisione alguna, e questo vedando lo re, se redusene a Spalato, et al conte de Spalato detene ad intender molte zanze e boxie, si come de usanza de simili homeni iniqui, e fra le altre cose dete ad intender, che la havea fato castello per fare uno ponte solamente per guerizare con la illustrissima signoria vostra. De che veramente se el dicto conte de Spalato volesse ben comprendere, presto intenderia, li predicti falsamente mentire. Im pero che su la fiumana ho passazi in la estate asay, e de inverno pur che non piova. Ma

dio non voglia, che mi zamai voglia prendere arme contra la illustrissima signoria vostra, la quale amo, perfecto core. A la qual notificando, che el sopradito conte di Spalato me stato molto contra, vogliando si come del mio aiutare li predicti traditori. Li predicti traditori li poria havere, se bene fosseno da lonzi, a fortiori, fiando in lo loco unde sono. El predicto conte fazandoli spalle. si come del mio, e insuxo el mio e al mio despeto se li mantene in certe ville sozete a Rodobilgia tanto tempo, e confinemo inseme, mai non fo divisione fra nui, se non per mezzo de questi traditori. Voglio, considera bene la illustrissima signoria vostra, sel può esser vero quello, che falsamente dano ad intendere. Ab eterno trovandosse, che è stato signore de Rodobilgia, etiam dio ha posseduto le predicte ville. E avegna chi li predicti mey inimici e traditori li porria havere de lizere mente de mano, resto quello fare per fina haverò resposta de la illustrissima signoria vostra, ho habudo littera da la predicta, potere havere li mei traditori in le vostre terre, non possandoli havere, che me va le lettere, pare a mi niente.

Responsio. Dispositi vivere et continuare cum sua excellentia in solita pace et fraterna benivolentia nostra cum suo illustri domino, existimantes plurimum fortilicium, quod sua excellentia construi facere disponebat in Rodobiglia, misimus nostrum oratorem ad illustrissimum dominum suum, qui per dictum oratorem nostrum plene intelliget mentem nostram tam circa castrum predictum quam illos de Radobigla, quos suos rebelles appellat.

Ad decimum. Altre volte me promesse la signoria vostra darme una caxa in Venexia; pregone, che la promessa de tanta signoria vegna ad effecto et executione, e che per fito de la caxa me sia dato quelo, che mi resta.

Responsio. Disponimus dare sue excellentie omnino in donum unam hic Venetiis quamprimum poterit reperiri, et interim scribemus et mandabimus comiti nostro Spaleti quod nunciis suis dare debeat cum integritate quicquid habere restat a mense iunii 1454 citra, et similiter de tempore in tempus quicquid habere debebit. Et ex nunc sit captum, quod scribatur et mandetur comiti Spaleti et successoribus suis, quod sub pena duc. 200 omnino dare et solvere debeat nunciis dicti domini, quicquid pro tempore elapso habere debet, et de tempore in tempus habere debebit.

Ad undecimum et ultimum. Item prego la predicta illustrissima signoria vostra, che la pegola, ho dato a vendere in Venexia, me sia pagata a prexio posso havere da altri, o ver me diate licentia la predicta possa vendere unde me pare e piaxe.

Responsio. Dicimus, quod excellentia domini sui potest conduci facere Venetias picem suam, et illam vendere seu vendi facere ad beneplacitum suum, quum nos de illa opus non habemus. De parte 91, de non 3, non sinceri 3.

Senato Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

CXXIII. God. 1457. 18. studenoga, u Mletcih.

Odgovori na molbe Sabalije vrhovnoga kapetana turskoga.

1457. die 18 novembris. Quod ad capitula porrecta per oratorem magnifici Saballie capitanei generalis domini sultani Turchorum respondeatur, et primo.

Quello che io Demerdes ho ad refir da parte del mio signor Saballia a la vostra signoria oltra quello lui ve ha scripto per so lettere, si e questo. Che lui crede haver fato servixo a la vostra signoria per havere disfato do cittade, le quale haveva fato Scandarbego, e donade a castellani, zoè l'una l ano passato e l altra questo anno, le qual citade era contra el so segnor e la vostra signoria, de le qual una era de qua da Durazo e l altra de la da Durazo, et una desse se chiamava capo de Fagona. Anchora ne è uno castello apresso Corfù, el qual fe uno signore, che a nome Symo, el qual haveria donado a castellani contra la signoria vostra; et in ogni modo el dito so signor se vol far forte per andar al ditto castello e disfarlo. E per tanto prego la vostra signoria, che comanda al reggimento de Corfu, che li dia tuti quelli subditi, che i serà de besogno per disfarlo.

Responsio. Quoniam sumus informati, dictum Simonem esse recomendatum serenissimi domini regis Aragonum, cum quo sumus in bona pace et amicicia, non videmus honeste posse sibi complacere.

Ad secundum. Item havendo aquistado do volte el paese de Albania per nome de lo imperador, e messi signori in esso, e per li favori è stato fato per li vostri subditi de dinari e pani a Scandarbego, el payse ha rebellà al so signor lo imperador; e per tanto dimanda, non li sia dato socorso al dito Scandarbego, perchè la hoste de lo imperador non fo dato algun subsidio, ne venduto ne pan, ne vino, ne cossa del mondo per li so denari.

Responsio. Dicimus, quod ultra certam provisionem, quam iam pluribus annis ipse Scandarbegus a nobis habet, ut vivere possit et in pace quiescere, nihil unquam ipse Scandarbegus habuit a nobis neque subditis nostris. Quod autem gentes sui exercitus non potuerint habere victualia pro suis pecuniis de terris nostris, difficile est nobis credere, quod hoc factum sit, nisi propter damna et violentias gentium dicti exercitus subditi nostri timuerint eis dare de victualiis suis, aut propter carentiam victualium, que erat in terris nostris . . . etc.

Senato. Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

CXXIV. God. 1458. 13. siečnja, u Mletcih.

Po nalogu mlet. vlade bude oglobljen kapetan kastavski zato, što je porobio bio mletačkoga podanika.

1457. die XIII ianuarii. Cum pauper fidelis noster Franciscus Barotio fuerit captus per quendam Henricum Gayman capitaneum Castoe subditum dominorum de Valse, qui sibi accepit duc. ducentos, quos secum habebat inter aurum et monetas pro emendis rasiis et pelaminibus, et ultra dictos denarios acceptos, sibi imposuit taleam duc. LXX. occasione seu sub pretextu aliquarum rassiarum, quas unus civis vel habitator

Castoe dimiserat hic Venetiis aqud dictum Franciscum, et per dominium fuit terminatum, quod restituentur subditis magnifici comitis Johannis de Vegla, quibus ipse rassie violenter fuerant accepte per servitores magnifici comitis Martini de Segna de nundinis Segne. Et quamquam per dominium nostrum fuerit pluries scriptum magnificencie dominis de Valse ac spect. Nicolao de Foramine capitaneo ipsorum dominorum, et per ipsum capitaneum fuerit sententiatum, quod dicto Francisco restituantur duc. LXXII. sibi accepti pro talea, ac duc. XXV. pro aliquibus expensis, ut constat in sententiis superinde latis, et nichil tamen habere potuerit neque possit ab ipso Henrico Gayman, et quotidie compareat ipse Franciscus coram dominio, supplicando, quod sibi cum iusticia succurratur, et non patiatur, quod adeo violenter et notorie remaneat suis bonis spoliatus, maxime cum per dominium nostrum fuerit coactus ad restituendum dictas rassias. Et conveniat honori et reputationi dominii nostri providere satisfactioni dicti fidelis nostri, qui et per sententias capitanei Foraminis et per probationes factas provisoribus nostri comunis satis clare constitit et probavit damnum sibi illatum de suprascriptis denariis ac de duc. II. centum sibi acceptis:

Vadit pars, quod scribatur capitaneo Foraminis ac Henrico Gayman capitaneo Castoe in illa magis efficaci et convenienti forma verborum, que videbitur collegio, requirendo et suadendo, quod velit cum effectu restituere et satisfacere dicto fideli nostro de omnibus pecuniis sibi acceptis, quia non satisfaciendo sibi, non poterimus aliter facere quam providere satisfactioni ipsius fidelis nostri per illa media iuridica et honesta que meliora videbuntur.

Et ex nunc sit captum, quod non restituente dicto capitaneo Castoe suprascripto Francisco pecunias omnes per eum vel sibi acceptas in termino mensium quatuor proxime futurorum, intromitti debeant de bonis ipsius capitanei et subditorum suorum ubicumque poterit reperiri usque integram satisfactionem dicti Francisci. + 82 — 7 — 2.

Secreta consilii rogatorum vol. XX., u mlet. arkivu.[1]

CXXV. God. 1458. 20. siečnja, u Mletcih.

Bosanski kralj po poslaniku obaviešćuje Mletčane, da kani predobiti hrvatski banat, a da si oni uzmu one gradove, koje hoće. Odvraća se, da radi kako mu volja.

1457. 20 ianuarii. Quod spectabili militi domino Nicolao Testa de Tragurio, oratori serenissimi domini regis Bossine, qui, uti relatum fuit huic consilio per serenissimum dominum ducem, secrete dominio nostro dici fecit, et postea etiam replicavit, quod idem serenissimus dominus rex acquirere bannatum Crovatie pretendebat, specialiter ne ad manus inimicorum suorum et nostrorum perveniret. Et ex nunc idem orator, tanquam nobis fidelissimus, se offerebat facere et cum effectu dare modum,

---

[1] Die 7 iulii 1458 ordinatum fuit capitaneis in Istria et galearum sequestrandi de bonis capitanei Castuae et subditorum suorum ad valorem ducatorum 225 ubicumque reperirentur; die vero 12 octobris iterum eisdem iussum, bona iam sequestrata Venetias mittere.

quod volente nostro dominio unum vel plura fortilicia ipsius bannatus nos haberemus, ea, que nobis placerent; quodque si nolumus ad ea attendere, eius serenitas vult illam intromissionem accipere. Respondeatur:

Quod de notificatione predictorum et eius oblatione quam apertissime procedere cognoscimus ex singulari eius ad nostrum dominium affectione et devotione, eius spectabilitati maxime regratiamur, eique certificamus, quod optamus, quemadmodum a natura specialiter nobis datum est, pacifice et quiete vivere, sicque facere intendimus, quia de finibus nostris contentamur.

Et ad partem, quam dicit, illum serenissimum dominum regem impresiam bannatus summere velle, dicimus, esse certissimos, quod ille serenissimus dominus rex, qui in rebus suis multa cum prudentia semper procedere consuevit, eam capiet deliberationem, que sui honoris et reputationis erit. Declarantes, quod de omni eius bono et prosperitate continue singulariter letati sumus et semper letabimur. + 96 — 3 — 8.

Secreta consilii rogatorum vol. XX., u mlet. arkivu.

CXXVI. God. 1458. 23. ožujka, u Mletcih.

Daju se njeki nalozi zapovjednikom zadarskim u poslu obrane onoga grada.

1458. 23 martii. — Pasqualis Maripetro dei gratia dux Venetiarum etc. Andree Marcello comiti et Johanni Trivisano capitaneo Jadre. Ordinatur, quod in castello Jadrae continuo stare debeat ad guardiam unus castellanus et unus capitaneus militum, et quod nullus Jadrensis „qui natus fuisset in Jadra aut habuisset matrem sclavam vel haberet atinentes in Jadra, licet natus fuisset ex patre italico aut ex alia natione, non possit habere soldum in Jadra"; non permittant adunationem gentium etc.

Ducali e terminazioni. Lib. II. c. 2, u zadarskom arkivu.

CXXVII. God. 1458. 3. travnja, u Pristini.

Stjepan Tomas bosanski kralj potvrdjuje braći Ostoić Petru i Ivanu, i sinu ovoga Jerolimu povlastice podieljene njihovim predšastnikom od Bele IV. i drugih.

Nos Stephanus Thomas dei gratia Rasciae, Bosnensium seu Illiricorum, Primordiae seu Maritimae partium Dalmatiae et Corbaviae rex memorie commendamus tenore presentium significando quibus expedit universis, quod quia fideles nostri comites Petrus Ostoich et frater eius Joannes cum suo filio Hieronymo oriundi ex regno Bosniae nobis et nostris praedecessoribus servierunt fideliter, et promiserunt dato iuramento etiam deinceps sinceram fidem, fidelitatem veram observare, tenere et servire; ideo et intuitu praemissorum quam vero exigentibus eorum meritis, nostram benevolentiam cupientes, ipsis et suis haeredibus ipsorum comitatus et privilegia data et concessa a nostris praedecessoribus necnon nobilitatem et privilegia suis antecessoribus data a Bela IV rege Hungarico accordamus, confirmamusque, ut possint gaudere et possidere omnia ea, que prius habuerant; in cuius rei memoriam et firmitatem perpetuam praesentes litteras secreto nostro sigillo impendenti comunitas eisdem duximus concedendas. Datum Pristinae 3 aprilis anno 1458. — Locus sigilli pendentis.

Giacomo Botteri di Città Vecchia A. Notaio Publico ho dall' originale in bergamena copiato, sottoscritto e sigillato.

Raccolta di varie memorie antiche, kod prof. S. Ljubića. Vjerojatno loš prevod iz slavenskoga.

CXXVIII. God. 1458. 14. travnja, u Mletcih.

Radi novosti uznemirujućih, koje su dolazile iz Kotora o radu hrcega Stjepana i o Albaniji, odpravlja se kući liepo obdaren sin Stjepana Crnoevića, i nalaže se komorniku u Kotoru, da Crnoevića podpunoma izplati.

1458. 14 aprilis. Quoniam per ea, que ex Catharo habentur de his, que facit et tractat dux Stefanus sancte Save contra dominium nostrum, ac propter nova Albanie, faciat omnino pro dominio nostro, quod filius magnifici Stefani Cernoevich nostri capitanei, qui hic est, celeriter revertatur ad patrem suum bene contentus et satisfactus a nobis sicut est; vadit pars, quod mittatur duobus supracomitis nostris, quod dictum magnificum Georgium conducere debeant cum tribus famulis apud se usque Buduam, in quo loco eum deponere debeant, faciendo sibi et suis expensas oris ad expensas dominii nostri. Et mandetur auctoritate huius consilii comiti et camerario Catari, quod omnino dare et solvere debeant dicto magnifico Stefano quicquid habere debet pro tempore elapso de stipendio suo, et similiter illud, quod habere debebit de mense in mense secundum formam capitulorum suorum. Et similiter Radosauo secretario suo. + 138 — 1 — 2.

Senato Mar. vol. VI., u mletačkom arkivu.

CXXIX. God. 1458. 29. travnja, u Mletcih.

Dozvoljeno pučanom obćine hvarske, da mogu trgati svoje grождje kad jih volja.

1458. 29 aprilis. Cum alias in 1454. die xxv. augusti terminatum et deliberatum fuerit per dominium nostrum, quod populares Liesne et alii omnes habentes possessiones et vineas in insula nostra Lisse possent vindemiare uvas suas quando et sicut eis placeret, non obstante aliqua prohibitione, que eis facta esset vel fieret per nobiles sive consilium deinde, cum a iure nature concessum sit unicuique de fructibus et proventibus suis disponere ad libitum pro comodo et utilitate sua; et sit providendum, quod dicta iusta et equissima termiatio observetur, ut iacet, ne dicti fidelissimi nostri molestentur, et contra eos nichil in re hac amplius innovetur; vadit pars, quod terminatio et deliberatio suprascripta dominii nostri iusta et honestissima, auctoritate huius consilii confirmetur et approbetur. Et addatur, quod fideles nostri Liesne et Lisse nobiles et populares possint vindemiare omni tempore ad beneplacitum uvas suas, et replicentur libere cum dicta additione comiti Liesne et successoribus suis, quibus mandetur, quod eas observare et inviolabiliter observari facere debeant prout iacent, et contra hoc nichil fieri vel provideri possit sine deliberatione huius consilii congregati cxx. et abinde supra, sub pena duc. 200 exigenda per advocatores comunis sine ullo consilio a quolibet contrafaciente. + 106 — 4 — 10.

Senato Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

CXXX. God. 1458. 4. svibnja, u Mletcih.

Dopušća se, da Ivan de Calcina kao tumač u Zadru dobiva državnu plaću.

1458. 4 maii. — Pasqualis Maripetro dei gratia dux Venetiarum etc. Andree Marcello comiti et Johanni Trivisano capitanio Jadre . . . quia mandavimus vobis cum nostro consilio x, quod nulli Dalmatino daretis stipendium, imo omnes cassaretis"; sed Johannes q. Donati de Calcina „interpres curie nostre Jadre habet ultra salarium unam pagam mortuam lib. xii in mense pro offitio interpretis", ideo haec prohibitio in isto casu non valeat.

Ducali e terminazioni. Libro I. c. 150, u zadar. arkivu.

CXXXI. God. 1458. 6. svibnja, u Mletcih.

Krsto Butrižić imenovan tumačem u Šibeniku.

Pasqualis Maripetro dux Venetiarum etc. Marco Zeno militi comiti Sibenici. Venit ad nostram praesentiam Christoforus Lucae Butrixich, rogavitque nos, quod in considerationem meritorum patris sui „in aquisitione civitatis nostrae Sibinici et Tragurii" ipsum in vitam interpretem constituere dignaremur", quod officium etiam tenet a tempore comitis Andreae Leoni. Nos ergo constituimus ipsum Christoforum „in officio interpretis ad beneplacitum nostri dominii". Data in nostro ducali palatio die vi. maii MCDLVIII.

Diplom. sibenic. in bibliotheca palatina Viennae. Cod. Suppl. 541. p. 124.

CXXXII. God. 1458. 25. svibnja, u Mletcih.

Vlada mletačka priznaje potrebu, da njeki Miho iz Modruše ostane u službi kod zadarskoga upraviteljstva, uz sve da se zakonom odredilo, da se svi Hrvati odpuste.

Pro Micaele de Modruxa tubatore Jadre. — Pasqualis Maripetro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Andree Marcello de suo mandato comiti et Johanni Trivisano capitaneo Jadre et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Respondentes literis vestris diei xv instantis, quibus dicitis, Micaelem de Modruxa Sclavonum servientem illi regimini Jadre, et facit stridas et proclamationes occurrentes, et habet unam pagam mortuam pro eius mercede, dicimus, quod apertissime cognoscimus necessarium in dicti Micaelis officio esse hominem Sclavonum. Et quum idem Micael aptus et expertus est in ipso officio ut scribitis, sumus contenti, quod in eo remaneat cum paga sua suprascripta, non obstante quod Sclavonus sit. Nam intendimus et deliberamus, quod non inteligatur nec comprehendatur in mandato, quod vobis dedimus, cassandi Sclavones. Sed eo non obstante idem Micael habeat pro dicto suo officio dictam pagham, ut hucusque habere consuevit. Datum in nostro ducali palatio die xxv mensis maii, indictione vi, MCCCCLVIII. Recepte die x iunii 1458.

Ducali e terminazioni. II. c. 13., u zadar. arkivu.

CXXXIII. God. 1458. 31. svibnja, u Mletcih.

Zadrani na temelju zakona zahtjevaju pravo na izbor liečnika i učitelja.

Pro medico et magistro scolarum. — Pasqualis Maripetro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Andree Marcelo comiti et Johanni Trivisano capitaneo Jadre fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Nobiles ambasatores fidelis comunitatis nostre Jadre exposuerunt, in suis statutis contineri unum capitulum, per quod clare ostenditur, ellectionem medici et magistri scolarum ad consilium ipsorum nobilium spectare, et petierunt, ut illud autentice videatur. Quocirca ad requisicionem capitum consilii x vobis mandamus, quod si nomine illorum nobilium petietur a vobis aliquod statutum sive capitularium seu ellectiones aliquas super dicta materia, illud et illas ad ipsa capita sub vestro sigillo mittere debeatis. Datum in nostro ducali palatio die ultimo maii, indictione vi. mccccLviii. Recepte octavo iunii 1458.

„Ducali e terminazioni." *II. 12., u zadar. arkivu.*

CXXXIV. 1458. 2. lipnja, u Mletcih.

Republika odgovara na molbe poslanika šibeničkih.

Capitula porecta ducali dominio per oratores Sicenses et responsiones. — Pasqualis Maripetro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Marco Zeno militi de suo mandato comiti Sibenici et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Venerunt ad nostram presentiam egregius doctor Ambrosius Michetich et sapiens vir Georgius Lignicich nobiles cives Sibenici, oratores illius fidelissime nostre communitatis, qui parte eiusdem communitatis prudenter et accurate nobis exposuerunt et porexerunt certa capitula infrascripti tenoris, quorum unicuique, ut in fine cuiuslibet videbitis, cum nostro colegio per auctoritatem traditam a nostro consilio rogatorum respondimus, quorum tenor talis est. Et primo: cum est, chel castel de Sebenico sia forte e inespugnabile, et è fatto con spesa infinita della vostra signoria, lo qual sempre è sta guarda con gran deligenza, salvo che da un tempo in qua, per esser in quello compagni da prezzo nissuno, e qual malamente pono viver, perche delle sue paghe non toccano mai un denaro, imperoche i suoi castellani ghe da pane e vini; per tanto supplicemo alla signoria vostra, se degni redur el ditto castello ala conditione di quel di Zara cusi delle provisioni o ver salario de castellani, come etiamdio del pagamento de compagni; et similiter supplicamo, sia fatto alle due torri sino al porto de Sebenico, non intendando sia inovado alcuna cosa a quelli castellani se attrovano della allo presente, ma a quelli se faranno de cetero, perche la spedition de misser Fantin Copo, che della è in offitio, in re vera non merita per lo suo bon portamento alcuna inovation al tempo suo, e cosi anco quelli altri terrecani, i quali havendo trova quella usanza, quasi le stà neccessità a segnir quelle, avengha cum ptù agiunta se ha possuto. — Respondeatur, quod cognoscentes ea, que dicunt et commemorant in facto castri predicti, procedere ab integerima fide et devotione universe illius fidelissime communitatis in dominium nostrum,

deliberavimus et volumus, quod successores presentis castellani, qui per tempora fient et ellegerentur, nihil aliqualiter dare, vendere possint sociis peditibus, qui erunt in castro, erga quos facere et observare debent illud, quod observatur per castellanos Jadre, silicet de cetero ultra libras quinquaginta, quas dictus castellanus habet in mense, habeat alios solidos viginti pro quolibet pedite in mense, qui difalcentur et subtrahantur de stipendio dictorum peditum castri, qui nullam aliam angariam habere debeant ab ipso castellano, neque solvere aliquod caput soldum, sed recipiant solutiones suas, et tractentur prout tractantur pedites castri Jadre. — Secundo. Perche altre volte per la signoria vostra fù provisto, che da parte della terra ferma delle mura de Sibenico sia fatto otto torre, e questo, perche le mure sono debolissime da quel canto, delle qual torre cadaun rector debba far una, tamen la passa più de anni orto, che non è sta fato cosa alcuna, e questo, perche li danari de quella camera è sta manda altrove per li commandamenti delle vostre signorie; per tanto supplichemo, chel datio dei molini de Sibenico, che si sol affittar ducati ottocento all' anno, sia deputado alla ditta fabrica, et che non si possa dispendere in altro fin al compimento de quelle, sotto quella pena alli rectori vostri parerà alla vostra signoria; o veramente che certi terreni vostri, dei qual parte è in terra ferma e parte in isole, delli quali se paga livelli e terratici, i qual terratici per el passado se soleva affittar più de lire mille e trecento all' anno, al presente per la sterilità de quelli non affita più de lire trecento, e alla zornata va ancor calando in modo che in breve veniremo a niente; et più stanno ancora a pericolo d'esser occupadi, per esser alcuna parte de quelli despersi infra le terre de special persone, che li rectori della signoria vostra li possa vender a termini, aciò più se possino vender, e quelli denari sotto pena ut supra non si posssa disperder in altro fin al compimento della dicta fabrica. — Respondeatur: miramur et dolemus, quod comites nostri Sibenici fieri non fecerint turres per nos ordinatas fieri super muro a parte terre singulo anno; et intendentes, quod terminatio dominii nostri in facto dictarum turrium omnino observetur, volumus et ordinamus auctoritate nostri consilii rogatorum, quod quilibet comes noster Sibenici teneatur et debeat sub pena ducatorum II centum fieri facere unam ex dictis turribus, et elargari facere coridorium, sicut in 1448, die XXIX augusti captum et deliberatum fuit. — Tertio: perche nui habbiamo dado alla illustrissima signoria vostra el nostro commun speciale oltra quello aspettava al signor dominante molto dapoi li patti nostri cum resservation, che de quelli solamente si debba pagar li salariadi nostri, come sono: medici e cancelieri, maestro di scola e certi offitiali del consegio nostro; e perche altre volte a contemplation della nostra communità de Sibenico fu exempti i soprascritti salariadi de pagar le decime instituide per la parte presa in vostri consegli; per tanto supplicemo alla eccellenza vostra, se degni deliberar le ditte decime alli predicti offitiali del nostro conseglio cusì come è sta facto alli altri salariadi, dechiarando alla signoria vostra, che tutte queste decime delli presenti offitiali ascendano l'anno manco de ducati sedese, et questo recchiede la nostra fedeltà e la promessa fatta a quella communità come appar nelli privileggi nostri. — Respondeatur: volentes in omnibus licitis et honestis complacere illi fidelissime commu-

nitati, sumus contenti postquam dicunt, quod decima, quam solvunt officiales de consilio suo, non excedit summam ducatorum sexdecim in anno, quod offitiales predicti remaneant libere absoluti ab solutione decime dictos ducatorum sexdecim in anno, sicut sunt absoluti alii salariati nostri. — Quarto: supplichemo, che la vostra serenità se degni a conceder per auctorità de quello consegio vostro de pregadi, che i cittadini de Sibenico cum le contra lettere delli vostri rettori si possino fornir per uso della terra a ogni tempo de feramenta e legname per via de Scrissa, Segna et Fiume, secondo è stà concesso a quelli de Zara. — Respondeatur: inclinati ad commoda illius fidelissime communitatis nostre, sumus contenti et eis concedimus, quod de Segnia et aliis locis possint extrahere in quatuor vicibus illam quantitatem lignaminum et aliarum rerum eis concessarum posse extrahi cum contralitteras comitis nostri Sibenici, quia si ultra quantitatem rerum predictarum eis concessam aliquid extraheretur, volumus, quod habeatur pro contrabanno, et incurrat penas contentas in parte superius capta, non possendo aliqua extrahere de civitate sub penna contrabanni. — Quare cum nostro collegio ex auctoritate predicti vobis mandamus, quatenus dictorum capitulorum responsiones ipsi communitati Sibenici observare et observari facere inviolabiliter debeatis, facientes has nostras litteras in actis cancelarie regiminis vestri ad futurorum memoriam registrari, et registratas, illi fidelissime communitati nostre restitui. Data in nostro ducali palatio die II iunii, indictione VI, MCDLVIII.

Diplom. Siben. in bibliotheca palatina Viennae. Cod. Supp. 541, p. 124.

CXXXV. God. 1458. 17. srpnja, u Mletcih.

Dalje se odgovara na druge molbe podnesene od Stjepana Testa poslanika bosanskoga.

MCCCCLVIII. die XVII mensis iulii. — Quod ad capitula porrecta per egregium virum Stephanum Testa oratorem serenissimi domini regis Bossine, respondeatur in hac forma.

Io Stefano Testa orator dela maestà del serenissimo signor re de Bossina, qui soto notero cum brevita quello, che per parte del ditto mio signor particularmente rechiedo dala illustrissima signoria vostra.

E prima reverentemente recordo a quella, che parando, che da certo tempo la vostra signoria habia habudo la Corvatia, over parte de quella, come per recommandada, che per tanto comprendando el dicto mio signor, la dicta Crovatia esser senza signor, e che Ungari pretende a voler signorezar quella, e che i non seriano boni vixini si per la signoria vostra come per lui, perche et la ditta signoria vostra et el mio signor confina con ditti luogi, et più interesso seria al dito ancor, che non seria ala signorià vostra; che per tanto per obviar ai inconvenienti potria seguir la excellentia vostra se degni, non pretendando lei ad intravegnir in dicta caxon, voler più tosto che lui, che è amicissimo et bon fradello della signoria vostra, come per experientia l'ha possudo intender per el passado nel fatto de Constantinopoli, del qual a luogo et tempo debito el ne de avixo ala vostra signoria, et item del conte de Cil, quando el

fo de Ostroviza etc. concieder al ditto, che lui se ne possi intrometter, dagandoli etiam quel degno alturio favor et conseio, che parera ad essa vostra signoria.

Ad primum, per quod dicit: illum serenissimum regem impresiam bannatus sumere velle, dicimus esse certissimos, quod ille serenissimus dominus rex, qui in rebus suis multa cum prudentia semper procedere consuevit, eam capiet deliberationem, que sui honoris et reputationis erit. Declarantes, quod de omni eius bono et prosperitate continue singulariter letati sumus et letabimur. Verum quia locus Clisii est recommendatus nostri dominii, et multum importat statui nostro in Dalmatia, et ut proprium reputamus, gratum nobis erit, quod de illo loco nihil innovetur.

Insuper dimanda el dicto mio signor dala excellentia vostra: conzosia chel se retrovi quatro luogi del ordine de san Francesco nel territorio dela signoria vostra, zoe uno in Novigrado, uno in uno scoglio de Zara, uno in uno scoio de Sibinico, et un altro in el destreto de Spalato, i qual quatro luogi sempre sono sta sotoposti al vicariado de Bossina etiam non siando re catholici, che pertanto siando el dicto suo signor re christianissimo et conzonto de vera amicitia et fraternita con la signoria vostra, et item habiando de dicta caxon opteguudo per bolle apostolice, che cussi siano sotoposti, la illustrissima signoria vostra se degni confirmar anche sie questo medemo in demonstration de amor et de bona amicitia et fraternita.

Ad secundum de quattuor monasteriis fratrum observantie sancti Francisci dicimus, quod cupientes complacere prefate regie maiestati scribimus rectoribus nostris Dalmatie, quod observent et faciant observari bullas apostolicas loquentes de dicta materia.

Item conzosia el sia sta sempre consueto, che quando la maestà del re manda per la sua specialita a comprar alcuua cossa in questa terra, el suol esser assolto da ogni dacio, imperoche non per avaritia ma per honor del ditto signor et a caxon el mundo intenda la sua integrita de vera amicitia esser aceta ala vostra signoria, che quella se degni confirmar al dicto, che non obstante, che i datii dela excellentia vostra se affitti preter consuetum, che pur el sia assolto da ogni pagamento de datio quoad personam suam.

Ad tertium de non solvendo datium pro rebus emendis pro specialitate dicti regis respondeatur, quod non existimantes impresentiarum minus amicitiam et fraternitatem sue regie maiestatis, quam semper fecimus, non dubitet serenitas sua, quod de eo, quod alias sibi complacuimus, in futurum multo largius complacebimus.

E perche per intercession de quel signor un pre Zuane attinente de miser Nicolo Testa ha opteguudo certi beneficii in Spalato per la via dela sede apostolica, et ha habudo la possession de quelli con i favori dela signoria vostra, et dapoi misser l arcivescovo habia cercado de haver dicti beneficii per un suo parente, et habia excluso el dicto pre Zuane per la via, che dechiarera el dicto ala vostra signoria, chel dicto pre Zuane per rispetto dela maesta del dicto signor re non debia esser indebitamente expulso de dicti beneficii.

Sopra tuto redugando a memoria ala signoria vostra, che corvati hano za dado Tenina ad Hungari senza conseio e sapuda dela vostra

excellenza; e cussi farano dele altre cosse, se altra provision non vien fatto sopra de zo.

Super capitulo autem beneficiorum collatorum per summum pontificem etc. ut in eo continetur, captum sit, quod auctoritate huius consilii per collegium illud capitulum videri et examinari debeat atque expediri, sicut ipsi collegio videbitur. De parte 112, de non 2, non sinceri 4.

Secreta cons. rog. XX. c. 153., u mlet. arkivu.

CXXXVI. God. 1458. 18. kolovoza, u Mletcih.

O njekom savezu, koj se imao sklopiti medju republikom i Skendrbegom.

mcccclviii. die xviii augusti. Cum ad presentiam dominii comparuerit venerabilis dominus Georgius Pelino prothonotarius et commendatarius abbatie Rotacii, orator magnifici domini Scandarbegi, et porrexerit infrascripta capitula composita inter eundem dominum et comitem ac capitaneum nostrum Scutari et provisorem Albanie, requirens et instans confirmationem eorum. Quibus diligenter examinatis, manifestum est, quod due postreme particule secundi capituli, et similiter tercium capitulum non faciunt pro dominio nostro ex omni bono respectu. Et propterea vadit pars, quod capitula ipsa confirmentur in ceteris rebus reformatis particulis predictis modo infrascripto. Et remoto tercio penitus capitulo cum infrascripta iustificatione.

Ad secundum. Dixemo che intrando nui in questa intelligentia cum el prefato signor Scandarbego, ne pare conveniente et raxonevele, che la guerra se fazzi per intranbe le parte comunamente, et una non se retrazi, et l altra proseguisca sola in essa guerra. Et quando l occorrera, che comunamente se trati o pratichi de la paxe, sia in liberta dela nostra signoria sola venir in la dita paxe, et in questo effecto sia reformato dicto capitolo.

Ad tercium. Che nui semo certi che habiando Lecha Duchayn mosso guerra ala nostra signoria et occupato per furto el loco nostro del Dagno, et persistendo tuta via actualmente in guerra con noi, el signor Turcho non ne fara far simel requisitione. Et se pur sollicitato et importunato dal dito Lecha lo facesse, non dubitemo puncto, che udite le nostre raxon et iustification remanera satisfacto. Et pero non judichemo capitolo esser neccessario, ma del tuto da esser levato via. De parte 78, de non 22, non sinceri 15.

Comiti et capitaneo Scutari et successoribus suis. Accepimus, que nobis presentavit reverendissimus pater dominus Georgius Pelinus prothonotarius apostolicus et commendatarius abbatie sancte Marie de Rothecio extra Antibarum orator magnifici domini Scandarbegi capitula inter vos et virum nobilem Franciscum Venerio provisorem nostrum Albanie ex una, et ipsum magnificum dominum Scandarbegum ex altera inita et conclusa contra Lecham Duchaynum, que capitula vidimus ultimas particulas, que ambe in eadem reformatione comprehenduntur.

Che intrando nui in questa intelligentia cum el prefato signor Scandarbego, ne pare conveniente e raxonevele che la guerra se fazi per intrambe le parte communamente, et una non se retrazi, et l altra proseguischa sola in essa guerra. Et quando l ocorrera, che comunamente se

trati o pratichi la paxe, sia in liberta dela nostra signoria sola venir ala dita paxe, et in questo effecto sia reformato dicto capitolo, et raconze dicte do particularita.

Al terzo. Veramente dixemo, che nui semo certi che habiando Lecha Duchain mosso guerra ala nostra signoria, et occupato per furto el loco nostro del Dagno, et persistendo tuta via actualmente in guerra cum nui, el signor Turcho non ne fara far simel requisitione; et se pur sollicitato et importunato da Lecha lo fazesse, non dubitemo ponto, che udite le nostre raxon e iustification remanera satisfacto. Et pero non iudichemo questo capitolo esser necessario, ma del tuto da esser levato via.

Cetera autem capitula, prout iacent, admisimus et confirmavimus, que vobis mittimus presentibus introclusa, volentes et vobis mandantes, ut cum prefato magnifico domino Scandarbego praticare et vos intelligere debeatis, ut capitula ipsa reaptentur, et reformentur modo suprascripto, de qua re si contentus fueris, fieri facite scripturas opportunas, observando et observari in omnem eventum faciendo, quantum simul conveneritis, modo sit in forma superius expressa. Et quantum exegeritis, nobis scribite.

Capitula, de quibus supra, immediate secuntur.

El magnifico signor Scandarbey e venuto a pratica et composition con noi Benedeto Soranzo conte el capetanio de Scutari, et Francesco Venier provedador in Albania presente el spectabile miser Luca Contarini provedador de Alexio, contra et adverso Lecha Duchayn inimico de la illustrissima signoria de Veniexia cum i muodi et condicion et capitoli sotoscripti.

Prima el dito magnifico signor Scandarbey die et promete con tute soe forze et con ogni suo ingegno con bon effeto et realmente far guerra al dito Lecha si insieme con le gente de la illustrissima signoria predicta come da per si, come meglio et con quella plui utilita, che sera per intrambe le parte cognosudo et deliberado fina ala total destrucion del dito Lecha Duchain. Et perche el se die creder et sperar, chel dito Lecha sera chazato, et che nui aquisteremo el paexe che lui tien o tegnisse, in questo caso aquistando parte o tuto, prima i rogami tuti et quello tien o tignera la illustrissima signoria, el resto veramente se die partir de mitade fra la dita illustrissima signoria se debia computar ne la parte, che a quella tochera.

Secundo sel signor Polo Duchain non avra tolta l impresa, o alguna cossa contra el dito magnifico signor Scandarbei, el dito magnifico signor Scandarbei non e tenuto far al dito signor Polo alguna guerra. Se veramente el dito signor Polo fara per favor del fiol, over altri alguna cossa contra el dito magnifico signor Scandarbei, da poi tolta questa impresa, el dito signor Scandarbei die farli quella instessa guerra che Alecha con ogni suo poder, si insieme con la gente dela illustrissima signoria chome da per si per plui bene de l impresa per le dite parte sera conseiado; dechiarando, che sel dito signor Polo dara algun favor over socorso de gente, victualie over altre cosse al dito Lecha, in questi casi over in simili el se intendi, chel dito signor Polo habi fato contra el dito signor Scandarbei. Et simelmente sel dito signor Polo dara recepto nel suo paexe al dito Lecha et robe soe, et

altre sue gente, et robe de quelli. Ma sel dito signor Polo fesse guerra over arsalto nel paese de la illustrissima signoria over a suo zente, dove non fosse el dito magnifico Scandarbei o suo gente, in questo caso el dito magnifico signor Scandarbei farli guerra come de sopra e dito; et in caso chel se vegni a guerra insieme con el dito signor Polo, quello se aquistera di quello el tignera, se de prima dar ala illustrissima signoria tuto quello fosse iuridition del Dagno e del Sato, segondo tegniva Tanus Ducain el grando el Lecha Zacharia, el resto se die dar a uno over plui de i fioli del dito signor Polo, non intendando per algun modo Lecha sorascripto. Ma in caso chel dito magnifico signor Scandarbei volesse haver del dito aquisto o tuto o parte over oltra quello che specificadamente die haver la illustrissima signoria, in quella volta se die partir tuto per mita fra le parte. Dechiarando, che la parte confinante con la signoria debbi aspetar a quella.

Item nui prometemo al dito magnifico signor Scandarbei, che ben chel Turco mandasse a dire, che non fassemo guerra al soprascrito Lecha Duchain, over ne manazasse, over mostrasse voler farne contra, che per questo nui non resteremo far guerra al dito Lecha, salvo de volonta de tute do le parte, et cussi a lincontro el dito magnifico signor Scandarbei ne promete de fare.

El dito magnifico signor Scandarbei die commenzar la guerra subito venuta la confermation de questa composition et acordio de la illustrissima signoria de Veniexia. Et se in questo mezo Lecha Duchain soprascrito over el signor Polo et i soi conduxesse Turchi contra de la illustrissima signoria, el dito magnifico Scandarbei se obliga contra i diti vegnir con le soe forze a i favori de la dicta illustrissima signoria.

Promete luna parte a laltra, et laltra a luna observar tute le cosse soprascrite realmente et dretamente senza algun ingano et senza alguna arte con dreto et sincero animo et bona volunta.

Se veramente fata questa composition et concordio el dicto magnifico signor Scandarbei havesse modo de retrar el sopradito Lecha Ducain dala obedientia et devotion del Turcho, si che cum verita da i Turchi el non havesse ni podesse haver socorso, over favor alguno si in dito come in fato, in quella volta possa el dito magnifico signor Scandarbei, se cussi li parera, trarse dala impresa et lassar, che nui soli con Lecha et Polo fazamo la guerra, prometando fin da mo lui magnifico signor Scandarbei non dar algun socorso ne favor palexe over secretamente per algun modo ali diti Polo et Lecha ne ad algun de i soi.

Se veramente i diti signor Polo et Lecha insieme volesse vegnir a paxe, over cadaun de loro da per si, e contenti una parte et laltra vegnir a quella pace, che per tute do le parte sera deliberada et conseiada.

Senato Mar. vol. VI. c. 83., u mlet. arkivu.

CXXXVII. God. 1458. 11. rujna, u Mletcih.

Pruža se pripomoć pogorielu Šibeniku.

MCCCCLVIII. die XI septembris. Non solum compatiendum pauperibus et calamitosis subditis fidelissimis nostris, populo et hominibus Sibenici, quorum domus, supellectilia et omnis penitus substantia igne consumpte

sunt, sed etiam conservationi illius civitatis nostre adeo importantis, et de statu nostro optime merite, invigilandum et providendum est, nam si provisiones a nostra clementia et in subditos aliqua infelicitate affectos mansuetudine procedere consuete defuerint, deseretur illa civitas, neque amplius restaurabitur cum notabili damno nostro; propterea vadit pars, quod oratoribus illius fidelissime comunitatis, qui pro implorando subsidium ad eorum victum et plebem in civitate retinendam venerunt ad presentiam dominii nostri, dari debeant tabule x. m., travatoli 2000, barilia xvi clavorum cuiuslibet sortis, qui mittantur ad manus comitis nostri illius civitatis, dividendo per ipsum inter illos cives pro fabricatione domorum suarum. Item dari debeant staria mille ex frumento nostri dominii, quod est in officio provisorum nostrorum super bladis, dividendum per ipsum comitem inter familias secundum numerum buccarum et earum necessitatum. Et scribatur, ac mandetur comiti predicto, quod tam de lignaminibus et clavis ac frumento predictis teneri faciat bonum et ordinatum computum, ita ut semper rationes talis administrationis videri possint.

Et quoniam pro habendis huiusmodi rebus denariis opus est, ordinetur, quod collegium habeat libertatem mittendi lignamina predicta tam de Segna quam de hac civitate, sicut utilius fuerit pro nostro dominio, et denarios accipiendi pro omnibus dictis rebus de quocumque loco et officio, et per omnem alium modum, unde et sicut melius et citius fieri poterit. De parte 139, de non 1, non sinceri 1.

Senato Mar. vol. VI. c. 86. t., u mlet. arkivu.

CXXXVIII. God. 1458. 3. studena, u Mletcih.

Odgovara se na molbe pažkoga poslanika.

mcccclviii. die tercio novembris. Quod ad capitula porrecta per . . . oratorem fidelis comunitatis nostre Pagi respondeatur et primo, ad primum huius tenoris.

Serenissimo principo et excellentissima signoria, per parte dala vostra fedelissima comunita de Pago notificho ala signoria vostra, chome quando quella have el luogo de Pago trovo, che la trata del sal iera a ducati zinque per cento de moza per cadauno luogo, e quella camera scodeva da xii in xiiii mille ducati a lanno, e questo perche molte contrade volevano del sal de quel luogo chome e Narenta, Apruzo, la Marcha, Romagna et la rivera di terra ferma da Fiume fino ad Obrovaz, che sono mia 130 de Riviera. E la signoria vostra, pensando haver piu intrada, fesse piusor mutacion de le trate, acrescendo quelle per muodo, che quasi tute le dicte contrade sono desviade da quella camera, et vano per li sali altrove, per muodo che la camera al presente rende da 4 in 5 mille ducati, la qual cossa e con gran danno dela signoria vostra e desfacion et ruina de quelli vostri fedelissimi servidori. Unde fi supplicado, che la signoria vostra se degni de proveder sopra de zo, azo che li predicti desviadi dala vostra camera possano a quella retornar. Recordando ala signoria vostra, che voiando ben proveder, la neccessaria cossa far le sotoscripte provision. Et primo renovar lo comandamento uxado a Corzola, che non lassino passar sali de Puia in Narenta ne altri sal forestieri.

Responsio. Quod fiat ut petitur cum hoc, quod si fortasse reperiretur ob hoc aliquod contrabannum salis, tractum ipsius salis teneri debeat per ipsum comitem Curzole ad requisitionem nostri dominii, nec de ipso quicquam facere debeat sine expressa licentia nostri dominii.

Et quia opus est pro tollendis inconvenientiis, que de facili oriri possent ob negotium huiusmodi salis, venire ad aliquam compositionem cum serenissimo domino rege Ferdinando, ex nunc captum sit, quod factum eiusmodi salis ponatur in commissione oratorum nostrorum iturorum ad maiestatem suam.

Ad secundum. Per Abruzo e de necessita tminuir la trata de ducati 10 in 5. E quello che torra quelle contrade sara avanzado, che altramente quelle non se puo far retornar.

Responsio. Quod nobis minime videtur in hoc sibi complacere posse.

Ad tercium. Renovar el bando per la Marcha et Romagna, chel non possi vegnir sali de Puia, comandando ale vostre barche armade de la Marcha et ala galia del Quarner la guardia sopra de zo.

Responsio. Quod fiat ut petitur.

Ad quartum. Per la riviera dela Montagna, zoe terra ferma, novamente la signoria vostra de ducati 20 in 32 havea cresudo li dacii, per la qual cossa la mazor parte de li Morlachi comenzando da Sclysa et Segna fina a Fiume hano tolto la via per Istria a tuor sali, perche quelli non sono datiadi, et a volerli far retornar ali sali nostri, li quali portamo per la riviera ali porti loro, le de necessita tornar el datio a ducati xx, chome era per avanti et etiam datiar li sali de Istria, che siano pari. o veramente poner qualche gabella su quel de Raspurch a quelli, che vieno de verso Fiume et Segna per sali in Istria, azo che non habiano cason de vegnir.

Responsio. Quod non videtur nobis super hoc aliquid innovare, sed servetur, quod hactenus servatum est.

Ad quintum. Comandate alo capetanio dela galia del Quarnaro, che non lassi passar per mar de Istria verso Segna, perche gran parte de quelli sali conduxeno quei Morlachi per mar de l Istria ale riviere de Fiume et Segna, e segondo li ordeni vostri, sal de Istria per mar non po navegar.

Responsio. Quod fiat ut petitur.

Ad sextum. Da Scrissa verso sirocho fina Obrovazo la signoria vostra, che sono mia 50, ha devedado, et questo perche el fo dado ad intender, che quelli Morlachi andariano a Zara, e che la signoria vostra haveria mazor utile, per esser la chamera vostra de sal a Zara, e se ben questo fosse sta vero, la qual cossa non e che per avanzar questa signoria alguna cossa, non doveva ne doveria tuor a noi el nostro viver, el nostro trafego sempre usado, perche el saria grande iniusticia, dove che le el contrario de quel che fo da intender ala vostra signoria, chome e vero per tal devedo, quella camera de Pago e de pezo de ducati 2 in 3 mille a lanno, chome tuto questo se puol mostrar per i libri de le chamere, e quella de Zara non avanza ducati 200, che e gran danno vostro et desfacion deli predicti vostri servidori. Notificando ala vostra signoria, che a mala pena semo al presente la mitade de quelli che ierano, quando la signoria vostra have quel luogo. E tuto questo e intravegnudo per haver

perso i trafegi et viver nostro. E se la signoria vostra non fosse pienamente chiara sopra alguna dele predicte cosse, la pora commetter ali soi sindici, che vignera a quelle parte, che de tuto se debia informar, et pienamente examinar le cosse predicte, azo che la signoria vostra possa proveder sopra de zo maturamente.

Responsio. Quod non habentes super re ista illam informationem, quam vellemus, dabimus in mandatis sindicis nostris ad illas partes venturis, quod materia ipsa diligenter examinata et plene intellecta nostro dominio significent omnes illas provisiones, que sibi utiles pro nostro dominio videbuntur, et pro ipsis fidelibus nostris, ut convenientius debiteque circa eiusmodi materiam salis provideri possit.

Preterea, cum idem orator instantissime supplicaverit per dominium nostrum confirmari quedam sua statuta criminalia capta in suo consilio Pagi, respondeatur, quod huiusmodi materiam prefatorum capitulorum etiam committemus suprascriptis sindicis nostris, quibus super ea plenissimam dabimus libertatem faciendi quicquid sibi secundum deum et iustitiam faciendum videbitur. Et ex nunc captum sit, quod dicta materia statutorum committatur dictis sindicis. De parte 82, de non 1, non sinceri 4.

Senato. Mar. vol. VI. c. 97. t., u mlet. arkivu.

CXXXIX. God. 1459. 19. veljače, u Skadru.

Mir sklopljen medju republikom mletačkom i medj Lekom Dukajinom i braćom.

1458. 19 februarii. Pax cum magnifico domino Lecha Duchaino et fratribus conclusa in Scutaro per nobiles viros Benedictum Superantio comitem et capitaneum Scutari et Lucam Contareno provisorem Alexii, et Cresium de Molino potestatem Drivasti.

In Christi nomine amen. I magnifici et generosi misser Benedeto Soranzo conte e capitanio de Scutari, misser Luca Contarini provedador de Alexio et misser Cresi de Molin podesta de Drivasto in execution de le lettere ducal a lor dirizzade et date adi xx novembris del MCCCCLVIII per nome de la illustrissima dogal signoria de Veniexia da una parte, et el magnifico signor Lecha Duchain et fradeli de l altra parte sono venudi a bona et concluxiva paxe cum li modi et condition annotadi in capitoli infrascripti.

Prima la illustrissima signoria de Veniexia remete al dicto signor Lecha e fradelli ogni inzuria, offexa facta ad essa illustrissima signoria, et quelli accepta per sui cari fiolli et amixi carissimi.

Item chel dicto signor Lecha Duchain debia dar e consignar al prefato misser lo conte e capitanio de Scutari over suo commesso per nome de la prefata illustrissima signoria la Rogamema cum tute le ville, raxon, iurisdiction, pertinentie et confini et territorio del luogo del Dagno etc.

Item chel dicto signor Lecha Duchain debia consignar ut supra el castello de Satti cum el monte et pertinentie soe; et azo dal dicto segnor Lecha e fradeli sia intexo, che mai per algun tempo per el dicto castello alcuna differentia over scandalo gi possa advegnir, fina da mo i dicti

rectori per nome de la prelibata illustrissima signoria sono contenti, el dicto castelle sia ruinado et splanado segondo el comandamento de la prefata illustrissima signoria cum questo, chel dicto signor Lecha et fradelli ne altre persone non possa quello castello più rehedificar ne habitar sopra esso monte senza licentia de la prelibata illustrissima signoria de Veniexia.

Item azo chel dicto Lecha Duchain per vera experientia intenda e cognosca, che la prefata illustrissima signoria de Veniexia quello haver per bon fiol, quella signoria e contenta e i prelibati magnifici rectori per nome de essa sono contenti e cussi prometeno, che oltra le ville, che lui tien ultra el monte del Satti, da la prefata illustrissima signoria lui habia et recognosca in feudo per si e soi heredi et successori le ville infrascritte, le qual sono ala costa del monte de Satti e de qua da esso monte, zioe la villa Palazo, Aimelli, Piera rossa, Scaramani, san Martim, Fontanella, Chimechichi, Lausi, Cragliano, Fista, Iermixi, Caxeglini et Stefan Progoni. La villa veramente de Itrossani, perche le passo, el dicto segnor Lecha debia consegnar al prefato misser lo conte e capitanio de Scutari over a suo commesso per nome de la dicta illustrissima signoria de Veniexia.

Item chel dicto segnor Lecha Duchain in el pian del Satti, zioe la Xadrima, la villa de Chotari, de Idarzi e la villa de i Crutti ultra el fiume del Jadro habia in pheudo ut supra cum questa condition, che per recognition de le chosse predicte el dicto segnor Lecha cum soi heredi et successori sian tegnudi a dar e far comignar ogni anno in la festa de san Marcho del mexe de avril al predicto messer lo conte et capitanio de Scutari et successori soi uno dopier de cerra de pexo l. x, el qual misser lo coate e capitanio e suoi successori quello sian tegnudi de mandar ala prefana illustrissima signoria de Veniexia.

Item chel predicto segnor Lecha Duchain e fradeli cum tuti lor subditi siano tegnudi a tuor sal da le camere e lugi de la prefata illustrissima signoria de Veniexia e non da altre camere ne lugi per alcun modo.

Item che se alcuni rebelli de la prefata illustrissima signoria de Veniexia se reduxe ali luogi del prefato segnor Lecha e fradelli, che quelli ad ogni requisition de i rectori de la prelibata illustrissima signoria diebiano esser piadi et mandadi per esso signor Lecha et fradeli a le man de i rectori de essa prefata illustrissima signoria, e questo me lemo per essi rectori debia esser facto et observado verso esso segnor Lecha et fradelli, se alcnn rebello suo a le terre et luogi de la prefata illustrissima signoria capitasse over advenisse.

Item chel segnor Draga Duchain el se intenda esser incluxo in questa paxe cum ogni ville e lugi, possession et beni sui, recomendado alla prefata illustrissima signoria de Veniexia.

Item promete una parte a l'altra e l altra a l una de observar et far observar quanto de sopra he scripto bona fide et sine fraude.

Et per confirmation de le cosse predicte una parte et l altra cum suo sigillo ha sigillado i capitoli soprascripti per confirmation de quelli. In Scutari die XVIIII februarii MCCCCLVIII indictione sexta.

Commemoriali XV. c. 60., u mlet. arkivu.

CXXXX. God. 1459. 22. veljače, u Mletcih.

Mletčani odsudjuju poslanika dubrovačkoga na izplatu škoda nanesenih od dubrovačkih podanika mletačkomu plemiću.

1458. 22 februarii. — Venit ad presentiam nostram orator Raguseorum ad respondendum petitioni Pasqualis Gradonici in facto damni ei illati a subditis Raguseis. Pasqualis suam petitionem testibus comprobavit, orator minime. Oportet huic causae finem imponere. Dicatur oratori Raguseo. „quod iustum et conveniens nobis videtur et ita requirimus, quod eius comunitas det predicto ser Pasquali ducatos mille infra terminum mensium sex proxime futurorum. + 33" (non capta).

Quod dicta comunitas ei det ducatos MV centum ad terminum sex mensium ut supra. + 71 (capta).

Senato Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

CXXXXI. God. 1459. 12. ožujka, u Budimu.

Kralj ugarski Matija potvrdjuje Dubrovčanom povlastice podieljene jim od njegova predšastnika kralja Ladislava.

Mathias dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croatie etc. facit manifestum, quod ad suam praesentiam comparuerunt „Jacobus Marini de Gondola miles ac Franciscus de Benesija et Paulus de Pocza cives civitatis nostre Ragusiensis, oratores scilicet et nuncii solemnes", et quod ei presentaverunt literas privilegiales regis Ladislavi, rogantes eum, quod ipsas approbare vellit. Mathias ipsas libenter confirmat: „Nam civitas ipsa Ragusiensis cristiane libertati pro portu habetur. Ipsa captivorum e manibus Turcorum nephandissimorum liberatorum profugia suscipit, et donatos remuneratosque patrie condonat. Ipsa tanquam scutum confiniorum regni nostri Dalmatie sacre corone nostre emulorum insultibus est, et in illa parte aliis fidelibus nostris pro muro habetur. Ipsa nunquam visa est deviare, sed sinceram fidelitatem pro se ferens, aliis bono exemplo semper fuit etc.

Datum Bude per manus venerabilis viri domini Nicolai Bodo prepositi ecclesie Albensis, nostre maiestatis vicecancellarii, duodecima die mensis martii anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono. Venerabilibus . . . Jacobo Ragusiensi archiepiscopo . . . Paulo Bosnensi . . . Thoma Zekel de Zenthgerorgh priore Aurane . . . Petro de Zob ac Paulo Horwath de Spyranotirith regnorum nostrorum Dalmacie et Croatie etc.

Originale pergamenum in archivio secreto Viennae.

CXXXXII. God. 1459. 12. ožujka, u Budimu.

Dubrovčani po svojih poslanicih u Budimu izplaćuju danak ugarsko-hrvatskoj kruni.

Matthias rex Hungariae etc. confitetur, quod oratores et nunci „communitatis nostre civitatis Ragusiensis, Jacobus Marini de Gondola miles, Franciscus de Benesija, Paulus de Poza", qui venerunt ad presentiam

suam „ratione et pretextu annui census nobis et fisco nostro regio provenire soliti“ exbursaverunt in suo regio fisco summam florenorum auri 2500 titulo contributi pro quinque annis proxime elapsis, id est ab anno 1454 mense marcio usque annum presentem.

Datum Bude mensis martii die duodecima, anno domini millesimo quadrigentesimo quinquagesimo nono.

Originale pergamenum in archivio secreto Viennae.

CXXXXIII. God. 1459. 8. svibnja, u Venusiji.

Ferdinand kralj Sicilije, Jerusolima i Ugarske podieljuje njeke povlastice Dubrovčanom.

Ferdinandus Siciliae, Jerusalem et Hungariae rex declarat, venisse ad suam praesentiam ambasciatores civitatis ragusiensis Junius de Gradis et Paladinus de Gondola, rogantes, ut eis concederet sequentia privilegio:

„Che li mercatanti et habitatori dela dicta cita de Ragusi, che vengono ale fiere o mercati in lo dicto reame de Sicilia, non siano tenuti pagare cosa alcuna ultra quello, che pagano in li tempi dele fiere o mercati quindici dy poy fornita la dicta fiera o mercato, si per mal tempo li dicti dì seranno impaczati de non poter partire dela cita o terra dela fiera o mercato havessero comperato, et volessero le caczare fora lo dicto regno. Ma per quelle in li dicti tempi siano franchi, come in li tempi, che dura la fiera o mercato che se facessero. Placet etc.“

„Che le robbe et mercantie, che li dicti mercanti o habitatori di Ragusi portassero ad altre parti che al lochi marittimi, si debbiano appreczare per lo dohanero de la cita o terra, dove sarranno in porto. Et si de lo dicto appreczo non si contentaranno, intervenga ad appreczarle insieme collo dicto dohanero lo maestro portulano dela maesta del signor re, et secondo lo appreczo et extima de quelloro, siano tenuti pagare li dicti mercanti overo dare la pregiaria da pagare quello se dovesse ala regia corte per rasone dela infundicatura dele dicte robbe, o per altre rasone, che spectassero ala regia corte secondo si accustuma in lo dicto reame. Placet.

„Che li barcusi de Ragusei, che vengono in lo ditto regno, non siano tenuti pagar altro, che uno arboragio. Placet.

„Che li consoli de Ragusei habiano quella potestate, auctoritate et jurisdictione, che hanno li consoli delle altre nationi in ipso regno“; et si quis se opponeret, consules recurrant „al maestro Portalano dela provincia“, cui spectet jus causam definiendi et terminandi. Placet.

„Che i mercanti Ragusei, che vengono alla fiera de Trani, tenuti a portar le robbe ali magazeni delo episcopato de Trani, convenero col episcopo pagargli all' anno onzie tre per loghera et rasone deli dicti magazeni, che non siano quindi tenuti portarle più ivi; ma perche l' episcopo li molesta a pagare le dicte tre onzie, et cerca pur che portino le robbe ai magazeni, e pagheno per quelle la loghera, che sia deciso, o che abbiasi o pagar le onzie tre senza postar la robba, o portarla e pagar le loghere solite e non altro. Placet.

Quod mercatores non sint obligati „pagare rasone de tracta et de panatica simul, ma solum la una o tracta o panatica, per la panatica o biscotto che caczassero delo dicto reame per usu deli marinari de loro navi. Placet.

Quod naves sue maiestatis, venientes Ragusium, non solvant aliquid consuli suo pro victualibus ibi venditis. Placet.

Quod Ragusei tractentur „in lo dicto regno dele grassie et victuvaglie, che caczassero fora lo reame predicto, sicomo Venetiani. Placet regie maiestati de carnibus salitis tantum"; in reliquo secundum consuetudinem.

Quod Ragusei possint in regno Siciliae „portare arme de nocte sença pena quando partissero delo loco, dove se trovassero, per andare ali barcusi, e da questi andando nella città. Placet „eundo per viam rectam et sine scandalo.

Quod Ragusei, habentes bona in regno, solvant pro ipsis sicut alii subditi, sed sint etiam tractati sicut cives et non alienigenae. Placet, quod tractentur iuxta consuetudinem.

In fine rex iubet suis locumtenentibus in regno, omnia suprascripta observare sub pena ducatorum auri 2000.

„Datum in civitate Venusii . . . die octavo mensis may VII. indictione anno a nativitate domini MCCCCLVIIII. regnorum nostrorum anno secundo. Rex Ferdinandus."

Originale pergamenum in archivio secreto Viennae.

CXXXXIV. God. 1459. 15. svibnja, kod rieke Aufido.

Ferdinand sicilijanski kralj dozvoljuje Dubrovčanom pozvati pred sud svoga konsula u Siciliji ondešnje podanike svoje dužnike.

Ferdinandus Siciliae etc. rex notum facit omnibus officialibus sui regni recepisse ab oratoribus Raguseis Giunio de Gradis et Paladino de Gondola sequentem supplicationem, quam ipse approbat, et vult, quod in totum exequatur.

„La infrascripta gracia si supplica al serenissimo et potentissimo signore don Ferrando re de Sicilia, Hierusalem et Hungaria per li magnifici et nobili Junio de Grandis cavaleri et Paladino de Gondola ambaxatori dela inclita et magnifica cita de Ragusi, zoe, che li dicti ambaxatori supplicano elo dicto serenissimo signore re, che conciosia cosa che la dicta cita de Ragusi sia multo mercatantevole, et li mercatanti et traficatori de quella spesse fiate piglieno robbe et denari da li citatini et habitatori de la dicta cita de Ragusi et sua força et districto, et multe volte rompono et fugino con quelle tanto in lo dicto regno di Sicilia quanto in altre provincie et parte, sua maestas si degne de gracia concederli, che quelli, che fugissero in lo dicto regno con denari o robbe de citatini, incole et habitatori de la dicta cita di Ragusi et sua força et districto si possano constringere et convenire in lo dicto regno per li loro creditori denanti lo consule de Ragusei, che per li tempi sera in lo dicto regno, non obstante salvoconducto, guidatico, assecuramento, privilegii, lettere, recripti et qualunque altra provisione contraria al presente, che li dicti debitori impetrant, overo da impetrarse in futurum,

ali quali sua maestà si degne de sua certa sciencia per la presente expresse derogare. Placet regie maiestati."

Rex in fine communicat hanc suam concessionem Raguseis factam filio suo primogenito Alfonso Aragoniae duci Calabriae locumtenenti generali in regno Siciliae, et iterum iubet officialibus regni eam exequi sub paena suae indignationis et ducatorum mille.

„Datum in nostris felicibus castris apud flumen Aufidi . . . die XV. may, VII. indictionis, anno a nativitate domini MCCCCLVIIII. regnorum nostrorum anno secundo. Rex Ferdinandus m. p."

Originale pergamenum in archivio secreto Viennae.

CXXXXV. God. 1459. 25. svibnja, u Mletcih.

Riešeno, da svaki predlog, koj bi se stavio u hvarskom viecu proti obstojećim povlasticam, nevriedi.

1469. 25 maii, Venetiis Pasqualis Maripetro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Marco Barbaro de suo mandato comiti Lesine et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Comparuit coram nobis et capitibus consilii nostri X prudens fidelis noster Michael Nicolais quondam Catarini de Lesina orator illius fidelissime comunitatis nostre, supplicavitque nobis, ut partem nostram captam in consilio nostro X die 27 iunii 1444 vobis pro ipsius observatione mitteremus; cuius honeste supplicationi inclinantes, eam vobis mittimus his inclusam. Tenor autem ipsius per omnia sequitur et est talis, videlicet: quod omnes partes posite tam de rectoribus quam de quacumque alia re contra pacta, privilegia vel concessiones per nos subditis nostris factas, sint revocate et pro revocatis habeantur in totum: et propterea ordinetur et statuatur, quod de cetero poni non possit quidquid contra pacta, promissiones vel privilegia, que et quas subditi nostri a nobis habent, et si ponerentur, non valeant nec teneant, nisi positum sit per quatuor consiliarios et duo capita de XL ad minus et captum per tres partes consilii; et si quis contrafecerit, cadat de ducatis mille, et banniatur de maiori consilio, et privetur omnibus officiis et beneficiis per quinque annos, et non possit presens pars revocari, suspendi vel aliter ullo modo poni, nec contrafacientibus fieri gratia, donum, remissio vel aliqua compensatio sub eadem pena, et sic procedatur de pena in penam usque in infinitum; et comittentur haec inquirenda et pene exigende a capitibus huius consilii. Quare auctoritate huius consilii mandamus vobis, quatenus suprascriptam partem et contenta in ea observetis et observari facere inviolabiliter debeatis, facientes has nostras in actis cancellarie vestre ad successorum memoriam registrari; intelligendo tamen de pactis, promissionibus vel privilegiis indultis tempore, quo dominium illius civitatis nostre adepti fuimus, que omnia observari intendimus. Data in nostro ducali palatio die 25 maii, indictione VII, 1459.

E libello „Stampa nobili e popolo di Lesina" p. 18, u zadar. arkivu.

CXXXXVI. God. 1459. 4. lipnja, u Lesu.

Skenderbeg izručuje mletačkoj vlasti grad Sati, koga je oteo bio Turčinu.

1459. 4 iunii. Copia relaxationis terre Sati facte per magnificum Scandarbegum opera et interventu spectabilis domini Laurentii Mauro capitanei culfi.

L' anno de la incarnation de Christo MCCCCLVIIII. ai 4 del mexe de zugno in el castello de Alexio el honorando misser Lorenzo Moro capitanio del colfo, ambassador de la illustrissima signoria de Veniexia a mi Scandarbego per lo avixo dado per i rettori de l Albania ala prelibata illustrissima signoria de Veniexia, che mi ho tolto la terra del Satti de le man de la ditta illustrissima signoria de Veniexia, el qual me posto cussi fatto comandamento de la prefata illustrissima signoria de Veniexia, che habiando fatto cussi, el debbia render la ditta terra del Sati ne le man de la prefata illustrissima signoria de Veniexia al conte de Scutari. E questo non siando el vero, che mi l habia tolto de le man de la illustrissima signoria de Veniexia, ma l ho tolto de le man de lo inimigo de Christo et mio, niente de mancho per esser obediente alla illustrissima signoria de Veniexia, e non voiando irisir de niun dei suo commandamenti de essa illustrissima signoria de Veniexia, e cussi a commandamento de quella illustrissima signoria de Veniexia o dado el castello e la terra de Sati al prefato conte de Scutari presente el predicto misser Lorenzo Moro capitanio del colfo prelibato. E per quelle ville io ho tolto de le man de l inimigo de Christo et mio, che mi le tegno in le man per fin ch'io manda da la prefata signoria illustrissima de Veniexia, che la me faza raxon de queste, se le sera mie, siando la volunta de quella illustrissima signoria de Veniexia, che me le debia lassar, e sel ge sera in piaxer de tuorle, che le toglia. E per piu chiareza de questo ho dado la mia fede al prefato misser lo capitanio del colfo, che questo sera fermo et rato. Et mettessemo el nostro solito sigillo a confermation de le snprascripte cosse.

Commemoriali XV. c. 62., u mlet. arkivu.

CXXXXVII. God. 1459. 17. kolovoza, u Mletcih.

Republika zapovieda knezu hvarskomu, neka obslužuje pogodbe i povlastice podieljene onomu gradu već od kada se njoj podložio.

Pascalis Malipetro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Marco Barbaro de suo mandato comiti Lesine et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Scripsimus vobis auctoritate consilii nostri decem, quod deberetis observare partem consilii decem, qua revocat omnia, que facta sunt contra pacta, privilegia et concessiones per nos subditis nostris factas; et quia in illa parte additum est, intelligendo de pactis, promissionibus et privilegiis indultis tempore, quo dominium illius civitatis acquisivimus, rescripsistis nostro dominio, nobiles civitatis asserere, omnia privilegia popularium esse incisa; et populum e contra conqueri, suas concessiones non esse incisas, quoniam non demeruerunt, imo fideliores sunt nostro dominio quam unquam; ex

quo cum scandalum subortum esset, vestra prudentia sedastis, et noluistis eos ad nos venire propter istam causam; quo circa laudantes modum, quem servastis, respondemus vobis cum nostro consilio decem, quod nostra intentio, forma et dispositio est servare comunitati Lesine illa pacta, concessiones et privilegia, que sibi concessa fuerunt, quando prima vice ad nostram obbedientiam devenerunt, quia illa sunt, que revocari nollumus, nisi per stricturam ordinis consilii nostri decem. Item etiam volumus, quod omnes promissiones et concessiones, quas quocumque modo fecimus illi comunitati post suprascriptas primas, in eo videlicet, quod non contradixit primis concessionibus et promissionibus, quas vos debeatis similiter observare et observari facere in eo, quod ad vos spectat, quousque aliud vobis specialiter mandabitur, quoniam de his ultimis concessionibus factis post primas, quando prima vice ad obbedientiam devenerunt, nos reservavimus nobis arbitrium addendi, minuendi et corrigendi sic et quando nobis videbitur. Data in nostro ducali palatio die 17 augusti, indictione VII, 1459.

E libello „Stampa nobili e popolo di Lesina" p. 22., u zadar. arkivu.

CXXXXVIII. God. 1459. 27. rujna, u Mletcih.

Oduzimlje se povlast senjskim knezom, da mogu iz Markije dovesti vina u svoje zemlje po volji.

MCCCCLVIIII. die XXVII. septembris. Concessum alias fuit comiti Segne, quod de partibus Marchie posset conduci Segnam caratelli mille vini, et successive per partem captam in hoc consilio sub die XXVII octobris 1422 deliberatum et concessum fuit dicto comiti, quod posset cum navigiis Venetie conduci facere ad terras dicti comitis de partibus Marchie omnem quantitatem vini pro eius terris necessariam. Et clarissimum sit, quod tales concessiones maximum afferunt nobis damnum. Et sit providendum, quod tanto honestius fieri potest, quanto dicta concessio loquitur, quod facta sit comiti tunc vigenti, qui nunc defunctus est.

Vadit pars, quod dicte concessiones revocentur in totum. Et si comites Segne vina habere volunt de Marchia, huc pro eis mittant. De parte 105, de non 4, non sinceri 3.

Senato Mar. vol. VI. c. 141 t., u mlet. arkivu.

CIL. God. 1459. 10. listopada, u Mletcih.

Zabranjeno i Riečanom kao i Senjanon dovažati vino, a tim veće ulje, iz Markije.

1459. X octobris. Quod prohibitio, que facta fuit non conducendi vina de Marchia Segnam, intelligatur et sit etiam pro Flumine, ad quem locum dicta non possint conduci, quum sub cohoperta vini conducitur oleum in maximum damnum introituum nostrorum. Et si volent vina de Marchia, huc pro eis mittant, sicut de Segna provisum est. + 120 — 4 — 3.

Secreta cons. rog. vol. XX., u mlet. arkivu.

CL. God. 1459. 5. studena, u Kninu.

O pravu nasljedstva u Hrvatskoj.

Pro ser Simone et ser Marcho de Nosdrogna. Magnifice domine amice noster. Ad requisitionem eiusdem vestre magnificencie nobis littoritorie factam in facto et consuetudine huius regni Crovatie in possessionibus videlicet hereditariis, eviticiis et acquisitis, vestre magnificencie certificamus, easdem consuetudines vobis notificamus, qualiter descendunt hereditaria et patrimonialia nobilium crobatorum, quod omnes possessiones omnium nobilium duodecim generationum regni Crovatie descendunt in prolem masculinam germanis propinquis de eorum prole descendentium de uno in aliud, que possessiones dictorum nobilium non sunt alienande extraneis in eorum preiudicio, neque pro anima testare neque legare ultra tres gognaios: de possessionibus vero evititiis et acquisitis per antecessores nobilium sive per predecessores eorum pro ut est descriptum et postmodum relicte eorum heredum, ipse possessiones transire debent per omnes descendentes ab illo a quo ipsa bona fuerunt acquisita simili modo et conditione pro ut alia bona patrimonialia antiqua transeunt de prole in prole, ut suprascriptum est. Item de possessionibus evictis et acquisitis, quod si aliquis nobilis evicisset seu acquisivisset suo solo evictu et acquisitu, ipse nobilis habet libertatem, ipsa bona, per ipsum evicta et acquisita, alienare, eo quia ea, que solus acquisivit, solus distribuere potest. Feminina autem proles non habet partem in possessionibus patrimonialibus, sed de bonis mobilibus debet adornari cum transiverit ad inc. Quas consuetudines per presentes nostras litteras vestre magnificencie declaramus. Data Thinini feria secunda proxima ante festum beati Martini episcopi et confessoris, anno domini 1459.

Michael Sifcovich de Prozor regnorum Dalmatie et Crovatie vicebanus. Judices nobilium croatorum sedis Tininiensis.

„Ducali e terminazioni“. II. c. 25., u zadar. arkivu.

CLI. God. 1460. 14. siečnja, u Mletcih.

Radi šteta, što Turci prave u Albaniji, neka podje jedan Kotoranin ili Skadranin k caru turskomu i moli ga, da dade obustaviti takove nerede.

1459. 14 ianuarii. Cum subassi imperatoris Turchorum et alii sui, qui sunt in partibus Zente, multa damna inferant subditis Venetis de Cataro et Scutari, vadit pars: quod unus civis Catarinus vel Scutarensis vadat cum literis dominii Veneti ad presentiam domini Turchorum, qui preteritis annis tali civi Scutarensi dedit literas et mandata talia, quod multa iam ablata restituta fuerunt, et ab inquietatione ceterorum cessatum fuit.

Secreta consilii rogatorum lib. XX. c. 204., u mlet. arkivu.

CLII. God. 1460. 4. travnja, u Mletcih.

Odredjeno, da se izplati Skendrbeg u koliko mu se duguje.

1460. 4 aprilis. — Venerunt iam multis diebus ad presentiam nostri dominii duo ambassiatores magnifici Scandarbegi illius nomine inter cetera supplicantes, summaque instantia requirentes, quod sibi dari facere digne-

mur certos denarios, quos de sua annuali provisione duc. 1400 habere restat iuxta formam pacis, quam cum nostro dominio habet, necessariumque sit providere, eumque contentum tenere per ea, que in illis partibus de Theucris sonant, cum Scandarbegus ipse utilis et ad conservationem status nostri ipsarum partium plurimum conferat. Vadit pars, quod officiales rationum veterum de primis denariis nostri dominii, qui ad officium pervenerint, teneantur singulo mense ad nostram procuratiam superiorem portare duc. L. sub pena duc. 200 cuilibet eorum et precipue exigenti ad capsam et privationis officii. Qui denarii vel mittantur Dyrachium vel hic dentur cui voluerit suprascriptus magnificus Scandarbegus. + 147 — 0 — 4.

Senato Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

CLIII. God. 1460. 11. travnja, u Mletcih.

O njekih poslovih Ivana kneza korbavskoga, koji su se ticali i mletačke zemlje.

Pro dominis comitibus Corbavie. Pasqualis Maripetro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Benedicto Venerio comiti et Georgio Vallaresso capitaneo Jadre fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Acceptis intellectisque litteris vestris, quibus scribitis, magnificum comitem Johannem de Crobavia ad vos nuncios suos misisse illius nomine exponentes; postquam castellum Ostrovize impotestatem banni Crovatie pervenit, ipsum comitem querere statum suum fortificare, ut si idem banus, quemadmodum magnopere dubitat, eum offendere vellet, se melius tueri possit. Ob hancque causam cum quadam nobile muliere praticham habere, que sibi certum suum castellum, quod plurimum tutelle statui conferret, clare contenta est, loco cuius idem magnificus comes Johannes vult sibi dare certas possessiones sive villas, quas in isto nostro agro Jadrensi possidet. Auditisque etiam super hoc nunciis suis, vobis respondemus, nos nequaquam assentiri velle, quod eiusmodi possessiones suas pro ipso castello commutet. Verum si castellum ipsum habere intendit, ut sue magnificentie morem geramus, sumus contenti. quod in ista iurisditione nostra Jadre alias possessiones et villas emere possit, easque cum suprascripto castello permutari, respectibus per vos in litteris vestris prudentissime tactis.

Ad partem vero controversie inter suprascriptum magnificum comitem Johannem et nobiles de Possidaria subditos nostros vertentis causa illius passus sive barchanei ut vos appellatis, sumus contenti vobisque mandamus, ut vos super ea cognitores decisoresque sitis. Quam ob rem partibus ambabus auditis earumque allegationibus et iuribus intellectis, diffinire terminareque debeatis, sicut iuste vobis convenire videbitur.

Data in nostro ducali palatio die 11 mensis aprilis, indictione 8, 1460.

Ducali e terminazioni. II. c. 25. retro, u zadar. arkivu.

CLIV. God. 1460. 25. travnja, u Mletcih.

Povlastice tečajem vremena podieljene občini hvarskoj.

Pasqualis Maripetro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Marco Barbaro de suo mandato comiti et proveditori Lesine et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Venientes ad presentiam nostram dominus Luca Nicolini et Joannes Mathei fideles cives Lesine, ambasciatores et procuratores fidelis populi Lesine, exposuerunt, quod prima vice post acquisitam terram Lesine nobiles et populares venerunt ad petendum prima capitula a nostro dominio 1421 die 13 martii; petitum fuit per illos videlicet:

Quod introitus civitatis esset nostri dominii. Item quod si nobiles possunt elligere comitem terre predicte. Item quod confirmarentur statuta. Item quod comes Lesine de introitibus Lesine solveret creditoribus comunis. Item quod restituantur sibi ducati centum, qui de camera Lesine per supracomitum culphi fuerunt accepti. Item quod de vino suo solvant unum ducatum cum dimidio pro amptiora de datio. Item quod poneretur silentium popularibus impediendi se de regimine et factis illius terre.

Et nostra dominatio cum consilio rogatorum tunc respondit eis, quod volebamus nos eligere rectorem et mittere. Item quod introitus sue civitatis essent illius comunitatis et non nostri dominii. Item quod de statutis volebamus habere respectum. Item de creditis camere non videbatur nobis posse sue requisitioni complacere. Item quod ducati 100 restituantur sibi de tempore in tempus. Item quod de vino tractarentur sicuti alii Dalmatini. Item quod rector, qui illuc per nos mitteretur, faciet tale regimen et talem provisionem, quod cessabunt scandala, et fiet iustitia et hoc nostri dominii.

Postea vero 1430 de mense decembris die 7 cum nostro consilio rogatorum alia capitula concessimus, reservando nobis libertatem addendi et minuendi, revocandi et mutandi statuta sua, sicut dominio nostro per tempora videbitur.

Item 1446 de mense iunii die 10. concessimus populo ter e Lesine privilegium multarum concessionum et specialiter, quod non valeat lex vel ordo aliquis factus per consilium nobilium, nisi fuerit confirmatum per nostrum dominium, sicut in illo continetur. Item etiam 1450 die 20 martii cum nostro consilio rogatorum alias multas concessiones in uno alio privilegio fecimus populo predicto, specialiter applicando et confirmando capitulum de legibus non servandis sine nostra confirmatione, et non valentibus, si fient in secreto.

Item cum consilio rogatorum concessimus populo 1450 de mense maii aliud privilegium super vendemiis suis, quas omni tempore facere possit.

Item 1458 de mense iunii cum nostro consilio rogatorum dicto populo, quod vina suorum redituum possunt conduci Lesine. Item similiter facere possint marinarii. Item quod oratores populares possunt venire ad dominium nostrum sicut nobiles, et sicut in illis distinte particulariterque declaratur.

Cumque ad instantiam Michaelis Niccolini q. Catharini de Lesina, nobilis Lesine die 25 maii 1459 vobis scriptum et mandatum fuit, quod observare debeatis partem captam in consilio x. 1444. die 27 iunii. Item

quod prime concessiones facte comunitati in prima aquisitione debeant observari, et contra illas nihil valeat nec fieri possit, ideo quodcumque factum esset, revocetur, evenit, quod ille Michael Niccolini et quidam alii vigore talis mandati ultimi perturbant et impediunt omnes suprascriptas concessiones et privilegia, que post prima capitula fuerunt concessa populo predicto, et licet in prima concessione capitulorum suprascriptorum facta tunc nobilibus et popularibus predictis non fuerat concessum illis nisi duo tantum. Item de vino et de restitutione ducatorum 100, sicut in ipsis legitur; et quod capitula et privilegia suprascripta concessa populo non sint contra aliquod suprascriptorum capitulorum concessorum prima vice dictis nobilibus et popularibus, quoniam non contradicunt datio vini conducti Venetiis, neque restitutionis ducatorum 100, tamen ipse populus vigore dicti ultimi mandati molestatur et inquietatur quotidie, nec observantur sibi multa capitula suprascripta, et propterea supplicaverunt, sibi subveniri. Quo circa intellectis omnibus predictis, volumus, et cum nostro consilio x fidelitati vestre declaramus et mandamus, quatenus non obstantibus ultimis litteris nostris predictis die 25 maii 1459 debeant observari capitula prima et secunda et tercia ceteraque alia omnia capitula et concessiones, quas tam nobilibus quam popularibus concessimus, postquam sub nostro dominio devenerunt, quoniam intendimus illa observari, exceptis tamen illis sequentibus concessionibus et capitulis, que expresse et particutariter contradicerent dictis primis concessionibus nostris tam nobilibus quam popularibus prima vice concessis. Has autem litteras nostras in illa cancellaria vestra ad futurorum memoriam registrare faciatis, registratas, presentanti restituiri Data in nostro ducali palatio die 25 aprilis, indictione octava, 1460.

E libello „Stampa nobili e populo di Lesina" p. 29., u zadar. arkivu.

CLV. God. 1460. 2. svibnja, u Mletcih.

Sindici, izabrani da podju u Dalmaciju, neka se na put stave.

MCCCCLX. die secundo maii indictione VIII. Omnes intelligunt, quantum importat, ut sindici ituri ad partes Dalmatie et Albanie iamdiu electi vadant ad sindicatum suum, instante presertim condicione et occasione presentis temporis. Nam in futuris mensibus maioris caloris ob aeris intemperiem et insaturitatem periculosior bone valitudini et vite eorum esset profectio et mansio sua, presertim in Dirachio et locis circustantibus. Ipsi autem nobiles electi parati sunt discedere, modo fiat provisio opportuna denariorum, de quibus ipsi modum reperiant, si illis aut illi, qui denarios mutuaverint, obligetur officium nostrum salis. Et propterea vadit pars, quod predictis sindicis dari debeant ducati sexcenti pro parte salarii sui et ducati ducenti pro expensis eorum. Et illi, qui predictos ducatos octingentos mutuaverint dominio nostro in hac necessitate et importanti re, obligetur auctoritate huius consilii officium nostrum salis, per quod restitui debeant in capsa mensis iulii proximi de denariis dominio nostro spectantibus, sub pena illi, qui erit ad capsam predicto mense, ducatorum II centum in suis propriis bonis. Et in contrarium poni

aut aliquo modo provideri seu fieri non possit, nec presens pars revocari, suspendi vel quoquo modo impediri sub eadem pena cuilibet ponenti vel consencienti in contrarium.

Notario autem, ituro cum sindicis predictis, dari debeant tantum de denariis dominii nostri, quantum datum fuit notario, qui fuit cum nobilibus viris ser Antonio Gradenico, et ser Laurentio Honoradi. De parte 113, de non 0, non sinceri 1.

Senato. Mar. vol. VI. c. 166. t., u mlet. arkivu.

CLVI. God. 1460. 5. svibnja, u Mletcih.

Molbe podnesene od poslanika Stjepana Crnoevića mletačkoj vladi.

MCCCCLX. die quinta maii. Capitula. Quod ad capitula porrecta per oratores magnifici Stefani Cernovich vaivode etc. respondeatur:

Primum ad primum, in quo descripta sunt per eum gesta pro nostro dominio in illis partibus. Nos ea omnia in memoria habere. Item fidem et devotionem suam erga dominium nostrum. Quamobrem eum diligimus et carum habemus, semper qui ad illius suorumque honores et comoda inclinati erimus, mandabimusque rectori nostro Catari, ut se informet de tempore, quo dicunt ipsum magnificum dominum Stefanum nostro dominio servisse ultra terminum duorum mensium, quo servire obligatus est, habitaque de tempore ipso informatione, prorsus provideat magnificentie sue satisfacere adeo, quod satisfacta contentaque remaneat. Tenor primi capituli talis est:

Serenissimo principo et excellentissima signoria. Chome per le scripture de la excellentia vostra et de mi Stefano Cernovich humele servidor et vaivoda vostro me ubligai prima di darve tutto el paexe de la celsitudine vostra revellado entro le man de quella e servir ben e fidelissimamente si mi chome mie fiuoli a la illustrissima signoria vostra in perpetuo, e la vostra sublimita promesse a mi vaivoda vostro ducati 600 d'oro a 1 ano, e non me abandonar in vita mia ne i mie heriedi, come in le nominade scripture pui largamente apar. Io dal canto mio prima ho inteso a la proferta nel principio, si che la signoria vostra have per lo mio adoperar el contado de Cataro tuto. Item oltra el contado de Catharo, Pastrovich, Cerniza, Lustiza, Lexenich et Bogdesich haver obedientia. Item poi sucessive el signor despoti de Servia presentido questo, per volerse vendicar, mandò Altoman suo capetanio con cercha XII milla fra Turchi et Christiani oltra la possanza con grande astucia et presenti per contaminar el paexe, volendo ch el paexe mio i desse la persona mia entro le man; non li vene fato, che si per el subsidio divino chome per aventura de la signoria vostra et bon portamento mio et de mie fiuoli; ne lassò grandi parte di morti, et resto sconfiti et rotti, se parti infugado fo per questo el signor dispoti; et grandira mando so cugnado Thoma, che representava la persona soa propria con XXV milla et più persone fra Turchi et Xhristiani, el qual subsidio de dio et de la signoria vostra et nostro bon portamento chazassemo a pizor condicion roto et sconfito pezo ch Altoman sopradito. E damo haveria havuto personalmete el dito Thoma entro le man, se non se meteva a sbaraio de passar

la fiumera chiamata Muraza, che gran fato fo ne periscie; deinde fina a la dita fiumera conquistai per nome de la vostra excellentia tuta la Xenta de qua de la Muraza, onde io pusi et misi la bandiera de misser san Marco datame per el spettabele misser Alvixe Baffo, allora vostro rector de Catharo per nome de la vostra serenità; et vedando quelli de Xenta non haver più alguna speranza del dito signor, liberamente oltra el conquisto se dete a la signoria vostra, le qual compagnie et cathoni sono tutti Malonxich et Plessivaz et Bielopaulovich et Luxani. Da poi questo essendo anchora infogado el predito signori despoti, essendo tornado dito Thoma suo cugnado roto et sconfito, comando a uno vaivoda Milos, el qual iera castellan del castello de Modon, et mandoli molta gente con expresso ordine, ch el vedesse de vendicarse de le inzurie rezevute, et veder de recuperar el paexe, ch el havea perso, el qual za se haveva recomanda a la excellentia vostra. Quello sequi con gran astucia et forza vene contra de mi; onde per la gratia de dio et de la serenità vostra me misi al incontro. et obtene victoria per modo, ch el misi in fuga, fra quelli prexi et amazi del suo exercito, per modo laue de gratia de scampar con la soa persona nel dito castello de Modon, et li ben dentro serarse, perchè tuto el paexe zoe el resto de Xenta de la Muraza conquistai per nome de la vostra sublimità, metando la bandiera de san Marcho in mezo Podgoriza, si che non vene a restar altro noma la dita rocha el Modon, che se una torre con un barbachan, nel qual a pena puol habitar el castellan con algune guardie. Da poi questo el sopra zonse el spettabil misser Zan Bollani provededor de la serenità vostra a Scutari, dal qual mandi ad avixarlo, chome i era passati i fati in favor de la vostra celsitudine. E parendome non haver satisfato, andai personalmente per plui chiaro suo aviso, narandoli, chome tutti chatoni e compagnie de Xenta iera apparecchiadi per esser a la soa presentia, e zurar bona fedeltà a la vostra illustrissima signoria. Et qui fo dato ordene de trovarse a san Nicolò de Vranina, che e sopra el lago, et li fici vegnir i principal de la dita Xenta, i qual zurò fedeltà a la vostra excellentia con quella solemnità die far chadaun subdito a chadaun suo signore. Et e converso come appar per le scripture fate per questa cazon. Item da poi questo el signor despoti tene el castel de Modon za ani do, fin el qual tempo el dito Milos vaivoda et castellan del dito dispoti per mio mezo de mi Stefano, azando el spettabil misser Zan Barbo, allora vostro rector a Cataro, de volerli dar el dito castello, se li pagava le municion, che dentro se trovava, stimadi per lui cerca ducati 200, e per la dilatacion del tempo, ch el dito vostro rector me par ve scrisse. El dito castellano non volse aspetar la resposta, segui ch el dito castellan desegni dito castello in man del Turcho per nome del despoti. El qual Turcho fina la vegnuda del subassi, el qual al presente se truova nel dito paexe, ne ha mandà altri 6 de tempo in tempo per avanti, parte de quelli se ne sono partiti con suo gran dishonor et damno. El resto se ne andò senza niente. Ora questo septimo nominato Ferisbegovich, habiando trovado el paexe afamado et predolente per la vernada passada, ha branchado parte de quelle compagnie recomandade con iuramento a la vostra signoria, de parte de la qual fina 1 anno passado d instade se scodeva le honoranze del ducato, apartien a la signoria vostra per el vostro

rector de Chataro. E oltra questo che ho dito per dechiaration et information de la vostra signoria, havessemo più da dir, ma per non athediar quella havemo cerchà a dir plui breve gesta possibile. Ora recordo a la vostra illustrissima signoria io choo i mie fiuoli humili servidori vostri da san Nicolò, che xe de l intrada de decembre in qua, con le arme indosso, che negun de nui non hano veduto l un altro ne le nostre stantie solo per solicitar la guarda di passi de la excellentia vostra, i qual in absentia nostra saria mal guardadi, e i homeni sono con nui a le dite guardie, et solamente del paese mio, che puoca subvencion io habuto da i rectori de le terre vostre salvo cha del vostro rector de Cataro, dal qual have homeni circa 300 per spacio de uno mexe, perchè per forza de fredo et fame me habandonaro, e i mie homeni, con i qual solamente son restado, non hanno dassi poderse aiutar, per esser stadi cotanto tempo sempre in guardia, e io con i mie fiuoli son a la streta. Onde supplico principalmente per el ben del stado de la vostra illustrissima signoria chome per substentamento de mi et mie fiuoli fedelissimi seruidori de quella, se degni con la soa consueta clementia proveder, azò io possi resister, che chome i ho chiara information et vera, el Turcho è per mandar adesso, et damo dubito, non esser azonto fina qu st ora grossissimo exercito et subsidio de gente et victurie a pè et da chavalo a questo subassi sono de presente per voler conquistar tutto questo paexe de la signoria vostra, dico fina la marina, se dio et el bon provedimento de la vostra celsitudine non i sarano contra. Arecordando a quella, che damo le nostre buone guardie hanno obviado, dagandone a far assay, che fina questo di non hano possuto seguir la soa mala volontà; avisando la vostra serenità contegnirse ne li privilegii, che ho con la vostra signoria, chome io sempre son tegnudo de servir quella liberamente con la persona mia et con el mio exercito fina al Drin per mexi do, da poi de la persona mia in fuora la vostra signoria a proveder.

Responsio. Nos ea omnia in memoria habere, item fidem et devotionem suam erga dominium nostrum, quamobrem eum diligimus et carum habemus, semperque ad illius suorumque honores et comoda inclinati erimus, mandabimusque rectori nostro Cathari, ut se informet de tempore, quo dicunt, ipsum magnificum dominum Stefanum nostro dominio servisse ultra terminum duorum mensium, quo servire obligatus est, habitaque de tempore ipso informatione, prorsus provideat magnificentie sue satisfacere adeo, quod satisfacta contentaque remaneat.

Ad secundum. Item conzosia che per lo mezo de Vuoch Gurbazavich con do altri suo fradelli Tuycho et Radoxa de Zuppa de Cataro io ho scapulado la testa mia vignando de Catharo per uno Argayto me voleva esser tolta, da la qual per esser in loro compagnia ghe nave special avixo, si che i non me potè offender. Passato el pericolo, vulsi haver quelli over parte de quelli intro le man. Tractai con questo Vuoco et fradelli, se me le deva in le man over parte dessi; io li promisi sopra la fede et per nome de la signoria vostra di farlo trar di bando insieme con i diti suoi fradelli de la città et contado de Catharo, et che l averia a lavorar le possession l aveva prima con quello medesimo pagamento ch el pagava. E perchè con effecto i ma fato haver duo di diti, l uno vivo et de l altro me porto la testa, perche l avea morto. E da

quel in qua tegno i diti in chaxa domente io mandato a la vostra signoria, la qual humilissimamente supplico, se debbi inclinar ad attenderli a tal mia promessa per bon exempio de gli altri, et per lo tempo hano avegnir.

Responsio. Nos super eiusmodi re exilii nullam aliam habere informationem, ideoque scribemus comiti nostro Catari, ut super ea dominium nostrum informet, habitaque illius informatione, providebimùs in quantum fieri poterit magnificentie sue satisfacere.

Ad tercium. Item chome appar nel mio privilegio el me concesso per la signoria vostra, che sempre, che me veda a la streta, rechiedando a i vostri rectori de Cataro, el me mandi per mio besogno homeni 30 boni et sufficienti, che habia loro fameia dentro de la terra, et questi per metterli per guardia in duo mie chastelli, azò se nulla seguisse, i castelli romagnisse reguardati per la vostra signoria. Supplica i diti homeni xxx debbi haver de Cataro, sia partidi per mittà, la mittà de Cataro et l'altra mità da Scutari, et questo per bon respecto, perchè quelli de Cataro vegnerano comodi al castello del Falcon, et quei da Scutari al castello de Zabiach per lago senza contrasto; e questo strettamente sia comandà per la signoria vostra ai vostri rectori.

Responsio. Nos esse contentos sue requisitioni satisfacere, proinde mandabimus utrisque rectoribus suprascriptarum terrarum nostrarum, quod ad omnem requisitionem suam, quando opus erit numerum suprascriptorum hominum mittant ad custodiam suprascriptorum duorum locorum suorum.

Ad quartum. Item arecordo a la prelibata signoria vostra la provision mia non posso haver iuxta la promessa de la vostra excellentia, in modo che la fameia de chaxa mia ne porta senestro non poco, che per fina qui me avanza cerca la provision mexi 20, i qual è quasi impossibile poterli haver da la chamera vostra da Cataro per la mala condicion del paexe, e cussi ne dice misser lo conte vostro; per tanto supplico la illustrissima signoria vostra se degni proveder con effecto io habia tal mio servito; el simile i mie fidelissimi secretarii Radossao et Helia, perchè respetto el tempo ne havemo summa et extrema necessità.

Responsio. Quod ad presens mandabimus ei dari ab officio nostro salis ducatos 400. Reliquos vero duc. 600 ab officio nostro rationum veterum, scilicet singulo mense duc. 50. Ex nunque captum sit, quod mandari debeat suprascriptis provisoribus salis et officialibus rationum veterum, quod eas pecunias suprascripto modo dare debeant. Et prefati officiales rationum veterum singulo mense teneantur ipsos ducatos L. ad procuratiam depositare sub pena duc. 200 in suis propriis bonis cuilibet eorum per advocatores exigendorum.

Ad quintum. Preterea che la prefata signoria vostra proveda, conzosia che ne i mie privilegii se contien, che de mexe in mexe i sia pagato; e perchè sempre io non me posso pigliar con quelli signori rectori, che reputo mie signori, suplico per obviar tal inconvenienti, la signoria vostra se degni commetter a misser lo conte presente, et quelli che per i tempi sarano, che tal mio pagamento, e de i diti mie secretarii, me fazino del dacio del vin, el qual sempre sentenda esser obliga per questo mio servir ut supra, come convenientemente, e che la signoria vostra sa et vede con effecto el merito del fidelissimo mio servir, et de mie fiuoli.

Responsio. Nos esse contentos ei satisfacere, et ita mandabimus comiti nostro Catari et successoribus suis, quod solutionem eiusmodi suam sibi faciant de pecuniis suprascripti dacii vini. Item Radossavo et Helie secretariis suprascripti domini pro provisione, quam a nostro dominio habere debent, quos denarios comites et camerarii Catari in nullam aliam rem dispensare possint sub pena duc. 500 in suis propriis bonis cuilibet eorum.

Ad sextum. Item perchè quando la signoria vostra have Scutari con tuto l suo territorio et maximamente quatro monestieri sono in lago con tute sue iurisdicion concessi per i signori antigi passadi, da possa che diti monestieri fo hedificati, onde sempre i hanno havuto le suo intrade, non obstante ch el paese sia sta retto per altri. Mo al presente me pareria haver gran peccato, havendo tolto Turchi nuovamente certa parte di diti luoghi non lo arecordar a la vostra signoria, azò quella proveda. El simile certe parte di terre apartien al mio castello de Zabiach, le qual sono de le mie iurisdicion.

Responsio. Quod in accomodata forma Theucro scribemus, eumque pro forma capitulorum pacis nostre requiremus, quod ea monasteria sive illorum introitus occupata restitui facere velit iuxta formam suprascriptorum capitulorum nostrorum pacis.

Item auctoritate huius consilii captum sit, quod fieri debeat suprascripto domino unum exenium, sicut dominio et collegio videbitur, ut in devotione et fide sua erga nostrum dominium persistere possit pro comoditate status nostri partium suprascriptarum. De parte 132, de non 3, non sinceri 7.

Sen. Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

CLVII. God. 1460. 24. svibnja, u Mletcih.

Republika odgovara na molbe knezova senjskih.

1460. 24 maii. Venerunt ad presentiam nostram tres oratores magnificorum comitum Segne, qui dederunt nobis in scriptis capitula et conventiones antiquis temporibus habitas inter nos et patrem et progenitores suos; deinde etiam porexerunt nobis in scriptis tria, ad que cum magna instantia petunt per nos eis responderi, sicut lectum est huic consilio; propterea vadit pars, quod eisdem oratoribus respondeatur, et primo ad primum capitulum huius tenoris, videlicet:

Illustrissimo et excellentissimo principo, fi exposto humelmente per parte de tuti magnifici signori nostri conti de Segna, devotissimi fioli de la celsitudine vostra cum sit li prefati magnifici signori nostri habiando inteso e sentido et cognosudo, la celsitudine vostra havere inhibito e devetato tuti li vini si soleano portare de la Marcha e de Puya e d Apruzo a gli paesi loro, de li quali subditi di loro e servidori de la celsitudine vostra ne pigliava non poco sostentamento et adiutorio, suplica devotissimamente a la celsitudine vostra se degni di deponere cotal inhibition et diveto, lo qual è in grandissimo damno et vergogna de li magnifici nostri signori et devotissimi figlioli et servidori de la serenitade vostra, maximamente loro non habiando fato cossa alguna verso la celsitudine vostra, per la quale meritasse tanta iniuria e damno da quela,

anzi più tosto imitando gli paterni vestigii, di et nocte se hano ingegnado et ingegnasse de servire a la celsitudine vostra in tute quelle cosse sono state in augumento et amplificacion del stato vostro, per li quali servisii cussi soi chomo de li antichi loro più tosto che la serenitade vostra de lo proprio vostro li dovesse aiutarli cha damnificare in quello che da ogni razon e bona consuetudine per tuti li tempi passati li è stato licito et licito. Non vogli adoncha la serenitade vostra, la quale a tuti sempre mai è stata gratiosa, benigna et iusta, a li vostri devoti fioli e servidori fare tanto torto et iniuria, quanto ne li servicii loro merita, nè anche la summa benignità vostra lo ha mai permesso avanti.

Responsio. Quod licet honestis et decentibus causis inhibuerimus vinum de partibus Marchie et Aprucii ad loca Segne et aliarum partium circumstantium posse conduci; volentes tamen ob veterem affectionem nostram erga magnificam domum suam et ipsos comites in his, que fieri possint, eis complacere, contenti sumus, quod singulo anno, data de hoc noticia gubernatoribus introituum, conduci facere possint cum navigiis Venetis accipiendis et nabulizandis in hac civitate Venetiarum, et cum contra literis nostris de partibus Marchie et Aprucii ad loca Segne pro usu magnificentiarum suarum et subditorum suorum caratellos quingentos vini, quartarum octo et inde infra pro quolibet. Et si quid aliud conduceretur contra ordinamenta nostra, sit perditum. Que quidem concessio incipiat in festo sancti Michaelis proxime futuri, nam istud antea concedere non possumus, ut non contrafaciamus promissionibus datiariorum nostrorum.

Ad secundum. Item supplica prefati magnifici signori nostri, che conzosia che lo sopra comito del colfo, deputado a la guardia de li contrabandi, de mandato de la serenitade vostra non bastandoli cerchare li contrabandi a gli passi deputadi e statuidi a questo, più de le volte iniuriosamente intra ne li porti nostri, ne li quali per avante sempre mai son stadi liberi, metando la schala in luogi nostri, molestando et gravando maxime li nostri citadini e subditi, e questo più tosto per farci a noi despecto e vergogna, cha a lui alguna utilitade, perche come è manifesto a tuti li luogi nostri zoè dentro de le terre non si puol fare alguno contrabando, e che sia lo vero adimandasse tuti li cittadini e mercadanti vostri abitano in predicti luogi nostri, e per el simile al consolo vostro; e per tanto li magnifici signori nostri temeno, che dio non vogli, che uno di non intravenga contra nostra volontà tra li homeni nostri et quelli de la galia talle scandallo, che potrà despiacere a la celsitudine vostra, et anchora a li magnifici signori nostri, li quali non voriano in veruna cossa offendere ne despiacere a la celsitudine vostra, imperoche degnasse la signoria vostra de comandare a lo prefato sopracomito vostro, che decetero se voglia et debia abstegnire da talle inconveniente, et stare contento et fare li fati soi in mare ne li luogi consueti per tempo passato, et non farci tanta iniuria et oppressione, anzi più tosto ne debia defender e servare nui in tutte quelle libertadi e iurisditione e promesse, le qual la celsitudine vostra, a la bona memoria de li magnifici avi et padri loro, amplissima et gratiosamente ha concesso segondo che pare ne gli patenti privilegii de la celsitudine vostra, de li quali lo tenore e la copia ve piaza de intendere.

Hora excelso principo e vui illustrissima signoria, la serenitade vostra ha inteso li servisi et la devotion de li mazori et antichi nostri, ha inteso etiamdio largissime et humanissime proferte, pati et condicion havete con la casa de li magnifici signori nostri, per qual adoncha culpa, o vero per quale offexa de li nostri magnifici signori vogliati desmentegare et annullare tutti li servicii et tuta l afection et devocion de quella casa, perchè vogliate a soli nostri magnifici signori e figlioli vostri adempire li privilegii et pace et concessione vostre, per avanti mai a niuno violate. La celsitudine vostra sempre mai he stada gratissima e sopratuti recognoscente de li beneficii recevudi. La celsitudine vostra è stata sempre mai lo summo fermamento et stabilissima collona de la fede, impromesse et privilegii vostri, voglia adoncha e degnasse per avanti mantegnire gli figlioli vostri devotissimi in quella benivolentia e pietade paterna, ne la quale per avanti la mantegnuda. E dia la caxone a li magnifici signori mei, che per avante se sforza de ben in meglio augmentare et accumulare li servicii in amplificacion et augumento de la serenissima signoria vostra, a la quale sempre mai devotamente se ricomanda.

Responsio. Dicimus, quod pro obviandis contrabandis capitaneus galee nostre Quarnarii habet in mandatis a nobis diligenter inquirere. Et si in mari reperiret aliquod navigium contrabandi, et eum insequendo caperet illud in aliquo portu ipsorum comitum, id iuste et honeste fieri posse putamus. Quod vero galea nostra vadat preter consuetum, et stet per portus et loca ipsorum comitum damnificando seu molestando subditos suos, id preter mentem nostram procedit; ideoque dicimus, quod circa hoc opportuna scribemus prefato capitaneo, quantum expedire noverimus.

Ad tercium et ultimum. Item expone et supplicha gli magnifici signori nostri, che cum sit secundo, che la serenitade vostra die esser avvisata, il bano de Corvacia esser preso per quelli de Corbavia, et lo re da Bossina insta con tuto lo potere suo havere quelli castelli in mano, et simel mente il ducha Stefano nepote de Sendalia. La celsitudine vostra se degni comandare a li rectori nostri de Zara e Sibenicho, et altri di Dalmatia, che si chazo venisse ne bisogna qualche aiuto da loro, ne lo dovesse impendere et dare, considerando, che quelli castelli, che serien in man nostre, gli seria ad ogni honore et comando de la celsitudine vostra, cussi come per avante sono stati quelli e questi, che havemo al presente.

Responsio. Quod de omni statu et comodo magnificentiarum suarum sumus, et erimus semper bene contênti, possuntque magnificentie sue circa rem hanc deliberare et facere, sicut melius esse cognoscunt. Quod autem circa hoc prestemus sibi favores nostros etc. dicimus, quod ex honestis et rationabilibus causis non videtur nobis et convenienter fieri posse. De parte 127, de non 16, non sinceri 11.

Senato. Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

God. 1460.

Pismo bana Pavla Sperancića na knezove zadarske u poslu njeke obstojeće razmirice.

Magnifici e posenti signori. Havemo receuta letera de la vostra amicicia, et havemoli ben inteso, quel che ne scrive le vostre signorie, che seti pronto haver con nui plenaria amicicia et ben viver. De questa nui

ve regraciamo. Per la qual cosa sapia le vostre magnificencie, como ne comanda el nostro illustrissimo re Mathias de Ungaria, che debiamo con vui haver el vero amore e bona vixnanza cordialmente senza mancamento, e si ne a maistra el prefato miser lo re, a che modo debiamo mandar i nostri boni homini dalla vostra illustrissima signoria de vostra apiena volunta del ben viver tra nuy, e questo nuy faremo senza induxia. E de quel che ne scrive le vostre magnificencie, che vol dar quelle biave, de le qual esta parlado, e che le vol meter dove a nuy piaxe, et che i animali dali nostri sia restituidi ai vostri. Si che nuy ve pregamo, che questa biava debie dar in man al nostro conte de Ostroviza, e nui havemo fato el comandamento a lui, che interegamente el debia restituir i animali ay vostri. Et anche la intrada, de la qual vui scrivi afrancar, ma a questo modo habiando essa satisfacion da una parte al altra de tute queste cose scripte che deba star senza la spexa insieme infina tanto, che sera con rason a tutte queste cose bon iudixio et cognosimento. Et de questo ve reservemo la vostra rason, la qual havesse in questo. Et cio signori mandemo da vui el nostro dilecto conte Nicolo Boricevich castelan de Ostroviza, che lui siando con le vostre magnificencie insiema, in nostra persona debia elezer le bone persone dala nostra parte e le vostre magnificencie simelmente dala vostra al zudigar et dechiarir de tute queste cose, lor siando insieme, quel che determinara e zudigara o quel che cum rason e uxanza a chi pertegnira, quelo sia. E che a questo con bon ordine se vegna a fin tra nuy.

Polo Spirancich conte de Cetina e de Clixa e ban de Dalmazia et Crovacia etc.

A tergo. Magnificis et potentibus Benedicto Venerio comiti et Georgio Valaresso capitanio Jadre tamquam amicis honorandis.

„Ducali e terminazioni“ vol. II. c. 37., u zadarskom arkivu. Nema datuma. Sliedi pako pismo od 17. kolovoza 1861. upravljeno na gori pomenute upravitelje zadarske.

CLIX. God. 1460. 16. kolovoza, u Zadru.

O pravih stanovnika vranske tvrdjave.

Nos Julius Contarenus et Antonius Venerius sindici et provisores pro illustrissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum ad partes Dalmatie et Albanie etc. Nonnulli homines Aurane eorum nomine et ceterorum fidelium nostrorum dicti loci et districtus coram nobis comparentes plurimum conquesti sunt, quod iam pluribus annis elapsis eis interupte fuerant et in dies interrumpuntur antiquissime consuetudines eorum ac privilegia et concessiones per serenissimum ducale dominium nostrum eis indulte, inter cetera exponentes, et primo:

Quod sicuti per elapsum solvere consueverant datiariis Aurane sex staria oley et quartucium unum pro quoque molendino oley, qui capiebat circiter quartas centum et viginti olivarum, ita ab aliquo tempore citra per daciarios predictos compeluntur ad contribuendum sex staria et quartucium predictarum pro quartis sexaginta contra consuetudines, privilegia et concessiones predictas. Item quod districtuales ipsius loci compelluntur

ad defferenda blada et vina, que pro quarta et decima contribuunt, daciariis antedictis Auranam et inde ad marinam. Item quod sicuti in accessu castellanorum et stipendiariorum ad custodiam Aurane deputatorum obligantur eorum res et bona cum eorum palaustris defferre a marina a prima rippa racci et ab alia rippa Auranam, et in recessu eorum ex Aurana ad marinam predictam cum solutione solumodo solidorum duorum pro quolibet palaustro, ita etiam pro quibuscumque aliis rebus, quas pro tempore, quo ibi resident, ad marinam mittunt, solvere nolunt nisi solidos duos pro quolibet palaustro. Item quod murarii, marangoni et fabri ipsius loci coguntur cotidie per castellanos Aurane ad facienda laboreria quamplura in castro predicto, de quibus nullam solucionem percipiunt. Item quod quando laborant daciariis pro diebus duodecim, quibus tenentur illis laborare anuatim datis bibicione et comestione, ipsis nichil dare neque solvere volunt. Item quod quando fieri oportet rastellum Aurane burgi districtuales nolunt quicquid contribuere.

Quibus omnibus et singulis capitulis visis et per optime intellectis, et auditis datiariis Aurane super capitulis eis spectantibus, et quicquid ipsi super inde dicere et alegare voluerunt, ac nonnullis testibus nobis per homines predictos preditis; visis quoque et lectis privilegio per illustrissimum ducale dominum nostrum indulto die XVI. novembris MCCCCXXXI. nec non litteris ducalibus diey ultimi iunii MCCCCXLII. ac quadam terminatione facta per magnificum dominum Johanem de ca da Pesaro tunc comitem et dominum Georgium Lauredano capitaneum ac spectabilem dominum Petrum Foscharenum camerarium Jadre die XX decembris MCCCCXLI., consideratisque omnibus et singulis super inde merito considerandis, unanimes et concordes declaramus, terminamus et deliberamus in hunc modum, videlicet:

Et primo, quod pro quinque annis proxime futuris, quibus iam incantatum fuit datium predictum Aurane, ipsi de Aurana contribuere teneantur prefatis datiariis sicuti eisdem quinque annis proxime elapsis contribuerunt; et dicursis annis quinque proxime futuris, in posterum predicti de Aurana et districtus macinantes olivas tam in Aurana et burgo quam in toto districtu per totum incantum predictum de singulis LXXXX quartis olivarum macinandarum predictis datiariis dare et contribuere teneantur staria sex et unum quartucium oley. Secundo, quod homines, qui in locis dicti incantus propinquioribus Aurane commorantur, nullo modo compellantur ad apportanda blada et vina, que pro quarta et decima contribuunt, alioquam Aurana; illi vero, qui propinquius marine habitant, blada predicta et vina conducant ad marinam in barchis oneranda, quando per datiarios requisiti fuerint, faciendo ipsis expensas oris. Et si illa apportaverint, ubi per daciarios notificatum fuerit eis, non inventis ibidem daciariis sive barchis, in quibus onerari debuerint, adeo quod frustra venerint, tunc et eo casu ipsis et eorum cuilibet et qualibet vice daciarii solvere teneantur eorum mercedem pro ea profectione sive itinere ad rationem solidorum duorum pro quolibet somerio et solidos quatuor pro quolibet plaustro. Et si non aliter solverint, excomputetur eis de laboribus dierum duodecim, quibus obligantur eisdem anuatim laborare. Tercio quod sicut in adventu castellanorum et stipendiariorum Aurane tenentur cum eorum palaustris res suas conducere a marina ad

lacum et Auranam et similiter in recessu de Aurana ad lacum et marinam cum solutione soldorum duorum pro palauaustro, ita si pro ipsi, quo ibi ressident, aliquas res mitant ad marinam, solvere teneantur soldos quatuor pro paluastro, et aliter ullo modo molestentur; et etiam, quod murarii, marangoni et fabri obligantur in castro Aurane pro uno die pro occurrentibus necessitatibus dicti castri et rebus spectantibus illustrissimo ducali dominio nostro; et si opus fuerit pluribus diebus laborare, tunc uno alio die laborent gratis, pro quo sint exempti per unum alium diem laborare, quando opus esset aliis laborare in castro predicto vel extra pro comuni utilitate dicti castri et districtus. Si vero laboraverint ultra dictos duos dies, solvantur secundum consuetudinem observatam. Quinto, quod quando ipsi de Aurana et districtus laborant datiariis pro duodecim diebus, quibus tenentur anuatim laborare, prefati datiarii teneantur et debeant illis dare bibicionem et comestionem iuxta continentiam privilegii antedicti. Quod si non fecerint solvant pro quolibet et qualibet vice soldos duos excomputandos in laboreriis predictis faciendis. Sexto, quod districtuales Aurane teneantur apportare pallos pro faciendo rastellos burgi dicti loci quocienscumque opus fuerit, et habitatores ipsius burgi ipsum aptare et perficere tenentur. Ceterum cum fovea castri Aurane prope pontem sit plena fimo per stipendiarios ibi proiecto, terminamus et volumus pro conservatione burgi et districtus Aurane pro hac vice teneantur illam evacuare et mundare, et quicunque de illo exportaverit, id quod portabit, sit suum. Et de cetero stipendiarii nullo modo in fovea predicta aliquid proiciant sub pena soldorum decem ipsis inferenda de stipendio eorum cuylibet contrafacienti et pro qualibet vice; et de cetero non possint nec debeant cogi homines et vilici antedicti ad defferendum ledame, quod de cetero continget in castro predicto. In quorum omnium premissorum fidem presentes fieri iussimus sigilli nostri sancti Marci apensione munitas. Datum Jadre apud sanctum Grisogonum die XVI augusti MCCCCLX.

„Ducali e terminazioni“ II. c. 56., u zadar. arkivu.[1]

CLX. God. 1460. 16. kolovoza, u Mletcih.

Vieće mletačko potvrdjuje njeku izmienu učinjenu od kneza hvarskoga.

1460. 16 augusti. Nobilis vir Marcus Barbaro olim comes Liesne pro recreatione comitum illius loci accepit a presbitero Antonio primicerio Liesne unum ortum cum una domuncula ortolanaria, in cambium cuius ei dedit certum alium locum saxosum, sicut publico instrumento ipsius ser Marci apparet, ac etiam per responsionem tam suam quam nobilis viri Antonii Manolesso olim etiam comitis Liesne clarissime patet, quod licet comunitatis Liesne sit, pro firmiore robore supplicat sibi per dominium nostrum confirmari. Quare cum eiusmodi supplicacio sua honesta sit:

---

[1] Hec capitula approbata fuerunt a veneto senatu die penultimo maii, indictione XII. 1464. Ducale ibidem.

Vadit pars, quod terrenum ipsum per suprascriptum comitem ut supra concessum eidem primicerio auctoritate huius consilii confirmetur iuxta formam privilegii de eo conscripti, remanente suprascripto ut supra accepto in nostro comuni. + 74 — 7 — 4. Facte fuerunt litere.

Senato Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

CLXI. God. 1460. 17. kolovoza, u Zadru.

Sindici i providuri u Dalmaciji riešavaju njeke molbe podnesene jim od gradjanstva zadarskoga.

Capitula comunitatis contra beccarios et circa alias provisiones. — Nos Julius Contarenus et Antonius Venerius pro illustrissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum etc. sindici et provisores ad partes Dalmatie et Albanie. Non nulli egregii nobiles cives Jadrenses eorum nomine et comunitatis Jadre, illustrissimo ducali dominio nostro fidelissimi, coram nobis et officio nostro graviter conquerentes, non nulla capitula porrexerunt super contentis in eis de opportuno remedio provideri humiliter supplicantes. Quibus visis et peroptime intellectis ac omnibus et singulis supermodum merito considerandis, mature discussis et consideratis, ordinavimus, providimus et terminavimus in hunc modum.

Et primo ad primum huius tenoris, videlicet. Al comspeto de vuy, magnifici et generosi segnori misier Julio Contarini et miser Antonio Venerio per la illustrissima ducal signoria de Venetia honorandi sindici et proveditori etc. comparemo nuy zintilomeni, merchadanti, artesani, populo menuto, chiereci seculuri et religiosi universalmente tuti zitadini habitanti in Zara, li quali contra ogni iustitia et rasom et contra leze, ordeni et provesion fate da gran tempo e contra publice sententie facte per ly magnifici rectori de Zara cusi de di come de note siamo danificadi da ly becari, de li quali gravemente se lamentemo, perche non cessano de danificar et totalmente desfar et ruinar le possession nostre poste dal monte per fina la marina, pascolando ly animaly soy per le dite possession vignade, aratorie, olivate et lavorate; la qual cosa ne loro ne altri sotto certa pena ne le dite sententie et leze contegnuda non po far. Et piu ali diti becari non bastano a farne danno cum li animali per becharia, ancora i tengono in lo borgo di san Martin mandre de vache et de piegore, ly qual portano utele, de manzi, agneli lane e late, a tanto che apresso al altro danno ozi may non se puo andar per le vie publice et magistrale avanti Zara, che tute le masare per ly diti animali sono deffate et geta per terra in su le due vie, sicome manifeste se vede. Per la qual cosa noi tuti sopranominati humelmente suplichemo ale vostre magnificencie se degni haver recomanda noy servidori et subditi vostri in iusticia et rasone, e far per qualche diffinitiva determinatione, che le sententie de ly magnifici segnori rectori, zoe de miser Andrea Quirino, confirmade per miser Hector Pasqualigo item per miser Piero Basadona et per meser Zuane Trivisam, le qual tute terminando conclude, che nessun de che condition se voglia el sia, non possa pascolar animali menuti ne grossi sotto ly olevari dal monte in zoso fina alla marina soto pena in le dite sententie posta, le qual sentencie ale vostre

magnificencie insieme cum nostri infrascripti capituli presentemo, inviolabilmente siano observate cusi da li becari como da ly altri de le ville circumstante et da ly habitanti nel borgo de san Martin cum quel modo et ordene, che noy subditi vostri possiamo galder el nostro in pace. — Displicentissime audientes, quod in possessionibus eorum et bonis immobilibus molestentur, cupientesque vehementer, prefatos illustrissime ducalis dominationis nostre fidelissimos, eorum possessiones et bona quecumque pacifice possidere, frui et gaudere declaramus, terminamus et deffinimus, quod daciariis becarie sive quicumque becarii nullo modo, forma vel ingenio audeant nec presumant cum eorum animalibus cuiuscunque conditionis in vineis, terris laborativis, derris sive pascuis et aliis quibuscunque possessionibus predictorum cuiuscumque conditionis existant a monte citra usque ad marinam sitis aliqualiter introire et pasculare, neque macerias eorum sive clausuras quascunque aliqualiter devastare seu aliquod damnum inferre sub pena cuilibet contrafacienti pro qualibet vice librarum 25 parvarum et emendandi damnum per illos illatum ultra alias penas in provisionibus, sententiis alias per magnificos rectores Jadre superinde editis et mandatis, quas harum serie laudamus, approbamus, confirmamus et ratificamus, ac laudatas et confirmatas etiam dicimus et declaramus tanquam bene, laudabiliter, iuste factas.

Ad secundum huius tenoris, videlicet. Item perchè li nostri soldati a tempo de primaviera mandano ly soy cavali a pascolar ne i luogi prediti soto li olivari, dove li lor famegi fano capane et stano ly de di e de note, et qui pascolano per le vigne e tereni semenati e olivati cum grando danno nostro, et piu per lo brusar tagliano ly nostri incalmi, la qual cosa estimemo non esser de volunta de la nostra illustrissima ducal signoria de Venetia; e pero domandemo cum instancia, che li a diti sia oviado per le vostre magnificencie et per terminacione comandata, che tal dano ly diti non ne debia far zoe che sotto li nostri olivari non debia pascolare segondo le dite sentencie, le quale non escludeno niuno. — Cupientes omnimodam eorum utilitatem et comodum, nullo modo permittere intendentes ipsos in eorum possessionibus aliqualiter molestare, sicut de becariis diximus, ita per stipendiarios antedictos observari volumus et iubemus.

Ad tercium huius tenoris. Item perche a tempo de peste bona parte de nuy citadini vostri de Zara insi fuora et sta chi per le isole chi per terra ferma, dove alo insir fuora non se puo portar de cose necessarie per viver, ma ala zornata ne convien andar over mandar a tuor de case nostre de Zara, et alcune volte non semo lasadi; quare suplichemo ale vostre magnificencie, che intravignando el caso de peste in Zara, noy li quali se trovemo de fuora, possiamo venire a case nostre al nostro bon piacere sani, et anche non sani, et far ly fati nostri. Vi piace terminar questo per molti boni respeti. — Volumus inviolabiliter observari, quod tempore vigentis pestiferi morbi in civitate Jadre, sit in libertate civium predictorum et eorum cuilibet, qui propter metum pestis de civitate exissent, civitatem ipsam intrare quantumcumque eis libuerit pro negociis et necessitatibus suis, dummodo ipsi et omnes de eorum familia sint a morbo predicto liberi, et de pestiferis locis non venerint.

Quare volumus et auctoritate nobis ab illustrissimo ducali dominio nostro attributa requirimus et mandamus, capitula et determinationes nostras antedictas et contenta in eis inviolabiliter observari et executioni mitti debere. In quorum omninm premissorum fidem et robur presentes fieri iussimus, et sigilli nostri sancti Marci impressione muniri. Datum Jadre apud sanctum Grisogonum die XVII augusti MCCCCLX. Franciscus Trivisanus cancellarius.

„Ducali e terminationi“ II. c. 51., u zadar. arkivu.

CLXII. God. 1460. 9. rujna, u Mletcih.

Mletačko vieće potvrdjuje dar učinjen od kneza hvarskoga njekomu Guidonu kanoniku u Starom gradu na Hvaru.

Per nobilem virum Marcum Barbaro olim comitem Liesne iuxta libertatem, quam habet, concessum est in Civitate veteri Liesne certum terrenum longitudiuis brachiorum XXX et latitudinis brachiorum XVI pro fabricanda una domo fidelibus nostris presbitero Guidoni canonico ipsius civitatis nostre, fratribus et heredibus suis ob fidem eorumque devotionem in nostrum dominium, sicut publico instrumento suprascripti ser Marci Barbaro apparet, ac responsione nobilis viri Antonii Manolesso olim etiam comitis eiusdem civitatis patet, ipsos fidelissimos nostro dominio esse, quod terrenum sibi confirmari humiliter petunt. Quamobrem attenta eorum fide et devotione, vadit pars, quod idem locus sive terrenum eisdem auctoritate huius consilii confirmetur iuxta formam ipsius privilegii. + 75 — 16 — 14.

Senato. Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

CLXIII. God. 1460. 30. listopada, u Mletcih.

Republika tuži ugar. kralju bana Spirinčića, što hoće da joj otme solinske mlinove.

1460. 30 octobris. — Quia bannus Paulus Spirincich, qui nuperime obtinuit castrum Clisse, per ea que habentur a comite nostro Spaleti, querit occupare molendina et nonnulla, que sunt iurisdictionis nostre Spalati, et sit providendum:

Vadit pars, quod mittantur per collegium unus ex secretariis nostris ad serenissimum dominum regem Hungarie, et unus alius ad dictum bannum occasione predicta, ad instandum et procurandum, quod ipse bannus cesset ab huiusmodi novitatibus, et amicabiliter cum locis nostris vicinare vellit cum illa comissione, que ei dabitur per collegium. + 158 — 3 — 3.

Senato Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

CLXIV. God. 1461. 7. siečnja, u Ninu.

Uz molbe kaptola ninskoga knez ninski riešava u oči sv. Anselma njekoga Ninjanina od smrtne kazni.

Nos Franciscus Michael comes civitatis et districtus None omnibus et singulis presentes literas inspecturis salutem in eo, qui est vera salus, notum facimus et manifestum, quattenus sedentibus nobis in nostro con-

sueto stallo in ecclesia s. Ambrosii nonensis ante altare magnum ipsius ecclesie una cum nobilibus viris ser Andrea q. ser Januarii, et ser Andrea Brascovich iudicibus nostre curie anno 1460, indictione VIII. die lune septima mensis ianuarii, astante populi Nonensis multitudine, omnia infrascripta laudante et approbante, nemine contradicente, venerabilis presbiter dominus Thomas Labislavich arcipresbiter ecclesie s. Anselmi et vicarius reverendissimi domini domini episcopi Nonensis, una cum nobilibus de consilio None, clero capituli eiusdem ecclesie s. Anselmi congregati in dicta ecclesia s. Ambrosii in vigilia eiusdem pro vesperis solemniter cantandis, exposuit nobis et nostro officio: cum ex antiqua et approbata consuetudine, que pro lege reputanda est et habeatur in civitate None, quod quandocumque aut in vigilia presenti solemnitate vespertina s. Ambrosii aut in vigilia s. Anselmi comfessorum et patronorum civitatis Nonensis, capitulum vel comunitas requirerent liberari et gratiose relaxari (sine ulla multa) ex carceribus None unum quemcumque reum sive alias bannitum ex quacumque causa et ex quocumque excessu seu delicto, dummodo non sit sicarius et proditor rei publicae, ille talis reus detentus deberet relaxari, dari et donari dicto capitulo gratiose et sine ulla multa ob reverentia dei, dictorum sanctorum patronorum civitatis Nonensis; et propterea ipse dictus ven. Thomas archipresbiter et vicarius una cum toto capitulo predicto ibi ut supra congregato petebant, et devote nos comitem predictum requirebant, ut dignaremus dictam consuetudinem observare, et eis tradere, relaxare, donare et gratiose largire ob reverentiam dicte solemnitatis s. Ambrosii Jacobum filium Petrionaz habentem aliam habitationem in villa Carnixe districtus Nonae, tunc carceratus in Nona decapitandum pro homicidio ab eo perpetrato in personam q. Giorgii Vlassich de Carnisa, et sententia lata in et contra eum per spectabilem ser Lucam Contareno tunc temporis comitem die, mense, millesimo et indictione scriptis in actis cum suis reg. sciose apponet. Nos vero audita et optime intelecta dicta petitione et requisitione cum omnibus contentis in ea, comunicato consilio cum antedictis nostris iudicibus, nobiscum ut supra sedentibus, considerato in opponiata non premeditato homicidii pretacti, quam et quem dictus Jacobus, ut nobis constat, amare fletur extra districtu Nonae cum maxima penitentia, consideratis multis, que in premissis et circa premissa consideranda fuerunt, dictum Jacobum homicidam de nostro mandato et ex dictis carceribus reductum et constitutum et genuflexum coram nobis, manibus post terga ligatis, et lacrimantem et petentem veniam sui criminis, ex auctoritate nobis concessa et atribuita ab illustrissimo ducali dominio Venetiarum prelibato, dedimus, tradimus, donavimus et gratiose seu per viam gratiae largiti fuimus prefato ven. capitulo ad honorem altissimi domini nostri Jesu Christi eiusque matris Mariae virginis gloriose pro servanda consuetudine pretacta incepta ob reverentiam prefate solemnitatis sancti Ambrosii, liberavimus per totaliter eundem Jacobum ab omni pena corporali sibi danda ex prefata sententia, et totaliter per admodum, ut antea stare et ambulare in civitate et districtu Nonae, seu per civitatem et districtum Nonensem libere, secure, tute et sine ulla molestia sibi quoque modo inferenda ex causa prefate sententie.

*

In cuius rei testimonium presentes nostras fieri iussimus, et sigilli s. Marci nostri regiminis appensione muniri. Data in cancelleria comitis None die, mense, millesimo et indictione suprascriptis. Ego Joannes q. Andreas Bisullum cancellarius None omnia singula de mandado scripsi.

L. S. Pietro Ferrari Cupilli di veneta autorittà nodaro publico e giurato di Zara ho fatto estraere d'altra simile esistente nel libro privileggi della magnifica comunità di Nona, et in fede sottoscritto e sigillato col proprio sigillo notarile.

Ex libro IV.: „Privileggi della magnifica comunità di Nona" carta 104, u zadar. arkivu.

CLXV. God. 1461. 7. siečnja, u Mletcih.

Šalje se poslanik, da izmiri kralja bosanskoga sa Stjepanom hrcegom sv. Save.

1460. 7. ianuarii. Non est dubium, quod dissensiones vigentes inter serenissimum dominum regem Bossine et ducem Stefanum de sancta Sava, nisi componantur et uniantur predicti duo domini ad curam salutis et conservationis utriusque eorum, erit causa perditionis et eversionis status utriusque, ut de despoto Amoree secutum est; quod si sequeretur, ultra comune periculum universe christianitatis facile etiam coniectari potest, quo in statu res nostre Dalmatie reperirent. Et propterea adhibenda est omnis opera, ut predicti duo domini inter se componantur, et ad propriam salutem suam uterque eorum animetur et excitetur. Idcirco vadit pars, quod eligi debeat de presenti in hoc consilio unus noster orator ad predictos dominos, qui respondeat statim, si fuerit in hoc consilio, aut cras ad tercias. Ducat secum illam familiam, que per collegium limitabitur. Discedat, quando sibi mandabitur per dominium, et vadat cum illa commissione, que sibi dabitur per hoc consilium. Habeat orator predictus dono a nostro dominio pro hac legatione duc. 200 auri liberos ab omni angaria. Et si per aliquod officium compelleretur ad solvendum aliquid, dominium nostrum solvat pro eo. + 50 — 1 — 5.

Quod orator predictus eligendus non possit refutare sub pena duc. 500 auri in suis propriis bonis. Et si refutaret pro eundo extra, teneatur transire alpes vel quarnarium, et stare mense quatuor. + 107. Electus ser Paulus Mauroceno condam ser Egidii.

Senato Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

CLXVI. God. 1461. 5. veljače, u Mletcih.

Odredjuje se, da se odabrani poslanik, koj je imao poći kralju bosanskomu i hrcegu Stefanu, obskrbi potrebitim novcem.

1460. 5 februarii. Providendum est, ut vir nobilis Paulus Mauroceno, dessignatus orator ad serenissimum dominum regem Bossine et illustrissimum comitem Stefanum, et promptus ad obediendum mandatis huius consilii cito discedere possit; propterea vadit pars, quod collegium habeat

libertatem accipiendi denarios ad expeditionem predicti oratoris necces-sarios, unde citius haberi poterunt, et sicut eidem collegio visum fuerit. + 122 — 0 — 1.

Senato Mar. vol. VI., u mlet. arkivu.

CLXVII. God. 1461. 26. veljače, u Mletcih.

Mletačke primjetbe na molbe poslanika kneza Stjepana.

MCCCCLX. die XXVI (m. v.). Quod spectabilibus oratoribus illustrissimi ducis Stephani, qui ad presentiam nostram se contulerunt, exponentes oretenus nonnulla, que etiam in scriptis nobis tradiderunt, et huic consilio lecta sunt, respondeatur:

Illustrissimo principo et excellentissima signoria, supplica vostro fiol et menor fradello ducha Stephano ale vostre ellustrissime signorie, come sa bem la vostra serenità, come questo infedel pagano, zoe gram Turco, in quanto pizol tempo, si come meglio intende vostra serenità, quel che ha facto verso tanti signori, tolse Constantinopoli et tuto suo imperio. Et simelmente po considerar la serenità vostra, quante fo le richeze et possanza de signor desposti de Servia, el qual non pote subornar ne saciar gram Turco cum le sue richeze, ne resister cum la sua potentia, la sua signoria tolse; et simelmente da po la morte de conte Bianco tolse tuta la Vlachia, la qual se tegniva cum li Hungari, la qual anchora signoriza al presente; deinde tolse la Morea et tuta sua signoria.

Adesso illustrissimo signor me par, che se appropinqua quello tempo, che me vora devorar, come ha facto de altri principi et signorf, per che nostri termini no e gram montagne ne gram aque, el qual cum le mie richeze non posso saciar ne cum possanza resister, et lui, confidando de le sue force, e disposto a tuor tuto quello, chel pora et a chi pora.

Et io serenissima signoria essendo vostro bon fio et citadino et fedel amigo, come sa la vostra serenità, non truovo mior reduto ne mazor speranza se no in vui, potentissima serenita; et pertanto simmelmente supplico a le vostre signorie, che ve piaqua conceder soto la vostra signoria qualche castello, che fusse in isola, et se non posso haver castello almen qualche ixola zoe o Liesna over Braza over altri segondo meglio par ale vostre signorie, dove serave salvo et guardado io et li mei fioli et mei subditi.

Et se per questa via non posso haver ne castello ne isola, almanco piaqua ala vostra serenita, che possa haver per qualche prexio conde-cente, che fusse de vostro contento, et che io potesse satisfar ala vostra serenita; la qual cossa lasso in eterno dio et in vostra iustissima signoria, che faza et delibera quel, che meglio parera ala vostra illustrissima signoria.

Quod diligentes fraterne excellentissimum dominum suum, sumus et reperiemur semper promti in omnibus concernentibus eius honorem et commoda; si quid vero dubitationis aut molestie sibi occurrit respectu domini Turci, id quippe nobis, qui illustrissime dominationi sue plurimum affecti sumus, magnopere displicet, sed confidimus in bonitate divina et in multa virtute, sapientia et magnanimitate sua, quod, quando casus

ullus accideret, excellentia sua conservare et manutenere studebit statum suum sicut hucusque fecit, et sicut etiam per superiora tempora progenitores sui semper fecerunt.

At quoniam idem dominus petit a nobis aliquem locum sive insulam sibi concedi, ut in casu opportunitatis, cum filiis et bonis suis se reducere possit, dicimus, quod licet speremus et confidamus, quod excellentia sua se prevalebit et conservabit in statu suo, sicut tota mente desideramus, tamen si, quod absit, aliter videretur posse occurrere, erimus semper bene contenti, quod cum persona, filiis, familia et bonis suis per terras et loca nostra se reducere possit ad insulam et locum nostrum Liesne; nam semper excellentiam suam libenter videbimus et tractabimus.

La vostra illustrissima signoria cognosce et intende bem, come pregi la vostra serenita, che se degnasse mandar el vostro ambassador a gram Turco, el qual pregasse per nome de la vostra excellentissima signoria, che non mandasse adosso de mi tanta ira et tanto fuogo senza la mia caxon, et maximamente per compiaxer ali mei nemixi; avisando vostra serenita, come essendo ritornadi i mei ambassadori da la vostra serenita, me avixa, come la vostra signoria volea mandar uno zentilhomo de Scutari per certe vostre facende et le mie da gram Turco, donde i mei ambassadori, essendo stadi da gram Turco, non hano trovado ne visto ne aldido alguna cossa del sopradito zentilhomo; per la qual cossa prego la vostra illustrissima signoria se al presente e per dover andar alguno vostro ambassador verso el gram Turco, piaqua ala vostra serenita far avisar el gram Turco, et recomandarme a lui come som vostro bom fio st fedel amigo et vostro citadin.

Circa partem, per quam petit, ut casu quo missuri simus oratorem nostrum ad Turcum, sibi loqui faciamus in eius commendationem et favorem etc., dicimus, quod ex fraterna benivolentia, quam ad excellentiam suam gerimus, sumus semper cupidi sibi in cunctis possibilibus satisfacere; et casu quo missuri simus oratorem ad Turcum, habebimus memorie hanc rem suam, et libenter pro illustri dominatione sua faciemus, quicquid boni possibile nobis erit.

Io som certissimo, serenissima signoria, che la vostra serenita habia inteso meglio quello, che al presente notificaro ala vostra serenita, come alguni mei fedel amixi, i qual sempre stano ala presentia de gram Turco, me hano avixado, come ala prima vera el gram Turco personalmente pensa vegnir sovra Scutari, se pora far alguna cossa a Scutari; et dapoi passera per Centa, et vignera de longo adosso Ragusi.

Ancora, illustrissima signoria, non me lassa in reposso mai questo crudelissimo tirrano, che per ogni modo vorave haver Zazuina; et al presente me ha mandado a dimandar, digando: dame Zazuina, perche voglio haver passo verso Chiervacia et verso la Dalmatia, promettandome ogni cambio che volesse, e mi non som disposto a far ne questa ne nesuna altra cossa senza conseio et volonta de vostra serenita.

Pro advisationibus autem nobis datis de mala intentione et dispositione Turchi regratiamur plurimum illustrissimo domino suo; et quoniam asserit, Turcum ipsum requirere ab eo castrum Zazuine, super qua re consilium nostrum petit, dicimus, quod cognoscimus illustrissimum dominum ducem Stephanum sapientissimum, nec dubitamus, quod semper

vigilans et inteutus erit ad omnia, que honorem et bonum statum suum concernere habeant; loquentesque fraterne cum excellentia sua, cupidique omnis eius comodi, dicimus, quod iuditio nostro una de principalioribus et utilioribus provisionibus ad continendam rabiem huius hostis esset, quod inter ipsum ducem et regem Bossine bonum concordium sequeretur, per quod dubitari non debet, quod prestaretur materia Turco persistendi magis in terminis suis; et hinc est, quod moti zelo caritatis et amoris nostri in ipsos dominos, iam elegimus et cito missuri sumus ad eorum presentiam oratorem nostrum, a quo excellentia eiusdem ducis particularius intelliget optimam mentem nostram.

Ancora la vostra illustrissima signoria cognosse et intende, quando chel fio de Stephano Cernoevich iera in le mie mano, et habiandomelo dimandado gram Turco et signor despoti, mai non li vulsi consentir, ma quando la vostra serenita me lo domanda, io ve lo doni de bom amor et de bona carita molto volentiera per far cossa, che fusse grata ala vostra serenita, et alhora avisi vostra serenita de li suoi costumi albaneschi; et in quella volta vostra serenita me impromesse, se me feva alguno oltrazo over dano, de doverlo castigar in siembre cum mi; onde molte fiade io me ho lamentado di danni et oltrazi, che me ha facto, et sempre la vostra serenita prometando de farme raxon; adesso me ha facto tanto, che hora mai non lo posso piui sofrir. Ma se io non guardasse la vostra serenita de mazor vaivoda cha de Stephaniza, saverave et porave far la mia vendeta; avixando vostra serenita che me ha facto de gram dani, et finalmente ha mandato la sua gente, et si me ha rubado perechie persone, et si la vendude in uno castello de gram Turcho chiamado Medum.

Ad factum vaivode Cernoich, respondemus: quod si quid per eum gestum est, quod molestum sit et damnosum prefato illustrissimo domino, id profecto nobis vehementer displicet, et preter omnem mentem et intentionem nostram procedit; scribemus itaque, quam primum et efficaciter admonebimus ipsum Stephanum, quod ab omni innovatione desistat; et si quod damnum intulit, illud reficere debeat, et se gerere in omnibus, sicut requirunt fraternitas et bona amicitia, quam habemus cum prefato illustri domino duce.

Illustrissima signoria, molte fiade i mei ambassadori hanno supplicado ala vostra serenita per parte nostra per facto de la caxa mia, et la vostra serenita ogni volta ha promesso de volermela comprar; cussi prego vostra serenita, che la mia caxa sia comprada, la qual al presente me xe de gram bisogno per fare i facti mei, azoche io podesse mandar et salvar le mie cosse in caxa mia, et che i mie servidori possa vegnir in la mia caxa propria.

Circa domum, quam sibi emere promisimus, profecto desiderium nostrum fuit et est in hoc libenti animo sue excellentie satisfacere; sed ut ipsi spectabiles oratores intelligere potuerunt propter conditiones huius urbis nostre non reperiuntur nisi cum maxima difficultate domus venales, maximeque de illis, que illustri duci Stephano conveniant; sed stabimus ad hoc attenti, et quamprimum fieri poterit, id valde libenter facere curabimus: interea vero sumus bene contenti, quod sicut sibi promisi-

mus, habeat affictum domus predicte; et ita illum hic quamprimum sibi dari faciemus.

Ancora piaqua intender ala vostra serenita de 600 ducati doro, che dio haver da la camera de Cataro, come apar per li privilegii de la vostra inclyta serenita. Adesso molti anni sono passadi, che io non posso haver i mei danari contadi, se non vegno pagado cum sal, de la qual sal io non posso haver i mei danari contadi; si che supplico a la vostra illustrissima signoria, che possa haver i mei danari contadi.

De pecuniis, quas excellentia sua, ut asserit, habere debet a camera nostra Catari, dicimus equum et honestum esse ut prefato illustri domino satisfiat. Quoniam firmissima intentio nostra est, quecumque sibi promissa integre observare et facere observari, scribemus itaque et mandabimus efficacissime comiti Catari, ut omnino tam cum pecuniis quam cum sale provideat cum effectu, quod prefato illustri domino satisfiat.

El castello, che tulsi ali Hungari, chiamado Zazuina, haveva certe ville, le qual Juanis bani et Petar bani deti ali Polizani, e che li serva a diti Joanis et Petar bani, cussi etiam illustrissima signoria i sopraditi Polizani, quando havi preso el dito castello, voluntariamente volsi vegnir da mi, e si me prega, che li desi le sovradite ville, offerandose de servirme et far tuto quello, che hano facto a Jovanis et Petar bani e le dicte ville io di cum quella condicion adesso lor non me pol servir et mantegnir i pacti mie; et pertanto io termino le mie ville et mie terreni tuor et darli a persone, che faza el suo dover segondo uxanza del paexe.

Ancora supplico ala vostra serenita, che li 60 ducati, che debo haver per affito de la mia caxa, prego la vostra signoria, che sia dadi a questi mie ambassadori.

Ad partem villarum castri Zazuine, quas a Pollicensibus rehabere velle videtur, respondemus, quod de re ista non habemus aliam informationem, sed dabimus operam intelligendi materiam istam, sitque certa excellentia sua, quod non vellemus unquam nisi ea, que iusticie et equitati conveniant; et in his, que honeste poterimus, semper conabimur sue excellentie complacere.

Et ex nunc captum sit, quod de re ista scribatur rectori nostro Spaleti, ut nobis veram et particularem informationem debeat circa hoc dare.

Ancora supplico a le vostre signorie cum sit, che una volta vostra serenita me habia facto gratia, che possa trar el vostro sal de luogi et citade vostre pagando el sal et li vostri datii segondo appar per uno privilegio, el qual have da la vostra serenita; el io piùi tosto vora dar utilita ale vostre cita cha a le altre cita; si che prego vostra serenita, che me sia fato una lettera patente, azo non habia impazo ne molestia da alguno vostro subdito.

Ad ultimum de facto salis, quem petit extrahere posse de terris et locis nostris solvendo dacia et cetera, iustificari et honestari debeat res, ista illis bonis et pertinentibus verbis, que magis utilia videbuntur, concludendoque, quod in hoc sibi complacere non possemus nisi cum magno damno et destructione camerarum introituumque nostrorum; quod ut certi sumus, excellentia sua videre non vellet. De parte 142, de non 0, non sinceri 2.

Secreta cons. rogat. XXI. c. 31. tergo, u mlet. arkivu.

CLXVIII. God. 1461. 23. ožujka, u Mletcih.

Republika mletačka obavieščuje svoga tajnika u Ugarskoj o svojih nakanah glede Hrvatske.

MCCCCLXI. die XXIII marcii. Circumspecto viro Petro Thomasio secretario in partibus Hungarie.

Petre, reddite sunt nobis littere tue dierum ultimi februarii nuper decursi et secundi mensis instantis, quibus inter cetera novimus reditum Budam regie maiestatis Hungarie. Quantumque apud serenitatem suam in exequtionem mandatorum nostrorum per te actum extitit, presertim circa novitates contra subditos nostros illatas per bannum Paulum Croacie; intelleximus quoque gratum et humanissimum responsum per eius maestatem tibi datum in ista materia; unde nobis porsuademus, quod per accessum nuntii, quem scripsisti nobis serenitatem suam mittere statuisse ad ipsum bannum, cum ab eiusmodi innovationibus debere desistere et cum nostris amicabiliter esse vicinaturum. Volumus itaque et mandamus tibi, ut operam dare debeas adeundi presentiam ipsius serenissimi regis, referrendo sibi nostri parte gratias permultas de quanto pro sua iusticia et equitate proque affectione, quam ad nos habet, fecit in ista materia, utendoque circa hoc illis bonis et pertinentibus verbis, que tue prudentie videbuntur. Eidem autem serenissimo regi scribere deliberavimus per litteras alligatas, quarum exemplum ad advisamentum mittimus his implicitum, ipsas litteras serenitati sue presentabis. Scribimus quoque magnificis dominis Rainoldo et Joanni vaivode Transilvano iuxta commemorationem tuam, quas litteras similiter suis magnificentiis exhibebis cum illis bonis et accomodatis verbis, que videbuntur tibi.

Intelleximus preterea, quantum scripsisti nobis relatum tibi fuisse per illum dominum, quem non modice reputationis esse scribis, in factis Croacie ponende in manibus nostris per aliquod bonum medium et cetera; et respondentes tibi cum nostro consilio rogatorum, dicimus, quod si certificatus eris verba ista processisse de scitu et mente serenissimi regis; quoniam si aliter esset, nullo modo volumus nec intendimus, ut verbum ullum facias de re ista. Contenti sumus et placet nobis, quod captato tempore, secrete te reperias cum prefato domino, dicendo sibi, quod ex officio et debito tuo nobis noticiam tradidisti de quanto sua magnificentia tibi dixit in ista materia, quodque habuisti responsum a nobis, quod regratiari debeas dominationi sue de quanto tibi proposuit, erimusque contenti, si ita placebit sibi, particularius intelligere mentem suam circa rem istam; et de quanto habebis, curabis nos quamprimum litteris tuis certiores efficere. De parte 137, de non 1, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum XXI. c. 39, u mlet. arkivu.

CLXIX. God. 1461. 23. ožujka, u Mletcih.

Pošto je krčki knez obustavio i razorio solnice uslied mlet. naloga, dozvoljava mu se 500 mira iz koparske solnice.

MCCCCLXI. die XXIII martii. Provisum et captum fuit alias in hoc consilio, quod diceretur magnifico comiti Joanni Vegle etc., ut salinas, que erant et faciebant salem in dicta insula, deberet quam primum demoliri

et destruere ita ut amplius non extarent aut facerent salem. Et quod pro usu suo et dicte insule daretur sibi de sale nostri dominii precio et mensura, quo datur nostris subditis. Qui quidem magnificus comes promptissime obedivit jussis nostris, quippe qui quamprimum destruendas et demoliendas curavit dictas suas salinas. Et ita continue obedire et obtemperare mandatis nostris intendit tamquam filius obedientie et devotissimus noster. Verum quia ad benignitatem nostri dominii pertinet uti aliqua munificentia erga dictum comitem, respectu maxime dicte sue obedientie et devotionis, vadit pars, quod de sale nostro Justinopolis ac decimarum nostrarum dentur et largiantur prefato comiti Johanni, filiis et heredibus suis singulo anno in Justinopoli mozeti v centum salis ad mensuram Pagi pro usu suo et dicte sue insule. De parte 131, de non 4, non sinceri 2.

Senato Mar. vol. VII. c. 3. t., u mlet. arkivu.

CLXX. God. 1461. 28. ožujka, u Mletcih.

Sindici i providuri mletački, poslani u Dalmaciju i Albaniju, odgovaraju na molbe podnesene jim od budvanskih poslanika.

Nos Julius Contarenus et Antonius Venerius pro illustrissimo et eccellentissimo ducali dominio Venetiarum etc. ad partes Dalmatie et Albanie sindici et provisores.

Comparentes coram nobis non nulli cives Budue nomine comunitatis eiusdem, nobis infrascripta capitula porrexerunt, ad que facimus responsiones nostras pro ut in fine unius cuiusque eorum particulariter continetur.

Et primo ad primum huius tenoris, videlicet: Dinanti di voi magnifici et generosi signori meser Julio Contarini et meser Antonio Venier per parte delli servitori fideli e vassali dell' illustrissima signoria di Venetia noi giudici et università di Budua humilime et riverentemente exponemo alle prefate vostre signorie, conciosia che signorizando lo sig. Balsa, nui eravamo suoi sudditi; et in quel tempo lo vaivoda Stefano Cernoi nulla havuta da fare dalle montagne in qua. Morto lo Balsa, nui Buduani venissemo sotto obedientia de la vostra signoria, lo prefato vaivoda s' acconcie con il signor despot, per la qual cosa lo detto vaivoda se impetrò li nostri terreni dallo prefato signor despote. Da poi la vostra prefata signoria ne rendete allo despot, et al hora lo despot commandò allo prefato vaivoda, che ne rendesse le nostre possessioni, come possino provare per privilegio del sig. despote. Poco passato certo tempo lo prefato voivoda Stefano andò a conciarse con lo duca Stefano; nui predetti Buduani ne rendessemo alla prefata illustrissima signoria, li predetti duca Stefano de Bosina et Stefano Cernoi ne venero adosso, tagliandone le nostre vigne e brusciandone la terra, tenendone più di assediati in castello, la qual cosa quando consegnassimo el castello alli magnifici proveditori meser Marco Zen et Alvise Loredan ne promesseno farne render le nostre possessioni et terreni. Unde venendo lo prefato vaivoda ad obedientia della prefata signoria nostra, più lettere la prefata signoria l'ha scritto, che li renda li nostri terreni, et non l'ha voluto obedire. De che supplicamo la prelibata signora vostra, che vi piaccia

farne restituire li nostri terreni et possessione, che ne tiene senza rasone et per forza. Respondemus quod ad ec nobis nimis spectat, sed de his habeant recursum ad nostrum illustrissimum dominium.

Ad secundum huius tenoris, videlicet. Item supplicamo la vostra signoria, azo che fra li nostri cittadini non sia scandalo, che nullo nostro cittadino ne forestiero, che abbia possessione in questa terra, habbia soldo ne provisione ne in castello ne in terra, come ne fu promesso da prefati proveditori meser Marco Zeno, meser Alvise Loredan. Respondemus, quod fiat ut petitur.

Ad septimum (sic) huius tenoris, videlicet: Item supplicamo alle vostre signorie, conciosia che la povertà è in questa terra, non possando a Vinexa ad appelar le nostre sentenze, che le vostre magnificentie ne conceda possano andar alla cancellaria del conte di Cattaro ad appellar le nostre sentenze dapoi fornito lo regimento de miser Nicolò Remundo al presente nostro podestà. Respondemus, quod fiat eis ut petitur iuxta continentiam eorum privilegii sibi indulti per dominum Ludovicum Lauredano et dominum Marcum Geno militem.

Volumus itaque et ex officio nostro requirimus, capitula et concessiones nostras presentes inviolabiliter observari et penitus executioni mitti debere. In quarum fidem presentes fieri iussimus, sigillique nostri sancti Marci appensione muniri.

Date Budue die 28 martii 1461. Franciscus Trivisanus cancellarius.

Iz prepisa u mlet. arkivu naposeb.

CLXXI. God. 1461. 23. ožujka, u Mletcih.

Republika zahvaljuje se kralju ugarskomu, što je naložio banu Petru, neka na granici miruje.

1461. 23 martii. Serenissimo domino regi Hungarie. Habuimus novissime litteras circumspecti secretarii nostri Petri Thomasii iampridem missi per nos ad vestram regiam maiestatem, nuntiantes nobis, quanta humanitate eum intuitu nostro serenitas vestra viderit susceperitque, ac quantum presertim moleste tulerit, quod banus Paulus, per celsitudinem vestram in Croaciam missus, ad novitates illas indebitas contra nostros processerit. Et enim quantum de summa equitate et honestate deque magna benivolentia vestra serenitas in nos nihil acceperimus novi, gratissimum tamen et iucundissimum nobis fuit, quod nuntium suum ad bannum Paulum mittere instituerit, ut ab inhonestis modis per eum hucusque servatis, abstineat, quos certissimi sumus preter scientiam preterque omnem mentem et intentionem vostra serenitas procesisse. Cum enim singulari et precipuo quodam amore illustrem quondam genitorem vestrum recolende memorie semper prosecuti fuerimus, ita et in regiam maiestatem vestram et omnes suos servare semper intendimus. Nec dubium ullum facimus, hanc ipsam erga nos esse mentem et sententiam celsitudinis vestre, ut mutua hec nostra benivolentia et amicitia non solum perpetuo conservetur, sed etiam si quid super addi possit, continue de bono in melius augeatur. De parte 137, de non 1, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum lib. XXI., u mlet. arkivu.

CLXXII. God. 1461. 7. travnja, u Mletcih.

Pavao Mauroceno oslobodjen od dužnosti, da podje poslanikom u Bosnu.

1461. die VII aprilis. Consiliarii. Cum vir nobilis Paulus Mauroceno designatus fuerit orator noster ad serenissimum dominum regem Bossine et dominum ducem Stefanum, et paratus sit obedire mandatis nostris. Sed quia propter occupationes terre nundum potuit expediri, et adhuc dubium est, an ire debeat ad legationem ipsam; non sitque conveniens, quod sic stet impeditus, cum pro eo non deficiat exequi mandata nostra; vadit pars, quod idem ser Paulus ad omnia eligi possit, sicut poterat, antequam fuisset electus ad dictam ambaxiatam, sicut in diversis aliis pluribus nobilibus nostris concessum. Et si consilium vel capitulare etc. De parte 818, de non 27, non sinceri 23.

Maius consilium. Regina c. 30., u mlet. arkivu.

CLXXIII. God. 1461. 16. travnja, na Braču.

Naredba bračkoga kneza, da svak, koj nosi osobne terete, ima nositi i onaj javnoga poščika.

1461. die iovis 16 aprilis. Magnificus dominus comes sedens pro tribunali ad eius solitum iuris bancum hora debita causarum, audita differentia vertente quotidie coram sua magnificentia occasione posticorum, sententiavit et terminavit, quod quelibet populana persona, substinens onera personalia in communi Brachie, teneatur facere offitium posticorum, dum contigerit eos esse posticos, nec ullo modo possint exemptari nisi propter senectutem. Laus Deo. Presentibus ser Georgio Filippi et ser Luchino Tomassich.

Petrus Ant. Bertanus cancellarius Brachiae aliena manu extraxit suprascriptam terminationem, concordat, subscripsit et sigillavit.

Exemplum ex volumine clarissimi domini Marci Molino olim comitis Brachiae, u zadar. arkivu.

CLXXIV. God. 1461. 23. travnja, u Mletcih.

Daje se nalog kapetanu od kulfa, da preveze na onu stranu poslanika hrcega Stjepana sv. Save.

1461. 23 aprilis. „Quod in complacentiam illustris domini ducis Stephani sancti Save, cuius orator, qui hic est, maximam facit instantiam, quod pro securitate persone sue et sui haveris, cum asserit multas pecunias habere et alias res, levetur super his galeis nostris. Mandetur capitaneo nostro ituro ad culfum, ut provideat dictum oratorem levare cum rebus suis et cum duobus famulis, et conducatur in illum locum, qui habilior et comodior ipsi capitaneo videbitur“. + 125 — 0 — 1.

Senato. Mar. vol. V., u mlet. arkivu.

CLXXV. God. 1461. 5. svibnja, u Trogiru.

Sindici i providuri u Dalmaciji i Albaniji daju odgovor na prošnje poslanika trogirskoga puka.

Nos Julius Contarenus et Antonius Venerius pro illustrissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum etc. ad partes Dalmatie et Albanie sindici et provisores. Parte popularium civitatis Tragurii nobis presentata fuerunt capitula infrascripta, ad que fecimus responsiones nostras, prout in fine uniucuiusque eorum continetur:

Et primo ad primum huiusmodi, videlicet: Avanti di voi magnifici e generosissimi M. Julio Contarini et M. Antonio Veniero per la nostra illustrissima et amplissima ducale signoria di Venetia proveditori et sindici dignissimi ad partes Dalmatie et Albanie etc. sex elletti con la zonta per università di vostro fidelissimo popolo di Traguro ad esponer alle magnificentie vostre quello, che a noi esser fatto contra rason, et quello che summa necessità, che per com. decreto sia terminato e dilucidato per buon e pacifico viver di tutti fidel subditi e servitori vostri, et prima. Cum sit, che la nostra illustrissima signoria per sua summa clementia ne habbi terminato, che non possando masinar in altri molini della signoria per voler andar ai molini de Sibenico; ma se de inverno per cattivi tempi andar e tornar stentano zorni 15 e più, e perchè anche mal è pericolosa via per mar della Plancha, avantichè vegna de là la mittà e molte volte i poveri homini consuma tutto quello, che hanno portà a masinar. Per tanto humiliter supplicano, detta termination sit dillucidata, che non possano mazenar i molini di Spalato, li quali sono in diocese vostra essendo e la intention del nostro supplicar etiam la intention di nostra exellentissima signoria. — Respondeatur, quod si qui deffectu aquarum mulendinorum Tragurii irent ad mulendina Spalati seu Sibenici pro macinando, Tragurii nullum dacium persolvere debeant iuxta continentiam ducalium litterarum 5 aprilis 1458 super inde disponentium.

Ad secundum huius tenoris, videlicet. Item humilmente pregamo la generosità vostra ve degnati redrezar lo capitolo dell' incanto della vendition d'isola vostra di Bua, fatto per spetabil homo M. Zuane Moro, cum sit noi abbiamo impetrado la ditta isola, ed è concessa per l' excellentissimo consiglio di x, in aquisto della qual havemo speso ducati duecento, comencando dal 1420 vel circa per fina ultima termination, la qual isola in primaria concession, quando primamente vegnissimo alla obedienza vostra, ne fu concessa per benignità e clemenza vostra e per information del vostro dignissimo capitanio M. Piero Loredan et per nostra fedeltà, obedienza et amor, el qual sempre avemo portado all'illustrissima signoria nostra al presente inadvententer sup. p. M. Zuanne Moro ne habbia intra altri capitoli intracluso, che noi tutti cultovadori de detta isola debiamo portar al pallazzo di nostri rettori tanta paglia, che basti per suo uso e di suoi cavalli, della qual cosa noi sumamente se gravamo, perchè questo vostro fidelissimo popolo non fù ne sarà mai huomini di portar strame alli cavalli, ne mai per la signoria vostra furono esercitadi, ma sempre sono stadi primi Dalmatini in la armata vostra e in galie e in galioni e in ogni fatto d'arme per vostro honor et vostro stado. E certamente magnifici signori, più tosto volsem-

alle man ogni zorno con l'inimici vostri, che esser chiamadi ragazzi e portatori di paggia alli cavalli, lo qual nome fina di d' hoggi habbiamo per tutti luochi di Dalmatia. Per tanto domandemo la signoria vostra ne vogliate trar di tal angaria indecorosa, e metterne in quello che disse la vostra lettera ducale, che disse, che detta isola possano i fedel suditi nostri, dantibus ipsi nostro dominio quantum eorum que recoligent et non altro, e non che dovemo portar paggie alli cavalli, non perchè non restamo esser obedienti ai nostri rettori, ma per gran vergognia e gran mancamento di nostro honor. — Respondeatur, quod habitatores et laboratores insule Bue tantumodo conducere tenebantur usque ad ripam marine civitatis Tragurii paleam, quam vigore capituli incantus ipsius insule conducere tenebantur ad palatium domini comitis, et non possint aliter compelli sub pena librarum 50 cuilibet rectori contrafacienti et qualibet vice.

Ad tertium huius tenoris, videlicet. Item humiliter esponemo, che son certi horti, li qual son in barbacan per intorno delle mura della città, fatti per certi compagni et per vostro cancellier ser Piero di Rechanati, li qual horti impedissero li andati delli muri di barbachan, per modo che li animali, li quali passano di là, non può passar. Per tanto la vostra signoria porà veder, che detto horto de ser Piero non sta ben, et questo, perchè intravegniando fuogo, li poveri homini non porrano haver luogo de logar la sua robba et proprie persone presertim putti, li quali non se puol agiustar intravegniendo el caso, et per quali horti di barbachan intravegniando alcun bisogno, quod absit, sarave un grande impazzo. Per tanto humilmente dimandano socorso, che li detti horti sia rimessi. — Respondeatur, quod hii, qui habent hortos in barbachano predicto, illos ellongare debeant a muris civitatis per duos pedes cum dimidio

Ad quartum huius modi, videlicet: Item cum grave querella esponemo, cum sit, che li officiali sive cancellieri, cavallieri, piaceri, i se pagano contra ogni rason ingordamente, cancellieri per le sue scritture, instrumenti e sentenze, cavallieri per le essecution delle sentenze e delle preson, piaceri per li suoi comandamenti, per li quali excedino ultra el modo in pagamenti; per tanto humiliter pregemo, che per vostro decreto li sia limitado quello che è giusto, acciochè sempre non siamo in lite et in contesa. Cancellier habia quello, ha habuto el suo processor di instrumenti e delle sue copie di scritture ed altri atti. — Respondeatur, quod serventur eorum antique consuetudines approbate in facto solutionum predictarum, et contra eas nullo modo graventur.

Ad quintum huius tenoris, videlicet: Item excellentissimi signori intravien, che uno doverà dar ad altro lire 20, over 10, over 6, e questo se trova spesso volte, e convien far citar, pagar la citation, cancellier e pagar sentenze per apportar, e cavarla da libro, e darla in man de cavallier intravien spesa molte volte de 8 over x. soldi, 24 e 25 soldi, in modo, che poveri sono disfatti. Supplichiamo per vostro decreto sia terminato, che de debito liquido vostro rettor possa far rason sumaria per fina lire 5, acciochè poveri cittadini non sia desfatti per tante spese. — Respondeatur, quod dominus comes Tragurii administrare possit et valeat sine strepitu et figura iudicii usque ad summam solidorum 20.

Ad sextum huius tenoris, videlicet: Item gravamo davanti le magnificentie vostre, cum sit, che infinite figlie de cittadini nostri honeste de vita e de parentà, le quali per vodi e per devotion per servar la sua vita honesta, etiam per salvation de anima sua, con grande avidità vorian entrar in li monasterii alli sacri ordini, servir ad omnipotente dio, fino di d'hozzi niuna di quelle non è permessa d'intrar in alcuno monasterio salvo una, che pochi zorni in quà fu recevuda con grandi affari e dure stente, la qual persvasion et per certa inhonestà intravenne in monastier di s. Pietro anche quella fu absolta, non possa più star in monastier. Per tanto pregemo la signoria vostra ve degniate di proceder, che vostre figlie honeste e di buona fama possa intrar in li monasterii alli servitii del sommo Iddio, come anco la vostra illustrissima signoria la fatto a Zara. E perchè noi habbiamo dalla vostra excellentissima signoria in la prima concession, che ne promette de tratarne e mantegnir come tratan e manteno l'altri suoi suditi Dalmatini, per tanto humilmente pregiamo la signoria vostra ve degniate per vostra termination administrar la rason, e questo sommo benefitio, el qual si è a laude et honor de altissimo Dio, possa essequir quelli, li quali sono prompti alli servitii di Dio per mezzo della signoria vostra, come è giusto, possano esser ricevuti in detti monasterii. — Respondeatur, quod de monasteriis et monialibus predictis nullo modo nos impedire volumus.

Ad septimum huius tenoris, videlicet: Item humiliter esporemo, che per la benignità e clementia della vostra inclita signoria vedendo summo bisogno nostro e grandissima opportunità ne concesse, che per tutta università de questa nostra città concesse, che non possamo haver delli denari della sua camera lire 300 per uno mistro de scolla, col el qual prezzo havevo stato molti e molti anni habbiando mistro de scolla, con el qual precio za un anno passado per sua autorità propria e per suo decreto hanno obligado questa università, la qual cosa minime hanno potuto far, perchè habbi termination de nostra excellentissima signoria, che i zentilhomeni di questa terra non possa metter parte nel suo consiglio, della qual populo non se contenta. e se sta mettesse, non possa haver esecution fin tanto, che quella tal parte non è aprovata per la nostra signoria. Unde per nulla non possamo a sentir questa tal zonta, ne esser obligati per lori, la qual zonta si è lire 200, se detto mistro vol star, con questo che de putti di scolla e de quelli, che impara salterio e donato, non dii haver zonta per fintanto, che cominza intrar in latini, e come ha intra in latin, paga la zonta per la sua ratta al ʒ̄. non vogliando dimandamo humilmente la signoria vostra ve degniate di far termination, che ogni uno sia libero, e che se trova uno maestro di scolla per lire 300, come vuol la nostra illustrissima signoria, il quale fina mò se puol haver homo sufficiente per detto precio, perchè nui non possamo pagar zonta per summa povertà. — Respondeatur, quod non videtur nobis aliquid inovare; verum si quis se gravatum sentiet, volumus, ut regressum habeat coram dominum comitem, qui sibi iustitiam ministrabit.

Ad octavum huius tenoris, videlicet: Item magnifici signori appar, come la vostra inclita signoria habbia fato uno nostro cittadin per nostro soprastante per suo consiglio illustrissimo de x. li tre anni primi, li quali

ha compido, postea ha fatto per anni due et finiti, ordina, che il mag. nostro rettor debbia far un altro, fanno due, e cusì gradatim de anni due in anni due, supplicamo ala signoria vostra, che d'anni due detto Marin debbia compir in detto officio; compidi questi, che per vestro decreto e per vigor della termination della illustrissima signoria el vostro rettor debba crear un altro, acciochè ogni uno partecipi de honori e della utilità. — Respondeatur, quod exequantur littere et mandata ducalia superinde disponentia.

Ad nonum huius tenoris, videlicet: Item esponemo: cum sit, che la vostra illustrissima signoria concede, se debbia tegnir in questa vostra città piaceri tre, li quali debbia esercitar et attender al suo offitio, et non impacarse in altro, par che questi nostri li quali sono al presente in offitio, li se habbia tanto dismentigado, che non cura quasi più d'attender al suo offitio, anci che più se impazza di advocar che de altro; per tanto supplicamo la serenità vostra degnatove far termination, che de anni due in anni due li detti piaceri si debba mudar, acciochè ogni uno attendi meglio al suo offitio, et che cadaun cittadin partecipi de utilità et honori. — Respondeatur, quod precones comunis nullatenus advocare possint pro aliquo, et si advocabunt, priventur offitio suo.

Ad decimum huius tenoris, videlicet: Item che tutti siimo e debbiamo esser egualizati a far guardie in luoghi deputadi al anticho fuora quelli, li quali sono esentadi per la vostra illustrissima signoria. — Respondeatur, quod fiat ut petitur; verum de hiis, qui habuissent exemptionem ab annis 12 ultra, nullo modo nos impedire intendimus respectu commissionis nostre.

Ad undecimum huius tenoris, videlicet: Item humiliter pregano, che la magnificentia vostra debbia far decreto, perchè la termination della vostra clementissima signoria, che nui se possamo reddur insieme cum licentia de vostri rettori, quando voremo proponer alcun fatto per la università d'avanti al rettor over mandar ambasciatori d'avanti la vostra illustrissima signoria, che li rettori non possa suspender ne tegnir, et ancora darne la lettera de credenza. Et perchè li rettori assai volte ne hanno suspesi, in modo che non podemo andar alla signoria, per tanto pregamo, che per vostra termination fate comandamento, come anche la intention della illustrissima signoria, che non possa ne debbia tenir de reddurse, ne mandar ambasciatori a Venetia alla signoria e far lettera di credenza, etiam comandar al cancellier senza alcun altro strepito alla nostra illustrissima signoria quelle cose, le qual volemo accusar la prelibata nostra ducal signoria, perchè molte volte cancelieri recusa, perchè temono li rettori; a questo modo la nostra illustrissima signoria non vien accusata de molte cose mal fatte. — Respondeatur, quod serventur et penitus exequantur mandata ducalia super inde disponentia.

Ad tertium decimum huius tenoris, videlicet: Item humilmente supplichemo, cum sit che per molti anni per avanti cognoscendo i nostri rettori grande bisogno de suoi poveri subditi e cittadini, quando intravegniva, che bisognasse le sconte per lavorieri de vostra communità de fabricar, quelli tal era remunerati over 5 over 6 over 4 soldi al giorno. Il che i detti rettori cognosceva, che quelli tali non se podeva mantegnir, perchè lavorava tutto ell' zorno, quando vegniva a casa la sera,

non haveva pur pan da mangiar, e doman seguente non podev… a tal fabricha; per tanto li proveda el pretio soprascritto. Pe… humilmente supplichemo, che la signoria vostra lo provedete, che i … reti possa sustentar la sua vita et esser sempre alli servitii de qu…a. Unde subvention che par e piase alla gratia vostra, alla qual humilmente se raccomandiamo. — Respondeatur, quod relinquimus illustrissime dominationi nostre eisdem solutionibus huiusmodi providere, sicut eius excellentie videbitur expediri.

Volumus itaque et ex offitio nostro requirimus, capitula suprascripta et responsiones nostras inviolabiliter observari et executioni mitti debere. In quorum fidem presentes fieri iussimus, sigilloque nostro s. Marci appensione muniri.

Datum Tragurii v. mensis maii 1461. Franciscus Trivisan cancellarius. L. S.

Atti de sindici Avogudori c. 6—9, u zadars. arkivu.

CLXXVII. God. 1461. 28. svibnja, u Šibeniku.

Obćina šibenička dopituje šumu svomu selu Dazlini izključivo za siečenje gradjevnoga lesa.

Assignatio *gaj* villae Dazline. Die xxviii mensis maii MCDLXI. Comparentes nomine huius villae ad praesentiam comitis et capitanei Sibenici Alexandri Marcello Tomasius Drazich et Alessius Cucolich iudices ipsius villae, exposuerunt, se non habere ubi incidere ligna *ab opere* pro sua necessitate, rogantes, quod mandetur unus iudex curiae maioris cum facultate assignandi ipsis unum *gaj* ad hoc, ubi esset omnibus prohibitum incidere ligna *ab igne* et *ab opere* sine permissione comunis Dazline. Comes, annuens petitioni, ordinavit Domiano Tobolovich se conferre ibidem, et consegnare petentibus partem nemoris ipsius villae Dazlinae cum hoc, quod sit prohibitum in posterum ibi incidere ligna in paena viginti soldorum pro qualibet planta excisa.

Tobolovich die 22 maii se contulit Dazlinam, praebuit villicis nemus „incipiendo a monte Baliach, et eundo versus alium montem vocatum Disvene, recedendoque a dicto monticulo Disvene, et eundo recto tramite versus alium montem vocatum Galaz, et a parte sirocali usque ad confinia villae Rachitnizze, reservatis semper iuribus communis Venetiarum. Cui vero terminationi et assignationi prefatus dominus comes suam et communis interposuit auctoritatem et iuditiale decretum ss.

Diplom. Sibenic. in biblioth. palatina Viennae. Cod. suppl. 541 p. 126.

CLXXVIII. God. 1461. 23. lipnja, u Mletcih.

Nalaže se knezovom Šibenika, Trogira i Spljeta, da sporazumno sa Poljicani, odbiju napadaje bana Petra.

1461. 23 iunii. — „Sicut ab ipsis effectibus cognitum est, postquam bannus Paulus venit ad partes Croatie, nunquam cessavit multas novitates inferre terris nostris Spaleti, Sibinici et aliis locis nostris illarum

partium, usurpando jurisdictiones notras et multa damna et innovationes faciendo contra subditos nostros; et inter cetera nititur occupare salinas nostras proximas Spalato, ad milliaria tria, non permittendo subditos nostros eas laborare cum gravi damno nostro introituumque nostrorum"; et quamvis pluries ei et ipsi regi scriptum fuit super hoc, et ipsis missi fuerunt ambasciatores, et rex ei iussit, quod vivat in pace cum nostris, ipse vero non praebet aures, sed progreditur longe; ideo mandetur comitibus Sibenici, Tragurii et Spalati, quod salinae predictae laborari debeant, ipsique comites se intelligant cum Polizanis, et irruptiones bani fortiter rejiciant. Datur de hoc notitia segretario in Hungaria.

Secr. cons. rog. lib. 21., u mlet. arkivu.

CLXXIX. God. 1461. 4. kolovoza, u Mletcih.

Odgovara se Ivanu knezu krčkomu o prijavi glede Rieke.

1461. 4 augusti. Quod vir nobilis Paulus Mauroceno respondere debeat magnifico comiti Joanni Vegle genero suo ad litteras lectas huic consilio in facto loci Fluminis in hac forma, videlicet:

Io ho ricevuto lettere dela magnificenza vostra, et per quelle intexo, quel la sentito praticarse del luoco de Fiume, e de quella materia dato adviso a questa illustrissima signoria, la qual lha havuto gratissimo et acceptissimo, cognoscendo questo procieder da singular zelo et affectione la i porta. Et ringratia grandemente ala magnificencia vostra, et molto li piaceria; e cussi conferto la magnificencia vostra predicta, che gli piaza dar opera de intender quanto piu particular et distincta mente possibele sia questa materia, et de tuto darme noticia, perche gli possi dar adviso, pero che el me par quella seria contenta et inclinatu a devegnir a tute le cose conveniente et honeste. De parte 105, de non 1, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum lib. XXI., u mlet. arkivu.

CLXXX. God. 1461. 8. kolovoza, u Dubrovniku.

Občina dubrovačka pripoznaje gospodstvo mletačko nad morem.

Exemplum quarundam literarum communitatis Ragusii, quibus fatentur, culphum esse illustrissimi dominii Venetiarum. Serenissime princeps et excellentissime domine, domine observandissime. Post humilem commendationem ad serenitatis vestre pedes. Non fallit nos profecto opinio spesque nostra de clementia celsitudinis vestre erga nos; immo eam magis in dies liquido perspicimus: quam et nuper dominatio vestra perbenique demonstravit humanissimis suis ad nos literis istic datis die xxviii mensis prope decursi, quibus serenitas vestra pronum in nos amorem ostendens, asserit a mente sua alienum penitus esse, quod subditi illius Liesne, Curzole et Bracie in grave damnum introituum nostrorum vinum conducant ad loca nobis supposita, nobis nolentibus et invitis, idque vendant, et multis insolentibus verbis et modis utuntur. Quod nos tam singularis gratie et doni loco ducimus, ut ipsi celsitudini vestre quas possumus agamus gratias. Infinite vero sint, quas debemus. Ceterum cum ingenui animi sit iuxta Ciceronis illud: cui multum debeas, ei plu-

rimum velle debere, audemus ulterius progredi; et quamvis ipsi dominationi vestre magis oneri semper simus quam commodo, eius gratiam in re nobis pernecessaria efflagitare. Discordia rerum Apularum facit, ut apud nos annone caritudo sit, et dubitemus, ne in nos acris fames deseviat, cum in regno nobis non sit facultas grani extrahendi, immo si nostrorum aliquem ad ipsus regni partes navigare contingat, capitur, derobatur et male tractatur per triremes et biremes, que culphum dominationis vestre audacissime excursitant, et hostilius in nos quam in ipsos Apulos bellum gerunt. Quare celsitudini vestre supplicamus, ut pro sua solita erga nos clementia dignetur nobis concedere, quatenus nobis liceat aliquam annone quantitatem ex locis Albanie extrahere et ad nos traducere, quod omnium, que a serenitate vestra nobis hoc tempore concedi queant, nobis gratissimum est, comodissimumque futurum, eoque magis quam de Turcis securi non sumus, qui dubitemus, ut si ex Turchia redeant, ne impetum in nos convertant, proptereaque studeamus ea parare, quibus saluti nostre et urbis nostre tutelle consulatur. Ragusii die octava mensis augusti 1461. Serenitatis vestre servitores rector et consilium Ragusii cum humili commendatione.

A tergo: Serenissimo principi et excellentissimo domino observandissimo domino Pasquali Maripetro dei gratia inclyto Venetiarum duci etc.

U mletačkom arkivu. Camara di Confini. Svezak: navigazione deli Adriatico. Commemoriali XV. c. 75.

CLXXXI. God. 1461. 20. kolovoza, u Mletcih.

Primljeno, da se pošalje poslanik u Bosnu, neka čestita novomu kralju.

1461. 20 augusti. Quemadmodum notum est, serenissimus rex Bossine anteactis diebus ab humanis subtractus est, et eius loco successit filius suus rex regni illius. Et considerata veteri amicitia et benivolentia, quam semper habuimus cum ipso rege et progenitoribus suis, et ex omni alio bono respectu honori et officio nostro conveniat mittere unnum oratorem nostrum ad prefatum novum regem, tum ut indoleamus de morte patris, tum etiam congratulemur, quod assumptus sit in regem regni eiusdem et cet. Propterea vadit pars, quod per scrutinium in collegio ad bussulos et ballotas elligi debeat unus noster nobilis orator ad dictum regem cum illa commissione circa effectum predictum, que videbitur ipsi collegio. + 118 — 3 — 0.

Secreta cons. rogat. lib. XXI. c. 54., u mlet. arkivu.

CLXXXII. God. 1461. 20. kolovoza, u Mletcih.

Odgovara se na njeke obaviesti poslanika hrcega Stjepana sv. Save.

1461. 20. augusti. Quod spectabili oratori illustris ducis Stefani sancti Save, qui ad presentiam nostram se contulit, et oretenus explicavit, ac etiam in scriptis exhibuit, quantum huic consilio notum est, respondeatur: quod pro his, que nomine illustris domini sui fraterne et affectuose communicavit nobiscum, plurimum sibi regratiamur, si quidem illustris eius filius quidcumque fecit, quod molestum fuerit eidem domino duci,

id profecto iure fraternitatis et amicitie nostre nobis displicet. Laudamusque excellentiam suam pro quanto in materia ista prudenter fecit, et certi reddimur, quod filius suus sibi obediens esse volet, et a mandatis paternis non discedet, et cum nostris bene et quiete vicinare volet.

Circa domum, quam petit, profecto desiderium nostrum fuit et est, sue excellentie libenti animo satisfacere; sed ut idem spectabilis orator potuit intelligere et videre, propter conditiones huius urbis nostre non reperiuntur nisi cum maxima difficultate domus venales, et maxime de illis, que illustri domino suo conveniant; sed stabimus ad hoc attenti, et quamprimum fieri poterit, id libenter facere curabimus. Interea vero sumus bene contenti, quod sicut sibi promisimus, habeat affictum domus predicte, et ita illum hic quam primum sibi dari faciemus.

Ad partem tangentem banum Paulum Croatie dicimus, quod intelleximus, quantum excellentia ducis Stefane fraterne dici nobis fecit. Estque rei veritas, quod idem banus est homo scandalosus et illius conditionis, quam dominus suus asserit. Quoniam postquam venit in Croaciam, nunquam cessavit motestare et inquietare dominos circumstantes et vicinos suos; pro nunc vero ex his, que nobis occurrunt, non videmus, quid dicere possimus, sed bene certum esse volumus prefatum dominum ducem, quod cum sibi affecti sumus, eumque reputemus carissimum fratrem nostrum, de omni exaltatione et felicitate sua semper erimus bene contenti.

Pro advisatione autem nobis data de praticis, qua prefatus dominus dux habet cum illo capitaneo Turco, qui dominatur in partibus Servie, regratiamur similiter excellentie sue, et laudamus modos per eam prudentissime servatos cum ipso Turco ex rationibns et respectibus per illustrem dominationem suam commemoratis. Et demum sumus semper prompti ad omnia concernentia honorem et beneplacita excellentie sue. + 123 — 2 — 1.

Secreta cons. rog. lib. XXI. c. 55., u mlet. arkivu.

CLXXXIII. God. 1461. 28. kolovoza, u Mletcih.

Upućuje se knez spljetski, kako da se vlada sa hrv. banom Pavlom u poslu Klisa.

1461. 28 augusti. — Comiti Spaleti. Ex tuis litteris de die 14 et 15 currentis scimus novitates, „que inferri velle videntur banno Paulo Croatie per illos, de quibus agitis", et bonam intentionem, quae habet ipse banus erga rempublicam, et etiam res, quae tangunt Clissam. Et quia Clissa est magnae importantiae pro nobis, ut dicis, in illis partibus „contenti sumus et volumus, quod si idem bannus vel per medium reverendissimi domini archiepiscopi illius civitatis vel aliter quicquam vobis promoveri fecisset, aut in futurum promoveri faceret de re ista, huic materie aures porrigatis et intelligatis quicquid vobis dici voluerit, dando nobis imediate distinctam et particularem informationem de quanto habebitis, ut exinde respondere vobis possimus, quantum nobis videbitur". + 115 — 16 — 2.

Secr. cons. rogat. lib. XXI., u mlet. arkivu.

CLXXXIV. God. 1461. 28. kolovoza, u Mletcih.

Šalje se poslanik bosanskomu kralju radi više stvarih.

1461. 28 augusti. — Deliberatum fuit superioribus mensibus de mittendo uno nostro oratore ad serenissimum regem Bossine per collegium eligendo, qui nostri dominii nomine de obitu serenissimi patris sui doleret, ac de successione sue serenitatis congratularetur, et nondum missus est, conferratque multum rebus nostri dominii, cum propter ligam sive intelligentiam, quam idem serenissimus rex cum illustri ducha Stefano et magnificis comitibus Corbavie adversus comitem Paulum Sperancich, respectu maxime castelli Clisse, quod ad propositum civitatum nostrarum Dalmatie precipue facit, tum etiam ob Theucros, cum quibus idem domini facile se intelligere possent. Vadit pars, quod in hoc consilio eligi debeat per scruptinium unus noster orator ad ipsum regem Bossine, qui eligi possit de omni loco et officio, et teneatur respondere die dominico proximo ad tercias sub pena ducat. 200 nec sub eadem pena possit differi aut prorogari idem terminus. Et teneatur recedere ad xx diem septembris proxime sub suprascripta pena duc. trecentorum. Et habeat in totum equos xii in eorum numero computato uno notario cum uno famulo, cui detur et fiat commissio per hoc consilium. + 130 — 0 — 1.

Senato Mar. vol. V., u mlet. arkivu.

CLXXXV. God. 1461. 29. kolovoza, u Hvaru.

Oporuka Fra Tome Tomasinia biskupa hvarskoga i poslanika bosanskoga.

In nomine domini amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo quadrigentesimo sexagesimo primo, indictione nona, die vero sabbathi, vigesima nona mensis augusti, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Pii divina providentia papae secundi anno quarto. Pateat cunctis evidenter per hoc praesens publicum instrumentum, quod cum reverendus in Christo pater dominus Thomas dei et apostolicae sedis gratia episcopus pharensis pro ordinandis et disponendis suis et ecclesiae suae sive potius episcopatus sui factis atque negotiis, debita instantia et reverentia atque precibus adhibitis intervenientibus, procurasset et obtinuisset, quod reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Laurentius Zanne eadem gratia archiepiscopus Spalatensis, suus et ecclesiae suae praedictae metropolitanus et superior proximus suo consilio et auctoritate atque praesentia corporali ipsius domini episcopi animum, intentionem, ordinationem et dispositionem omnimodam auctorizaret, laudaret, dirigeret et ordinaret seu confirmaret, et potissimo de ultima voluntate testamenti, quod ipse dominus episcopus per multos dies praemeditando composuerat, compositumque et correctum et sua manu propria subscriptum clauserat suoque sigillo pontificali sigillaverat et caetera. Ipsum ergo testamentum clausum et sigillatum hoc die in episcoqali palatio Pharense apud sanctum Stephanum coram praefato domino archiepiscopo et praesentibus octo testibus et me notario infrascripto, qui se sua manu propria a tergo dicti testamenti pro cautione majori ascripsere ac astantibus multis aliis de familia, capitulo et clero praedicti domini episcopi mihi Jacobo de

Martinis notario et cacellario infrascripto ipse dominus Thomas episcopus manu sua tradidit atque consignavit, rogans et requirens me notarium publicum infrascriptum, quatenus illud testamentum fideliter servare, et casu sui obitus accidente, aperire et publicare debeam secundum iuris formam et patriae consuetudinem et caetera. Quod quidem testamentum ego Jacobus notarius et cancellarius praedictus illud accepi, et secundum tabellionatus ordinem et iuris modum illud ad quod requirebar et tenebar debitae executioni mandare promisi. Quibus omnibus et singulis praedictis praefatus dominus archiepiscopus suam auctoritatem metropolitanam interposuit, et iudiciale decretum. Acta et celebrata fuerunt haec in insula pharense in Civitate Nova loco modisque propriis superius explicatis, praesentibus venerabili et eximio decretorum doctore domino Thoma archidiacono spalatense, domino egregio atque generoso Leonardo Montagna Veronense s. d. n. praedicti secretario, domino fratre Laurentio praedicatorum ordinis magistro . . . communis pharensis, domino presbytero Antonio Georgii de Phara, domino Joanne Thomeo praedicti domini archiepiscopi cancellario, nobilibus viris atque egregiis dominis Doymo de Papalibus et Joanne domini Simtonis Bubanich et circumspecto viro ser Joanne Georgii de Spalato, testibus ad hoc vocatis, habitis et specialiter rogatis et multis aliis.

Postea vero anno sequenti in millesimo quadrigentesimo sexagesimo secundo, indictione decima die vero Jovis, sextadecima mensis decembris, pontificatus praefati domini nostrii papae Pii secundi anno quinto, ipso domino Thoma episcopo iam viam universae carnis ingresso et a pluribus diebus tumulato, ad instantiam et requisitionem dominorum Pauli Paladini archidiaconi et vicarii, canonicorum et capituli atque ecclesiae cathedralis et dioecesis pharensis tamquam eorum, quorum tum haereditario tum legatario iure dicebatur per testamentum huiusmodi interesse, in praesentia, auctoritate et mandato praedicti domini archiepiscopi, predictum testamentum aperui et publicavi, ipso domino archiepiscopo mihi demandante, quatenus dictum testamentum in prothocollo autentico registrare, exindeque ipsum in publica forma exhibere deberem et tenerem toties quoties requisitus fuero ab eo, cuius interest vel interesse poterit quomodlibet in futurum et caetera. Cujus quidem testamenti tenor ab intoriori parte de verbo ad verbum sequitur et est talis:

In nomine patris et filii et spiritus sancti et beatae Mariae, genitricis Dei et sancti Stephani papae et martyris, in cuius vocabulo ecclesia pharensis sponsa mea dilecta fundata est, atque dedicata, et totius collegii supernorum. Ego Thomas dei et apostolicae sedis gratia eiusdem pharensis ecclesiae episcopus, sanus mente et corpore licet debilis et antiquus, non ignorans nil esse certius morte nilque incertius hora mortis, per hoc praesens testamentum nuncupativum, quod sine scriptis dicitur significare, intendo et significo dispositionem meam de rebus omnibus, quas habeo et habiturus sum tam per ecclesiam aquisitis et aquirendis, quam aliunde quam praeter aquisita per ecclesiam, plura etiam huiusmodi aliunde, de quibus tamen omnibus intendo disponere, ut infradicam, non quidem, quod me illorum dominum constituam, cum fuerim et sim administrator non dominus, sed quia hoc mihi concessum est per feliciter recordatum dominum N. papam, ut patet per patentem bullam eius

datam Romae xiiii Kal. iulii, pontificatus sui anno primo; cuius auctoritate ita dispono et ordino. Primo animam suo creatori commendo, corpus autem, si in diaecesi mea mori contigerit, sepeliatur in sepultura, quam fieri feci pro episcopis in ecclesia sancti Stephani mediam inter duas alias; si vero me alibi mori con igerit, fiat voluntas Dei. Item quia, prout apparet in instrumento donationis inter vivos facto sub anno domini millesimo quadrigentesimo sexagesimo, die vero vigesimo quinto novembris, scripto per ser Nicolaum Nigreum notarium publicum, donavi ecclesiae praefatae pharensi cathedrali mitram aurifusatam et pulchram ac omnia alia paramenta, libros et res argenteas et alia pro ecclesia et cultum divinum praeparata; ideo eamdem donationem confirmo et ratam esse volo et iure testamentario ratifico. Item iure legati eidem ecclesiae pharensi ultra eadem bona donata dimitto decretales satis bonas et pulchras, sextum et clementinas, quae sunt in parvo volumine sine glosis, But. super quarto et quinto decretalium in papiro, quartum sententiarum sancti Thomae non valde pulchrum sed bonum, valoris ducatorum duodecim, et ultra Pisanellam satis correctam, epistolas sancti Hieronymi novas et pulchras, quas sibi feci a presbytero Antonio de Curzola, et ultra hos omnes etiam alios, si quos habuero et aquisivero in vita mea; cum hoc, quod si quis ex clericis dictae ecclesiae legere aut studere voluerint, habeant usum dictorum librorum cum licentia episcopi et capituli, dummodo non exportentur extra civitatem pharensem, servata tamen proprietate et dispositione ecclesiae et capituli praedictorum Et rogo filios dilectos capitulum, ut pro tuendis et conservandis illis singularem et diligentem curam adhibeant. ut fideliter omnia conserventur, gravando tam illorum, quam reverendissimorum dominorum et patruum meorum successorum conscientias super hoc Item quia primam partem sancti Thomae valde pulchram et bonam, quae nunc est apud me, emi antequam assumerer ad episcopatum, dum essem in ordine, volo et ordino, quod si tempore mortis meae illa apud me erit, mittatur fideliter et consignetur conventui sanctorum Joannis et Pauli de Venetiis, quia ad conventum illum et non ad episcopatum spectat. Item quia iam donavi ecclesiae archipresbiterali Bracensi planetam unam viridem de damaschino figurato et strictam cum dalmatica virides de chamozza et unum pluviale, quod alias fuit in monasterio Lissae et tabernaculum argenteum parvum pro deferendo corpus Christi in processione, ideo haec omnia ut praedixi consignata et donata iure testamentario confirmo et ipsius ecclesiae esse volo. Item quia iam donavi presbytero Michaeli Jaxich pharensi canonico et capellano meo breviarium parvum, ideo illud suum esse volo et iure donationis et legatario dimitto et ratifico.

Item iure legati dimitto omnia vasellamina praeter illa Marcilianae, de quibus dicavi quamdiu durabunt in usum episcoporum successorum meorum et similiter pro eorum vindemiis torcularia, tinas et alia similia pro vindemiis necessaria, licet de talibus et similibus nihil omnino repererim, sed omnia de novo fieri feci. Item iure legati dimitto duobus capellanis meis, qui nunc mecum morantur et magno mihi tempore servierunt, scilicet presbytero Michaeli Jaxich et presbytero Cipriano Vidanich unicuique eorum ducatos viginti quinque. Item dimitto Lucae clerico ducatos duodecim. Item quia presbyter Stephanus Antonii canonicus

curzolensis, ut in quaterno meo apparet, in pluribus mihi pecuniis obligatur, ideo volo, ipsum de eis ab aliquo molestari posse, sed totum debitum suum sibi remitto et relaxo, quia satis ad instantiam et requisitionem meam in pluribus viaggiis et Bosnae et curiae laboravit. Item iure legati dimitto presbytero Georgiò Ivanich de Bracia ducatos decem. Item dimitto fratri Michaeli laico de Tremito ducatos decem. Item quia presbyter Stephanus Zecich in quaterno meo apparet debitor in ducatis duobus et libris sexdecim cum dimidio, ideo volo totum debitum huiusmodi sibi remitti pro anima mea. Item iure legati dimitto cuilibet sacercerdoti sive saeculari habitatori in diaecesi mea tempore mortis meae ducatum unum pro missis dicandis, ut illas dicant quanto citius fieri poterit. Non sacerdotibus autem, sed in sacris constitutis, medium ducatum. Tonsuratis vero, non in sacris, quartam partem ducati. Similiter cuilibet heremitae quartam partem, Miglcho autem in Bol ducatum unum, ut orent Deum pro anima mea. Item iure legati dimitto cuilibet hospitali circa civitatem Pharae schiavinas quinque pro recipiendis ibidem pauperibus. Item, cum habeam tres cruces argenteas parvas deauratas, unam cum catenula argenti dimitto ecclesiae cathedrali pro episcopis celebrantibus; alteram sine catenula iamdiu donatam supradicto Michaeli presbytero suam esse volo et eidem dimitto; tertiam autem parvam donavi archidiacono meo pro sua, quam reginae Bosnae dedi, et ita eidem dimitto. Item quia Petrus Dilanico de Bassano consobrinus meus obligatur mihi in ducatis centum et viginti quinque, ideo illos omnes iure legati dimitto Jacobo filio suo clerico, ut emat libros necessarios pro studio suo, ad quod aptus videtur, et hoc pro anima mea. Item iure legati dimitto Marco de Finetis nepoti meo lectum magnum, quem habui a sorore mea domina Vrsa, omnia vasa et suppelectilia, quae habui et dimisi apud barbanum suum ser Christophorum, et cultram de cendato et alia omnia, que remanserunt in domo sanctae crucis apud dictum barbanum suum. Item dimitto iure legati domino Paulo Paladini archidiacono meo in signum veteris amicitiae et dilectionis antiquae unum anulum aureum noviter factum cum unicorni et litteris meis, quem volo ut habeat in signum amoris praecipui et in memoriam mei. Item iure legati si tempore mortis meae erunt blada in domo usque ad quantitatem stariorum quinquaginta, dimitto et volo, quod illa distribuantur pauperibus tam Lesinae quam Lissae et Braciae et per diaecesim, et si non erunt, emantur et distribuantur tam de frumento, si haberi poterit, quam de hordeo sive aliis bladis, quae haberi possent. Item iure legati dimitto, quod ecclesia in Bol Braciae aedificatur, ut propositi mei fuit, et ut iam pro ea aedificanda posui barcam unam de calcina, et pro adiutorio eiusdem fabricae deputo et, ut praedixi, dimitto ex debitis, quae habeo in Bracia, usque ad quantitatem librarum ducentarum parvorum ad minus. Item quia singularem habui affectionem erga monasterium corporis Christi Venetiarum, ubi etiam sepultae sunt mater et sorores meae, intendebam illud beneficare, si pinguius beneficium habuissem, sed adeo tenue et miserum habui, quod illud me oportuit de novo facere. De patrimonialibus autem ita fecerunt sorores meae et mater, quod omnino nihil habui, nisi usum domus sanctae Crucis in vita mea; ex ecclesia vero mea paupercula subveni necessitatibus cognati mei et sorori dominae

Vrsae, que super domibus suis satisfactum mihi promisit et ecclesiae meae et ita in suo testamento, quod prius, vivente viro suo, fecerat de millesimo quadrigentešimo trigesimo nono gravissime infirmata beneficiabat me et ecclesiam meam in ducatis quattuor centum. Postmodum vero sanata, mutato proposito et habitu, ingressa monasterium, ibi domos et omnia deputavit, solo usu domus sanctae Crucis in vita mea mihi legato. Et quia ipse cognatus meus in suo quaterno apparet debitor in ducatis ducentis, ad quod debitum solvendum ipsa soror mea tamquam haeres et residuaria obligatur; ideo quia posset dictum monasterium tam in foro conscientiae quam in contentioso molestari, volo, dispono atque dimitto, quod a nullo neque haeredibus, neque comissariis neque successoribus possint neque debeant molestari, sed sint in pace et dicto monasterio restituatur quaternus debiti huiusmodi, quem ex nunc annihilo et annihilatum decerno, recomittendo animam meam praefati monasterii sororibus. Item quia, ut in quaterno meo apparet, plures habeo debitores, dispono et dimitto, quod in exigendis debitis huiusmodi per commissarios meos pauperibus debitoribus sive nobilibus sive popularibus tam in Lesina quam in Bracia seu Lissa et alibi non fiat adeo gravis molestia ut destruantur; sed si qui tales fuerint, potius aliqua pars debiti remittatur prout videbitur commissariis et de reliquo satisfaciant quanto citius commode fieri poterit plus aut minus secundum eorum indigentiam et necessitatem. Inter quos pauperes pono quosdam Bracenses, qui, si bene recordor, notati sunt in quaterno meo antiquo ad chartas viginti octo, quibus etiam volo restitui pignora sua, si que sint fortasse apud archipresbyterum Braciae, cui credi potest et debet. Item pono ser Joannem Bratovinich. Item quia apparet sententia contra haeredes ser Stipae Prodich, volo et dimitto, quod medietas debiti remittatur, et de reliquo satisfaciat. Item inter caetera debita apparet debitum Marci Stanoevich dicti Maraz, super quo, si bene recordor, est sententia ducatorum octoginta cum dimidio ultra pretium pro domo dandum; volo et ita dimitto, quod casu quo dictus Marcus vel filius eius vellet redimere domum ab ipso emptam in Gogliava, quae emptio conditionata videtur, tunc solvat medietatem debiti dictae finem ducatorum octoginta cum dimidio, aliam vero medietatem retineat pro subventione dotium filiarum suarum amore Dei Si vero dictus Marcus exigere voluerit dictam domum, et se de dicta conditione redimendae domus deposuerit, eo casu sibi totum debitum ducatorum octoginta praedictorum remittatur, neque de ipso molestetur, sed totum illud deputetur et tribuatur in adiutorio filiarum suarum pro anima mea. Item iure legati dimitto domum suprascriptam positam in Gogliava capitulo pharensi presenti et quod pro tempore erit cum conditione, quod de redditibus seu affictu illius annuatim ematur totum oleum, quantum sufficere possit pro lampade mea seu alia simili, quae est ante altare corporis Christi, ut dicta lampas ardeat continue de dicto oleo; residuum vero dicti affictus exponatur in cera, et fiant candeloti pro missis maioribus in dicta ecclesia et pro candellariis in processionibus, et ad evangelia portandis, praecipue in diebus festivis, semper tamen servata proprietate dictae domus capitulo praefato, et hoc pro devotione et pro anima mea. Verum quia emptio facta de dicta domo conditionata videtur, ut supra iam declaratum est, volo et dimitto, quod

casu quo illam redimeret Marcus aut filius eius, omnes pecuniae, quae reciperentur pro illa per commissarios meos et haeredes, ematur aliquod stabile, cuius redditus exponantur in suprascripto opere, ut supra ordinatum est, servata tamen proprietate dictae rei stabilis dicto capitulo. Residuum vero bonorum meorum tam mobilium quam immobilium, iurium et actionum praesentium et futurarum ubicumque existentium, maxime vineam, quam emi a ser Georgio Vulchovich, positam in Lissa in Dracevopoglie, item barcam cum omnibus coredis suis, item marcillianam cum vasellaminibus et omnibus coredis suis, item omnia alia vasa argentea, de quibus dispositum non est, dimitto iure haereditario et legatario canonicis et capitulo ecclesiae meae praefatae, et ipsum capitulum universalem haeredem institutio et esse volo, hac conditione interiecta, quod omnia praedicta transeant ad ipsum capitulum pleno iure cum onere et subventione infrascriptis. Videlicet, ut ipsum residuum excepta vinea suprascripta, immediate post obitum meum per commissarios meos debeat vendi, ac de denariis inde extrahendis ematur aliquod stabile, quod convenientius et utilius visum fuerit, cuius stabilis reditus et proventus simul cum introitibus vineae praedictae aggregentur omni anno et distribuantur inter canonicos et capitulum ecclesiae praefatae cum aliquali portione exinde facienda reliquo clero. Qui omnes proinde teneantur facere omni anno perpetuis temporibus unum solemne anniversarium pro anima mea cum celebratione tot missarum quod reperiuntur sacerdotes. Et si omnes illa die nequiverint celebrare, tunc sequenti die teneantur adimplere. Item non aegre ferant reverendissimi patres mei successores episcopi, si de omnibus his bonis et rebus tam mobilibus quam stabilibus hoc modo disposuerim et ordinaverim, quia Dei gratia ipsi aliter ecclesias et domos in aedificiis et ornamentis, libris, calicibus, paramentis, argentis et alliis repererint, quam ego repererim, quia, ut apparet expresse, plura stabilia bona fieri feci, ut ecclesiam et domos amplas prope illam ac domum magnam in civitate et illam in Bol in Bracia, quae spectabunt ad dominos et patres meos futuros episcopos, cum sint etiam aedificatae super territoria ecclesiae. Quare ipsos reverendissimos dominos et patres meos ac dilectos filios capitulum et reliquum clerum et omnes tam nobiles quam populares utriusque sexus et pueros innocentes rogo, ut in missis et aliis orationibus suis ac piis operibus recomissam habeant animam meam. Commissarios autem meos et huius mei testamenti executores instituo et esse volo canonicos et capitulum pharense in omnibus illis, in quibus dictum capitulum et canonici concordes erunt inter se, intelligendo semper maiorem partem capituli; in aliis vero, in quibus non possent concordari, statuo et volo, quod archidiaconus et archipresbyter, qui pro tempore erunt cum uno canonico per ambos eligendo possint et valeant sine consensu aliorum exequi omnia et singula, quae pertinent seu pertinere possent ad officium commissariorum seu executorum testamentariorum, servato semper ordine per me in hoc testamento expresso. Quod testamentum esse volo pro ultimo et valere iure testamenti; et si aliquo casu iure testamenti valere non posset, valeat saltem iure codicilli vel alio quocumque iure, modo, via et forma, quibus melius et validius valere potest et debet. Subscriptio propriae manus praefati domini episcopi prout sequitur. Ego Thomas Dei gratia epis-

copus pharensis praesens testamentum pro ultima voluntate dico et affirmo cum subscriptione praesenti manus meae propriae, cassando alia testamenta, si qua reperientur antea per me facta. Actum, apertum et publicatum fuit testamentum predictum Spalati in archiepiscopali palatio coram praefato domino archiepiscopo presentibus supradicto domino Leonardo Montagna veronense nunc cancellario predicti reverendissimi domini archiepiscopi et salariati communis Spalati. Nobili viro domino Hieronimo Thomae de Papalibus Spalatiense e Joanne de Provintia magistro domus et familiae praefati domini archiepiscopi, testibus ad hoc vocatis, habitis et specialiter rogatis et pluribus aliis.

L. S. Et quia ego Jacobus de Martinis canonicus spalatensis publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius, cancellariusque et notarius praefati reverendissimi domini archiepiscopi spalatensis et eius curiae atque capituli iuratus praesentationi testamenti praedicti, testium, superscriptioni, siggillationi, decreti et auctoritatis, ut supra, interpositioni, post obitum dicti testatoris requisitioni, consensui, mandato, publicationi et aperitioni omnibusque aliis et singulis praedictis, dum sic, ut praefertur, agerentur et fierent una cum praenominatis testibus praesens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, prout exprimuntur in duobus actis, diversis temporibus celebratis, eaque omnia una cum traditione originaria testamenti praedicti in notam sumpsi et descripsi; exindeque cum mea dicto testamento hoc praesens publicum instrumentum exscripsi manu propria et publicavi signo et nomine meis solitis tabellionatus more appositis in fidem, robur et testimonium omnium et singulorum praemissorum requisitus et rogatus.

Die XIIII martii 1561. Clarissimus dominus Andreas Diedo comes et provisor Lesinae sub die hesterno sic instantibus reverendis dominis Vincentio de Petris et Paulo de Pace canonicis pharensibus procuratoribus et intervenientibus pro reverendo capitulo pharense uti haerede et beneficiato per testamentum suprascripti testatoris, in absentia haeredum, commissariorum, bonatenentium et suo quomodolibet interesse putantium in bonis et haereditate quondam reverendissimi Thomae episcopi pharensis et brachiensis, tamen legitime citatorum, et in curia, ut moris est, proclamatorum, citatis etiam ad hoc reverendis canonicis ecclesiae sancti Stephani pharensis si sua putant interesse, dicentibusque ius fieri debere omni meliori modo etc. sententiavit, laudavit, ratificavit et approbavit testamentum praenominati quondam reverendissimi domini episcopi conditum sub die 29 augusti 1461, publicatum per reverendum dominum Jacobum de Martinis canonicum spalatensem, notarium publicum, nec non tunc reverendissimi in Christo patris et domini domini Laurentii Zanne miseratione divina archiepiscopi spalatensis, curiae atque capituli cancellarium iuratum, ut in eo, ipsumque suae et communis Lesinae auctoritate pariterque iudiciali decreto corroborando decrevit, exequendum fore et esse ad literam et legem, prout stat et jacet, cum expensis. Presentibus spectabili domino Silvestro Leporino et domino Hieronymo Quirino testibus.

Pro praesenti cum originali, stridis et citat. VI. 18.

L. S. S. M. Ludovicus de Lucaris coadjutor mandato.

Ex antico manuscripto apud S. Ljubić.

CLXXXVI. God. 1459. 11. rujna, u Mletcih.

Mletčani odgovaraju poslaniku hrcega Stjepana sv. Save, neka neudara na Klis, jer ga njim oteo ban, te na njega imaju pravo.

1461. 11 septembris. — Inter cetera his diebus captum fuit in hoc consilio, quod in facto Clisse respondetur oratori ducis Stephani, qui bellum gerrere querit banno Paulo Croatie, quod nos essemus semper contenti de omni prosperitate sua. Et quum post ipsam deliberationem res multum variate sunt, sicut ex litteris comitum Spaleti et Sibinici habetur, unde non facit pro nostro dominio respondere oratori ducis Stephani in forma predicta, quum videremur esse contenti, quod acquireret Clissam, quum statui nostro illarum partium multum importat; propterea vadit pars, quod prefato oratori, cui nondum factum fuit responsum predictum circa factum Clisse, respondeatur, quod licet cognoscamus bannum Paulum illius conditionis, quam dixit nobis, tamen commemorare volumus eidem oratori, quod ut credimus etiam notum illustri domino suo locus Clisse fuit noster seu recommendati nostri, et in eo pretendimus ius habere, licet per comitem Paulum fuerit occupatus. Ideoque hortamur et rogamus prefatum illustrem ducem, ut contra dictum locum Clisse aliam innovationem facere non velit tam ex his que diximus, quam ex omni alio bono respectu. + 116 — 3 — 5.

Secreta cons. rog. lib. XXI., u mlet. arkivu.

CLXXXVII. God. 1461. 6. listopada, u Mletcih.

Molbe podnesene od poslanika bana hrvatskoga Pavla Sperančića mletačkomu vieću.

1461. 6 octobris. Hec sunt capitula porrecta per oratores banni Pauli Sperançich Croatie etc. El signor ban da noticia ala serenita vostra, che lha commandamento dal suo signor re de Hungaria, chel debia haver bona visinança, amicitia et amistade con la serenita vostra. Et el dicto signor ban se offere in tuto observar la commission del suo signor, et ultra se offerisse esser servidor de quella, dummodo el non sia contra l honor de la corona de Hungaria toto posse.

Secundo domanda el dito signor ban, che la signoria vostra el togli in protection et custodia sua con la persona et con el dominio suo, et maxime i castelli de Clissa et Ostroviza con le suo pertinentie, perche quelli sono piu proximi ale terre de la signoria vostra.

Tercio domanda el dicto ban, se el fosse qualche differentie over novita, de che fusse facte per i rectori over subditi de la signoria vostra over per li banni passadi over per lor subditi, che se possa riveder per boni homeni de una parte et de laltra, et achonzarle et finirle ordine iuris, azo che una parte e l altra possa haver la sua iurisdition amicabiliter et benigne.

Quarto domanda el dicto ban, che la signoria vostra lo sovegni de qual luogo i piaxe de arme, ballestre, polvere de bombarda, saitamenti, et altre cosse necessarie ad suam defensionem, si per la amicitia che la ha con la corona de Hungaria, chome etiam perche el dicto ban se

offerisse et obliga far altratanto al incontro per la signoria vostra, che sia a satisfaction de lo adiuto el ricevera da quella. Et che la commandi a li suo rectori de Dalmatia, che lo sovegni bisognandoli de arme et victualie per i suo danari.

Sec. cons. rog. lib. XXI., u mlet. arkivu.

CLXXXVIII. God. 1461. 6. listopada, u Mletcih.

Odgovara se na molbe poslanika bana Petra Sperančića.

1461. 6 octobris. Sapientes consilii, sapientes terre firme et sapientes ordinum. Quod ad capitula per spectabiles oratores magnifici bani Pauli Sperancich Croatie etc. porrecta respondeatur. Et primo ad primum mandatum, quod dicunt, dominum suum a serenissimo rege Hungarie habuisse de bona vicinitate cum subditis nostris servanda, nostro dominio novum minime visum fuisse ob mutuam benivolentiam quam dominatio nostra cum serenissimis precessoribus suis habuit et cum sua serenitate habet et habere disponit. Rectoresque nostros omnes in mandatis a nostro dominio habere itidem erga subditos sue serenitatis servare pro conservatione eiusdem veteris benivolentie. De oblatione autem sue magnificentie ei gratias agimus, ipsam certificantes, dominationem nostram nihil ab ipso domino bano velle nisi quod honestum et conveniens sit. De parte 137, de non 0, non sinceri 1. Ballotatum primo.

1461. die 12 octobris iterum. Ser Nicolaus Bernardo procurator, ser Orsatus Justiniano procurator, ser Guilellmus Quirino, sapientes consilii, ser Nicolaus de Canali doctor sapiens terre firme.

Ad secundum, quod existentibus locis Clisii et Ostrovize in termino, quo sunt, non videmus, quo modo loca ipsa in protectionem honeste accipere possimus; verum si circa locum Clisii aliquid aliud nobis memoraretur, quod honeste et convenienter per nos fieri posset, quodque utriusque nostrum commodum et utilitatem respicere habeat, optime semper dispositi et inclinati reperiemur. De parte 20.

Ser Carolus Marino, ser Zacharias Trivisano D. et miles, sapientes consilii; ser Albanus Capello, ser Dominicus Georgio, sapientes terre firme; ser Petrus Dandulo, ser Nicolaus de cha de Pesaro, ser Andreas de Molino, sapientes ordinum: volunt suprascriptum capitulum in toto et per totum, preterquam in hoc loco, ubi dicitur de solo loco Clissii dicatur: Verum si circa eadem loca Clissii et Ostrovize aliquid aliud nobis memoraretur etc.

Ser Jacobus Barbarigo sapiens ordinum: quod respondeatur ad secundum: dominationem nostram bonam pacem et amicitiam habere cum serenissimo domino rege Hungarie intendereque eam cum sua serenitate, cum ipso banno et omnibus aliis servare, nec nobis honestum videri ob conditiones temporum et rerum loca Clisii et Ostrovize in protectionem accipere. Verum conservationem status sui cupientes, quia deliberavimus oratorem nostrum de proximo ad serenissimum regem Bossine mittere, qui dominii nostri nomine de obitu patris sui condoleret ac de sue serenitatis successione congratularetur, ipsum ob hoc citius expediemus, et tam cum ipso serenissimo rege quam illustri ducha Stefano, quicquid

boni nobis possibile fuerit, fieri faciemus pro componimento differentiarum et discordiarum suarum. Verum si huiusmodi oratoris nostri interpositio eis non placeret, et circa loca ipsa Clisii et Ostrovize aliquid aliud ab eis memoraretur, quod honeste per nos fieri posset, quodque ad commodum utilitatemque utriusque nostrum redundare posse videretur, non dissentiemus a rebus convenientibus et honestis. Et si huiusmodi pars capta fuerit, fiat subito scrutinium in hoc consilio, et eligatur unus orator ad suprascriptum serenissum regem Bossine. De parte 6, de non 6, non sinceri 7.

Sapientes omnes suprascripti. Ad tertium, dominationem nostram non intelligere differentiam aliquam ad presens esse nec de iure esse posse, cum saline et alie iurisdictiones, de quibus superioribus mensibus controversia erat, postquam civitas Spaleti sub ditione nostri dominii pervenit, pacifice et sine ullius molestatione possesse fuerunt, ideo non esse opus aliquibus compositoribus, quoniam tamquam res nostras ab eo tempore usque ad presens iuridice possesas, penitus tenere intendimus.

Ad quartam, dominationem nostram ad civitates et loca sua Dalmatie munitiones misisse et mittere pro munitione eorum, non esseque possibile eis inde satisfacere; verum si ex hac nostra Venetiarum civitate munitiones aliquas extrahere voluerint, erimus contenti, quod eas emere et extrahere possint.

Postremo ab ipsis oratoribus petatur, quod due ville per ipsum banum occupate iurisdictionis civitatis nostre Sibinici, in una quarum erat quondam castellum unum, quo multe novitates ipsi civitati nostre inferrebantur, sub illius iurisdictione permaneant, ac restituantur fidelissimo nostro Gaspari Jurisich, cuius sunt.

Insuper petatur restitutio villarum fidelissimi nostri Hemanuelis Caloti per ipsum banum indebite occupatarum.

Preterea petatur relaxatio captivorum de Poliza per ipsum banum retentorum pro conservatione amicitie et bone vicinitatis nostre. De parte 107, de non 2, non sinceri 1.

Secreta cons. rogat. lib. XXI. c. 59., u mlet. arkivu.

CLXXXIX. God. 1461. 5. studenoga, u Mletcih.

Piše se knezu spljetskomu, neka nastoji nabaviti Kliš, a upraviteljem zadarskim Ostrovicu.

MCCCCLXI. die quinto novembris. Quod scribatur comiti Spaleti in hac forma: Credimus vos non latere, superiori tempore fuisse ad presentiam nostri dominii oratores magnifici comitis banni Pauli inter cetera requirentes, ut prefatum bannum dominium suum et eius statum in protectione nostra accipere et habere vellemus; quibus tunc respondimus quod hoc facere non poteramus certis iustis causis et honestis respectibus. Sed si circa loca Clisse et Ostrovize aliquid nobis commemoraretur, quod utraque nostrum conveniret, id libenter audiremus. Nunc autem vobis scribere instituimus cum consilio nostro rogatorum, mandantes, quod illis modis, qui ad conducendam rem vobis convenientiores videbuntur, operam dare debeatis, si locus Clisse aut libere aut precio aut aliquo contracambio

in ditionem nostri dominii haberi possit, illum accipiatis, pro quo incipiendo a minore quantitate contenti essemus expendere usque ad summam ducatorum v. mille in vi. mille. Quam praticam inire debeatis ut prediximus illo cautiori modo, qui possibile fuerit; et de his, que de tempore in tempus facere poteritis, nos vestras literas certiorare debeatis.

Similiterque scribatur rectoribus nostris Jadre pro loco Ostrovize, dicendo tamen de ducatis iii. mille in iiii mille. De parte 61—78.

Secreta cons. rog. XXI. c. 66 t., u mlet. arkivu.

CXC. God. 1461. 5. studenoga, u Mletcih.

Obaviešćuje se knez spljetski o molbah banovih poslanika.

mcccclxi die quinto novembris. Quoniam conditio locorum Clissie et Ostrovize tutelle civitatum et locorum nostrorum Dalmatie plurimum confert; vadit pars, quod significetur rectori nostro Spaleti petitio oratorum banni et responsio per nos eis facta, cui scribatur in hac forma:

Vidimus litteras vestras, quibus nobis scripsistis, rectores banni vobis significasse in mandatis habuisse vobis consignandorum locorum Clissie et Ostrovize, casu quo viderent ea tenere non posse. Quibus intellectis considerataque importantia ipsorum locorum statui nostro, vobis cum nostro consilio rogatorum mandamus, quod si videretis loca ipsa a prefato banno seu a commissis suis habere posse sive precio usque summam ducatorum v. mille in vi. mille pro Clissia, pro Ostroviza vero usque summam ducatorum ii. mille in iii. mille sive in depositum, erimus contenti illa accipere; verum si adhibita per vos omni diligentia, his modis nihil proficere possetis, et videretis eos cupere, ut ipsa in nostram protectionem acciperemus, sumus contenti ne in sinistrum vadant cum periculo status nostri, quod illa in protectionem nostro nomine suscipiatis, quemadmodum alias suscepimus locum Clissie. De parte 37—30, de non 18, non sinceri 13—26.

Secreta consilii rogatorum XXI. c. 66. tergo, u mlet. arkivu.

CXCI. God. 1461. 16. studenoga, u Morri.

Ferdinand sicilianski kralj dozvoljava Dubrovčanom, da mogu dolaziti svojimi brodovi u luke njegove kraljevine u trgovačkom poslu.

„Ferdinandus dei gratia rex Sicilie, Hierusalem et Hungarie. Tenore presentis nostri salvi conductus seu guidatici . . . plenarie assecuramus magnificam communitatem Ragusii“ scilicet eius subditos, quod possint libere venire in hoc nostrum regnum cum navibus, galeis, barchis etc. mercibus oneratis vel non. „Propterea serenissime regine Ysabelle consorti carissime ac illustrissimo ac carissimo filio nostro Alfonso de Aragona duci Calabrie primogenito et locumtenentibus nostris generalibus id declarantes“ ordinamus omnibus magistratibus huius regni, ne audiant contra facere in pena 200 ducatorum.

Datum in nostris felicibus castris prope terram Morre . . . die sextodecimo mensis novembris, anno a nativitate domini mcccc. sexagessimo primo, regnorum nostrorum anno quarto. Rex Ferdinandus.

Apographum pergamenum in archivio secreto Viennae.

CXCII. God. 1461. 1. prosinca, u Mletcih.

Herceg Stjepan sr. Save po poslanicih obaviešćuje republiku o njekih stvarih, i moli ju za druge.

1461. 1 decembris. Ambassata de lo illustrissimo ducha Stefano etc.

Serenissimo principo et excelsa signoria. El vostro come bon fratello ducha Stefano de Bossina notifica a quella, chomo dapuo la morte del re de Bossina, el suo figlio Stephano tolse la mia figlia olim moglier del re prefato passato per sua madre; possa mando da mi li soi ambassadori, che io volesse far paxe con lui. Io, vista la bonta haveva verso la mia figlia, li fece la paxe. E si li manda el conte Vilaticho mio figlio con li altri baroni per incoronarlo. Per tanto prego la signoria vostra, vogliate esser contenti de tanta pace; per tanto prego la illustrissima signoria vostra, li voglia concedere quello domandera per mio amore, e a mi sara cosa gratissima. E meglio sara, habiate a vostri commandi dui che uno.

Item notifico ala signoria vostra, chomo etiam credo sapiate, che dapuo che el gran Turcho aquisto tuta la Servia, ando verso Trabesonda a Sinopoli, e ha aquista quello paexe; etiam ha facto paxe con el re de Ungaria, secondo sentiamo. Non penso al presente altro, se non che vegna verso nui; per tanto se provedemo con dio e con li amici; impertanto prego la prefata signoria vestra, me concediate tanti ballestrieri e schiopetieri, quanto piace a quella, al pagamento parte de nui et parte de la signoria vestra, secondo a quella piacera, per guarda de li mei castelli. Aviso etiam a la signoria vestra, che el gran Turcho ha mazor paura de quella, che de tutti Christiani. Per tanto se di novo vogliti fare pace con quello, prego me voiate metere con vuy como vestro bono fratello et citadino.

Item altre volte ho domandato per mei ambassadori, che la illustrissima signoria vestra se degni concedermi alguni castelli, unde me possa ridure, se per fortuna o per mei peccati fosse expulso del mio paexe. Etiam di novo supplico a quella, se degni concedermi questo como a suo bono fradello per fina che dio provedera meglio. Etiam me guardi da quello da tanto inconveniente.

Item notifico alla signoria vestra, chomo l anno passato el gran Turcho me vene adosso con suo exercito. Io manda dal re de Hungaria Mathias me desse adiuto; me rispoxe, non poteva, per che era in Boemia con suo exercito. E cussi lui comando a ban Paual de Croatia, che in persona con suo exercito me desse socorso. El me rispoxe, che non havea tante persone bastasse per mio soccorso, e che li desse danari, azo potesse asoldare homeni. Io li deti ducati tremillia. Vegnando lo exercito del Turcho per el mio paexe, non me dete socorso alguno; per la qual cossa me fu necessario fare paxe, e con grande mio danno, per che li deti ducati XL mille ultra la preda, che meno con luy. Etiam el predicto ban Paual in la morte del re Thomaxo involo uno castello al re Stefano de Bossine. Io me lamenta al re Mathias de lo ingano me havea facto; me rispoxe: vuy seti la a presso, pagative al meglio che potete. La inimicitia habia con la signoria vostra non voglio dir nulla. Ma voglio li conti in quelle parte de Dalmatia faza testimonianza. Impertanto prego

et iam la signoria vostra me concedati ballestrieri, azo possa vendicare del vostro inimico e mio. Et prego li soi homeni non sia ricevuti in le vostre terre, et che non li date vituarie ne socorso a soi castelli.

Item sa la illustrissima signoria vostra, chome io feci el mio castello novo de consentimento de quella; acade, che le vestre nave per fortuna o per altro ariva in Bocha de Cataro, vane li mei marcadanti per comprare lane o altre cosse, li quali non i ne voleno vender, digando, che non hano licentia de la signoria. Pertanto prego la prefata signoria vostra me concediate gratia, possano comprare, e sopra de questo me dia una lettera aperta con la bolla vostra pendente.

Item adviso la illustrissima signoria, chomo el mio ambassadore conte Previslavo mio camerlengo, el qual manda per el fato de ban Paual, me ha scripto la risposta li fece la signoria vostra, la quale ho molto ben intexo, e assai me son maravegliato, per che non expectava simile risposta, specialmente de castello de Clis. Unde dite, che Clis Paual la arecomanda ala signoria vostra, de che sapiando, che sia vostro, non voglia dio li faza dispiacere alguno, ma anzi li faria piacere como a cossa mia, per che le mie cosse son vostre e le vostre reputo siano mie. Ma per che lo trovato in le man de ban Paual, io gli ho facto guerra como a vostro inimico e mio, come li vostri rectori de Dalmatia sano. E cussi prego la prefata signoria vostra sia contenta, li faza guerra como a vostro inimico e mio. E cussi io per via del re de Hungaria et per ogni altro modo cercharo de havere il predicto castello de Clis. Impertanto etiam prego, non li dati soccorso ne adiuto. E vogliando dio habia el predicto castello, sara a vostro piacere, como sono tutti li altri mei.

Secreta cons. rogat. lib. XXI. c. 70., u mlet. arkivu.

CXCIII. God. 1461. 1. prosinca, u Mletcih.

Odgovor na razne molbe poslanika bosanskoga kralja.

1461. 1 decembris. Sapientes consilii, sapientes terre et sapientes ordinum. Quod spectabili oratori serenissimi regis Bossine, qui nuper ad presentiam nostram se contulit, et tam oretenus quam per scripturam explicavit nobis capitula lecta huic consilio, respondeatur:

Quod gratissimo animo intelleximus, quantum spectabilitas sua tam oretenus quam in scriptis parte serenissimi domini sui regis explicavit nobis, cum nos maiestati sue plurimum affecti sumus, sicuti etiam semper fuimus erga serenissimum quondam genitorem et predecessores suos, certum eum esse volumus, quod sumus reperiemurque semper cupidi in cunctis possibilibus sue celsitudini complacere. Et circa partem, per quam petit assumi in numero nobilium nostrorum, dicimus, quod sequi intendentes hoc sincerissimum propositum nostrum in signum et demonstrationem amoris nostri in eum, contenti sumus habere et recipere serenitatem suam in consortio nobilium nostrorum. Et ad eius libitum ei facere privilegium suum in ampla et meliori forma, sicut celsitudinem suam decet.

De domo, quam petit in hac urbe nostra, vellemus sue maiestati satisfacere posse, sed ut optime videri et sciri potest, cum maxima diffi-

cultate hic reperiuntur domus venales, ymmo ut verius loquamur, haberi non possunt, maximeque de illis, que digne sunt et alicuius conditionis, ideoque rogamus celsitudinem suam, ut in hoc nos supportatos habere velit. Et quum petit etiam per nos sibi dari unam domum in Jadra, facti sumus certiores non esse in Jadra domos, que conveniant dignitati et honori maiestatis sue, unde in hoc etiam habere nos potest merito excusatos.

Ad partem ballistariorum et sclopetariorum, qui petuntur casu quo status prefati serenissimi regis opprimeretur a Turco, respondeamus: quod licet pro multa virtute et magnanimitate maiestatis sue ac pro situ, passibus et conditionibus locorum et territoriorum suorum speremus ac tenemus, attenta etiam coniunctione et bona unione facta cum illustri domino duce Stefano, quod in omnem casum potenter et unitis viribus prevalere se poterunt contra Turchum, statumque suum conservare. Advisamus tamen ipsum spectabilem oratorem, quod sicut etiam aliunde scire potuit, principes et potentie Christiane iam excitantur et disponuntur ad procedendum potenti manu contra Turcum. Et nos quoque pro parte nostra honorem dei et comune bonum christianitatis facere intendimus, non parcendo periculis nec expensis. Et ultra quod in satisfactionem prefati serenissimi regis sumus bene contenti, quod pro defensione status sui contra Turchum accipere et habere possit de terris et locis nostris de ballistariis, sclopeteriis et munitionibus pro pecuniis suis. Dicimus etiam, quod si videbimus in opportunitatibus maiestatis sue prestare sibi favores nostros, id semper libenter faciemus, quoniam et honorem suum et commoda sui status ut propria nostra desideramus.

In facto loci, quem petit sibi concedi in terris nostris pro reductu suo et suorum, si, quod absit, per Turcum pulsus esset etc. respondemus: quod confidimus, prout diximus, in divina clementia et in virtute et potentia sua et aliorum predictorum, quod casus iste nunquam occuret, immo tenemus, quod se prevalebit, ut tota mente cupimus, et quod statum et gloriam suam de bono in melius ampliabit. Sed nihilominus, ut serenitas sua intelligat affectionem et optimam mentem nostram, dicimus, quod si forte casus iste eveniret, contenti erimus, quod persona sue serenitatis cum familia, rebus et bonis suis et suorum ad terras et loca nostra se reducere possit, nam semper maiestatem suam et suos leto animo videbimus honorificeque tractabimus, et in cunctis, que a nobis fieri poterunt, sibi fraterne complacere curabimus.

De bano Paulo Croacie, contra quem regia maiestas guerram movit, dicimus, quod in eius contemplatione ob amorem, quem sibi gerimus, de ipso bano et locis suis nos non impedivimus nec volumus impedire, sed solum de duobus locis, videlicet de Ostroviza, que, ut notissimum est, alias nostra fuit, et in ea ius plenum habere pretendimus, et de Clissa, que fuit in protectione nostra et recomendati nostri; dicimus, rogamus excellentiam suam, ut pro honore nostro de his duobus locis se impedire non velit, de aliis vero faciat, ut ei libet.

Preterea iuxta requisitionem eiusdem serenissimi regis sumus bene contenti per litteras nostras scribere et agere gratias illustri domino duci Stefano pro pace inita cum maiestate regis eiusdem, hortarique eum affectuose ad perseverandum etc. Nam profecto pro magna benevolentia

nostra in ambos ipsos dominos concordiam suam gratissimam habuimus, quoniam sentiebamus oppositum, id quippe molestissimum nobis erat. Et ob id solum ante hanc eorum pacem certificamus serenitatem suam, quod elegeramus legationem nostram mittendam ad ipsos dominos, ut ex latere nostro nihil pretermitteremus pro pace predicta.

Ultimo loco dicimus: quod de assumptione et coronatione prefati serenissimi regis pacifica comunique omnium baronum et aliorum consensu facta tantum congratulamur cum celsitudine sua, quantum possumus pro sincerissima caritate et amore nostro in maiestatem suam, cuius honorem, amplitudinem et commodum videre semper desideramus.

Capitula serenissimi et excellentissimi domini regis Bossine, porrecta per magnificum oratorem sue serenissime maiestatis illustrissimo dominio Venetiarum, de quibus expositione per eius magnificentiam oretenus facta illustrissimum dominium prefatum debet esse optime et particulariter informatum. Et primo:

Petit et requirit idem serenissimus dominus rex Bossine per illustrissimum dominium antedictum creari nobilis Venetiarum et de numero nobilium suorum et sui maioris consilii, ut intelligatur et cognoscatur ubique amor et sinceritas sue serenissime maiestatis ad hoc illustrissimum dominium, quod licet rex sit, cupiat et velit esse de numero nobilium suorum, et per consequens hic illustrissimus senatus magis decoretur et honoretur ex aggregazione et consortio sue mayestatis. Quod si ut facillime confidit, fiat sibi privilegium in oportuna et honorabili forma communicatum et bullatum sicut fuerit oportunum.

Item petit prefatus serenissimus dominus rex ab ipso illustrissimo dominio habere unam domum in hac civitate Venetiarum honorabilem et condignam sue maiestati, de qua fiat oportuna et effectualis provisio, et de illa habeat privilegium bullatum in oportuna forma. In quo multo plus magnifacit liberalitatem et munificentiam illustrissimi dominii predicti et reputationem, quod toti mundo innotescat maxima eius benivolentia erga suam maiestatem, quam precium domus ipsius, cum dei mercede potentissimum sit ad emendum unam domum et etiam longe maiora.

Item similiter petit idem serenissimus dominus rex unam aliam domum in civitate Jadre sue maiestati condecentem gratiose concedi et elargiri per ipsum illustrissimum dominium, de qua fiat privilegium bullatum in forma convenienti, licet de hoc ipse magnificus dominus orator in eius expositione oretenus facta coram illustrissimo dominio predicto ex pura oblivione nullam fecerit mentionem.

Item petit prelibatus serenissimus dominus rex provideri per illustrissimum dominium antedictum de ballistariis et sclopeteriis eius maiestati, casu quo exigeret necessitas et oportunitas, quia oprimeretur a Teucro, ut cum ballistariis et sclopeteriis ipsis oppida et fortilicia sue serenitatis munire possit, et se et statum suum conservare contra potentiam et invasionem Teucri. In quo idem illustrissimum dominium facere contentetur sicut faceret pro eius locis propriis et eorum defensione; cum presertim idem serenissimus dominus rex ex nunc se offerat similiter facere erga illustrissimum dominium antedictum in his omnibus, que sue serenissime maiestati possibilia essent non aliter quam pro se et regno ac statu suo proprio.

*

Item petit serenissimus dominus rex prefatus, quod in casu quo eius maiestas a Teucro opprimeretur et viribus sue serenitatis et illustrissimi dominii sepedicti ac aliorum resistere non posset, ita quod regnum suum, quod deus avertat, ammitteret, illustrissimum dominium predictum de uno ex castris suis in his partibus providere velit sue maiestati ac provisione pecuniaria condecentibus eius serenissime maiestati pro se et curia sua, usque quo iuvante altissimo et validis operibus christianorum ad eius regnum et statum restitueretur.

Item petit predictus serenissimus dominus rex, sicut superioribus temporibus vivente felicis recordationis serenissimo domino rege Thoma eius patre, per illustrissimum dominium iam dictum concessum et promissum fuit, quod casu quo sua serenitas deliberaret in banatu Croatie recuperare et obtinere aliquod castrum vel locum bani Pauli, quod id sibi plene liceat, et quod illustrissimum dominium non det vel dari permittat aliquod subsidium ipsi bano de ballistariis, munitionibus, victualibus et aliis; quodque si in terris et locis eiusdem illustrissimi dominii fugerent de subditis eiusdem bani, non recipiantur. Contentatur tamen ipse serenissimus dominus rex, quod de omnibus locis predictis aquirendis illustrissimum dominium prefatum non aliter facere possit quam de omnibus aliis locis sue serenissime maiestatis.

Item petit idem serenissimus dominus rex, quod illustrissimum dominium contentetur per suas humilissimas litteras regratiari illustri domino duci Stephano pro pace inita cum serenissimo domino rege Bossine antedicto, quodque hortetur ipsum ad perseverandum in ea, et denique ostendat pacem et concordiam ipsam gratissimam habuisse, cupereque maiorem in modum illam fore perpetuis temporibus duraturam.

Ultimo denotat is magnificus orator, serenissimum dominum regem Bossine prefatum coronatum fuisse de regno suo predicto libero omnium suorum principum et dominorum regni ipsius consensu maximoque applausu et alacritate, sicut etiam eius relatione oretenus facta coram illustrissimo dominio antedicto plenius denotavit, quod intelligere potest, ipsum illustrissimum dominium sibi significari parte prefati serenissimi domini regis tanquam ad fratrem carissimum et amantissimum cum toto regno et statu suo ad honorem et statum illustrissimi dominii sepedicti.

Secreta cons. rogat. lib. XXI. c. 69., u mlet. arkivu.

CXCIV. God. 1461. 1. prosinca, u Mletcih.

Odgovori na prijave i molbe podnesene od poslanika hrcega Stjepana sv. Save.

1461. 1 decembris. Quod spectabilibus oratoribus illustris ducis Stefani, qui in verbis et in scriptis explicaverunt nobis, quantum huic consilio notum est, respondeatur:

Quod quippe dicere non possemus letitiam et gaudium, quod suscepimus, cum primum nobis innotuit, excellentiam domini sui cum serenissimo rege Bossine ad bonam pacem et amicitiam devenisse. Nam habuimus semper ad ipsos dominos magnam benivolentiam et affectionem omnemque honorem et commoda sua, statuumque suorum semper caris-

sima habuimus. Et quando contra id quodcumque intelligebamus, erat nempe nobis valde molestum. Et hinc processit, quod ante concordiam istam suam elegeramus legationem nostram profecturam ad ipsos dominos, ut nihil studii et diligentie ex parte nostra pretermitteremus pro pace predicta; pro qua reddere sibi volumus magnas gratias, et non dubitamus ex hac unione sua multa bona subsequi posse. Licetque id non opportere putemus, hortamur tamen excellentiam suam pro multa affectione et fraterno amore nostro, ut in hoc suo tam laudabili proposito de bono in melius perseveret.

Ad partem balistariorum et sclopeteriorum, qui petuntur respectu Turci, respondemus, quod licet pro virtute et solita magnanimitate illustris dominationis sue ac pro situ, passibus et conditionibus locorum et territorium suorum non dubitemus, attenta etiam coniunctione et bona unione facta cum dicto rege, quod in omnem casum viriliter se prevalere poterunt et tueri statum suum contra Turcum, advisamus tamen ipsos spectabiles oratores, quod principes et potentie christiane iam excitantur ad procedendum potenter contra Turcum, et nos quoque pro parte nostra pro comuni bono christianitatis et honorem dei facere intendimus, non parcendo periculis nec expensis. Et ultra quod in satisfactionem prefati illustris domini ducis sumus bene contenti, quod pro tuitione sui status contra hunc Turcum de locis nostris habere possit de balistariis et sclopeteriis pro pecuniis suis, dicimus, quod semper, quando videbimus in eius opportunitatibus prestare sibi posse favores nostros, id libenter faciemus, quoniam et honorem et comoda sua sicut propria desideramus. Licetque cum Turco aliud concordium non habemus, nec ex his, que videri possunt, habituri sumus, tamen ob id, quod nobis dici fecit, si forte aliquo tempore aliter sequerertur, libenter faciemus iuxta requisitionem suam.

Circa partem locorum nostrorum, que petuntur casu quo per Turcum peleretur ex statu suo, dicimus, quod confidimus, ut prediximus, in divina clementia et in virtute et potentia sua et aliorum predictorum, quod casus iste nunquam occurret, imo quod excellentia sua se prevalebit et conservabit in statu suo, sicut tota mente desideramus. At tamen si forte, quod absit, aliter videretur posse occurrere, erimus semper bene contenti, quod cum persona, filiis, familia, rebus et bonis suis omniumque suorum per terras et loca nostra se reducere possit ad locum nostrum Liesne, sicut etiam alias sibi dici fecimus. Nam semper excellentiam suam libenter videbimus et honorifice suscipiemus, et in cunctis, que a nobis fieri poterunt, semper ei complacere curabimus.

Ad factum iustificationum prefati domini ducis contra Paulum banum Croatie, cui guerram facere intendit, petitque ballistarios pro vindicando se contra eum, dicimus, quod licet voluntas et dispositio nostra optima sit in omne decus et commodum ipsius illustris ducis, non videmus tamen stantibus terminis sibi salva honestate et honore nostro in hoc satisfacere posse. Et etiam, quod subditi illi sui venire non possint ad loca nostra, non videmus id iuste inhiberi posse, quum loca et territoria nostra aperta et comunia sunt. Nec aliter absque offensione honoris nostri facere posse videmus.

Pro quanto autem spectat ad bellum, quod gesturus est contra banum Paulum, cum simus fraterne affecti excellentie prefati ducis, nolumus nec volumus de eo nos aliter impedire nec etiam de terris et locis illis suis Croatie, nisi solum de duobus, videlicet de Ostroviza. que ut notum est alias fuit nostra, et in ea ius plenum habere pretendimus; et de Clissa, que fuit in protectione nostra et recomandati nostri. Ideoque rogamus excellentiam suam, sicut etiam alias ei dici fecimus, ut pro honore nostro de his duobus se impedire non velit, de aliis vero faciat, ut sibi libet.

Circa partem, per quam petit mercatores suos posse emere lanas et alias mercationes a navibus et navigiis nostris in culfo Catari, vellemus libenter sibi complacere posse, sed advisamus eum, per leges nostras, quibus contravenire non possumus, esse inhibitum, quod mercationes et queque res onerate extra culfum super navibus et navigiis nostris, vendi non possint nec conduci alio quam Venetias, et licet sepe fuerimus requisiti a terris nostris propriis Dalmacie, quod eis concederemus id, quod nunc petit prefatus illustris dominus, tamen id semper denegavimus, obstantibus nostris legibus predictis; quare rogamus excellentiam suam, ut nos habeat excusatos. + 151 — 5 — 9.

Secreta consilii rogatorum lib. XXI. c. 70, u mlet. arkivu.

CXCV. God. 1461. 10. prosinca, u Šibeniku.

Dopituje se selu Crnici kotara šibeničkoga gaj za pasti njekoje živine.

Assignatio gaj ville Cernizze. Die x decembris MCDLXI. Comparentes ad presentiam Alexandri Marcello comitis et capitanei Sibenici Mattheus Franulovich et Petrus Hertissich iudices villae Cernizzae, exposuerunt, indigere aliquo loco pro pascendis animalibus ab aratro et somerios, rogantes, quod ipsis pro hoc assignetur unum gaj, prout et aliis assignatum fuit „quum ab annis viginti et citra positi fuerunt in comitatu Sibenici", et quod in isto loco prohibitum sit plantas incidere, herbas colligere et alia animalia pascere. Die XXIII decembris per ordinem comitis se contulit ibi Thoma Tomassevich iudex curiae maioris, et assignavit ipsis locum vocatum Boischia: „incipiendo in monticulo vocato Plano Bardo a parte sirocali versus magistralem ad montem Sajenizah, et deinde versus alium monticulum vocatum . . . , et deinde redeundo et eundo versus boream ad montem positum super Boischia suprascripta usque ad viam, per quam tenditur ad dictum Boischia, et recto tramite per dictam viam usque ad monticulum suprascriptum Plano Bardo". Reservatis vero iuribus comunis Venetiarum. Comes approbat.

Diplom. sibenic. in bibliotheca palatina Viennae. Cod. suppl. 541. p. 127.

CXCVI. God. 1461. 15. prosinca, u Castelmare.

Zastupnici občine dubrovačke i občine saragoske ugovaraju naknadu za okradjene dubrovačke trgovce.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadrigentesimo sessagesimo primo. Regnante serenissimo et illustrissimo domino nostro Ferdinando dei gratia rege Sicilie, Jerusalem,

Hungarie, in eodem regno anno quarto feliciter amen, die quintodecimo mensis decembris, decime indictionis. Apud viam castellorum maris, in praesentia iudicis generalis, notarii, testium ad hoc vocatorum, facta fuit conventio inter procuratorem comunitatis Ragusii et comunitatis Saragosae causa mercium Raguseis ablatarum.

Datum apud viam castellorum maris 14 decembris 1461. x indictionis.

Originale pergamenum aliquantum consumtum in archivio secreto Viennae.

CXCVII. God. 1461. 31. prosinca, u Mletcih.

Zakoni stvoreni u šibeničkom vieću nevriede, ako nisu u mletačkom vieću potvrdjeni.

Leges per nobiles Sicenses condite, non valeant nisi confirmentur. — Pasqualis Maripetro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Alexandro Marcello de suo mandato comiti Sibenici et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Venerunt ad presentiam nostram oratores illius fidelissime communitatis nostre Sibenici, exponentes et supplicantes, quod cum in litteris nostris sub die quarto augusti proxime preteriti contineatur, quod leges per nobiles positas ac novas consuetudines non permittatis observari, quod posset interpretari, et intelligi contra privilegia et concessiones nostras in felici aquisitione promissas, dignaremur ad hoc providere; ut autem circa hoc mentem nostram intelligatis, cum consilio nostro decem vobis declaramus, quod privilegia, videlicet unum populo sub die xxx mensis octobris, alterum nobilibus die xxx mensis decembris MCDXII observare et observari facere debeatis; alias autem leges et consuetudines per ipsos nobiles positas post dicta privilegia nostra supradicta, nolumus observari nisi per nostrum dominium approbata et confirmata fuissent. In ceteris autem partibus ipsarum litterarum nostrarum die IV. augusti, eas servare debeatis, sicque cum dicto consilio nostro decem mandamus, quod observari et exequi debeatis.

Data in nostro ducali palatio die ultimo decembris, indictione x. MCDLXI.

Diplom. siben. in bibliotheca palatina Viennae. Cod. supp. 541. p. 126.

CXCVIII. God. 1462. 4. siečnja, u Mletcih.

Mletčani prikažuju papi nevoljno stanje, u kom se Ugarska nalazi, i bodre ga, da joj priskoči u pomoć.

MCCCCLXI. die quarto ianuarii. Quod littere infrascripti tenoris mittantur ad summum pontificem. Accepimus his diebus litteras secretarii nostri, quem tenemus apud regiam maiestatem Hungarie; et quia vise sunt nobis non vulgaris ponderis et momenti, spectabili oratori sanctitatis vestre ostendendas atque tradendas censuimus. Ceterum considerato discrimine rerum pro magnitudine incumbentis periculi, si forte subsidii desperatione rex et barones illius regni adducti, inducias aut aliquod concordie genus cum communibus christiane fidei et religionis hostibus inirent, non alienum existimavimus exemplum ipsarum litterarum etiam

ad vestram beatitudinem mittere. Intelliget sanctitas vestra pro sua mirabili sapientia, quo in cardine res illius regni versentur. Nec dubitamus, quin pro sua singulari in rem christianam dilectione paternique officii cura cogitationes et consilia sua huc conversura sit, ut impresentiarum omni celeritate et diligentia ad aliquod particulare subsidium veniatur, quo mediante rex ille et regnum illud paulo erectioribus animis ab omni pestifera et pernitiosa concordia cum hoste naturali et implacabili ineunda abstereantur, atque spei pleni et auxilio freti, adversus hostiles impetus et vafros conatus se tueantur, donec salvatore et domino nostro Jesu Christo opitulante, opera, consilio et auctoritate beatitudinis vestre comparatis regum et principum fidelium auxiliis ad expeditionem sanctissimam generaliter veniatur. Preterea videbit sanctitas vestra, que solicitudo et cura incussa sit animis tum regis tum regni baronum ob suspitionem futurarum novitatum et perturbationum ex proposito serenissimi imperatoris: que res, quam perniciosa sit, pro eo quod dubios animos facile impellere posset ad capiendum inducias, seu aliquod aliud genus concordie cum perfidis hostibus sanctitas vestra optime intelligere potest. Quamobrem obviam celerrime est eundum, et peropportune providendum. Dignetur itaque beatitudo vestra, ad curam et auctoritatem cuius merito pertinet de his providere, ita huic rei consulere, ut omnibus efficacioribus et commodioribus rationibus apud serenissimum imperatorem instetur atque agatur, ut pro statu presenti rerum, prospectis malis, que consequi possent, inducat tandem animum non modo ab actualibus offensionibus et molestiis illius regni abstinere, verum quoque ab omni signo atque suspitione novitatis; hisce de rebus, qua possumus devotione et reverentia, opem et sapientiam sanctitatis vestre studiosissime imploramus et petimus. De parte 162, de non 8, non sinceri 3.

Secr. cons. rogat. vol. XXI. c. 75., u mlet. arkivu.

CXCIX. God. 1462. 6. veljače, u Mletcih.

Kazan za krivu prisegu.

De pena perjurii, quod sit amputatio lingue. — Pasqualis Maripetro dei gratia dux Venetiarum etc. Alexandro Marcello comiti Sibenici. Significamus vobis, quod in nostro consiglio rogatorum die primo decembris proxime preteriti capta fuit pars tenoris infrascripti, videlicet: qui gubernaculis civitatum preficiuntur, maxime intenti esse debent, et peccata vetare, que omnipotentis dei indignationem facile provocare possint. Quoniam nullum a christianis detestabilius haberi debet quam perjurium, quo iustitia, que imaculata esse debet, pervertitur, et quod scelestius est, fides Christo negatur; hisque temporibus reperiantur non nulli iniqui et perfidi homines, qui spreto honore et reverentia Dei, pecunia et promissione corrupti, in tam execrandum scelus incidisse inventus fuerit, non possit minori supplicio incisione lingue puniri, per modum quod loqui non possint etc. sed maioris, si eorum conscientie videretur etc. secundum delinquentis peccati conditionem sub pena cuilibet eorum in parte furantiam contenta.

Data in nostro ducali palatio die VI. februarii, indictione X. MCDLXI.

Diplom. siben. in bibliotheca palatina Viennae. Cod. supp. 541. p. 126.

CC. God. 1462. 19. veljače, u Mletcih.

Mletčani nastoje, da dobiju u svoju vlast grad Kliš.

1461. 19 februarii m v. Ex litteris rectorum nostrorum Tragurii et Spaleti constat, illustrem ducem Stefanum sancti Save, accersito auxilio Bossinensium et Turchorum, provinciam Croatie esse invasurum, et imprimis omne studium positurum ad obtinendum oppidum Clisse. Quo loco occupato, quo in periculo ille nostre civitates sint constitute, et quemadmodum pateant ad omnem Turchorum impetum, facile ab omnibus intelligi potest. Quamobrem magnopere cavendum est, et omni opera et cura studendum, ut locus ille Clisse in manus et potestatem nostri dominii veniat: ideo vadit pars.

Quod mandetur rectori nostro Spaleti, ut omni opportunitate et prudentia perquirat et det operam sive cum bano Paulo sive cum alio quocunque, qui dictum locum dare et effectualiter assignare posset, ut aut venditione aut pignoris nomine habeat ipsum oppidum Clisse nomine nostri dominii, pro quo promittere possit usque ad summam ducatorum x mille et ab inde infra, dandorum et numerandorum designato nobis sepedicto oppido Clisse; incipiendo promittere a minori summa, quemadmodum potuerit melius et habilius cum utilitate nostri dominii facere. Super qua re prudentie et fidei dicti nostri rectoris Spalati est confidendum. Et comittatur ei, quod omnibus dexteris et utilibus modis, quibus poterit, utatur consilio et favoribus et contributione fidelium nostrorum civium Spaleti, quemadmodum alias ipse suis litteris dominio nostro significavit, ad bonam et votivam executionem huius voluntatis nostre circa obtentionem oppidi suprascripti Clisse. + 108, — 24, — 16.

Secreta consilii rogat. lib. XXI. c. 78., u mlet. arkivu.

CCI. God. 1462. 5. ožujka, u Mletcih.

Republika njeke zakone sastavljene u vieću šibenčkomu potvrdjuje a njeke uništuje.

Pasqualis Maripetro dux Venetiarum etc. Alessandro Marcello comiti Sibenici et successoribus. Venerunt ad nostram presentiam Jacobus Naplavich, Georgius Sisgorich et Petrus Tolimerich, nuncii istius civitatis, rogantes, ut confirmaremur aliquas leges factas in eorum consilio anno 1413. Examinatae ergo ipsae leges in nostro consilio, fuerunt omnes confirmatae exceptis quinque „quarum tres quia inhoneste videbantur penitus abrogavimus. Primam silicet: quod apothecae in solemnitatibus sancte Trinitatis et nativitatis aperte stare possunt. Secundam: quod eque in districtu teneantur, quodque unus equus teneri possit. Tertiam: quod rustici, equos tenentes, sint ab angaria exempti. Et reliquis duobus derogavimus."

Data in nostro ducali palatio die v. martii, indictione x. MCDLXII.

Diplom. siben. in bibliotheca palatina Viennae. Cod. supp. 541. p. 129.

CCII. God. 1462. 12. ožujka, na Braču.

Pogodba o prodaji zemalja i kuća.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo quadragentesimo sessagesimo secundo, indictione decima, die duodecima martii, actum in cancellaria comunis Brachie, presentibus ser Nicolaus Crancovich, ser Antonius Simeonis, et ser Cattarino ser Nicolai de Primis, testibus ad hoc rogatis et vocatis, ibique Marinus Matievich quondam Mathei de Culmatio superiori pro se suosque heredes et successores titulo venditionis dedit, tradidit iure proprio et in perpetuo nobili viro ser Matheo Nisetich de Dubroviza presenti stipulanti pro se suosque heredes et successores ementi et recipienti terras suas cum duobus domunculis in districtu Dubrovize in loco dicto Taputna sub Coprivice intra hos confines: incipiendo da Zagomilie eundo per confinia ser Jacobi de Crisano a parte meridionalis usque terrenum dicti ser Mathei positus super Lusno Corito, ab inde eundo verus aquilonem usque certam gomilnizam, ubi erant domuncula dicti venditoris sub Coprovice, et ab inde eundo semper sub Coprovice versus orientem in capite de Zagomilie, et si qui veriores confines ad habendum, tenendum et possidendum, quidquid eidem emptori deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis iuribus, iurisdictionibus et pertinentiis sibi quomodolibet spectantibus et pertinentibus pro pretio librarum duodecim parvorum et decem animalia femina quinque caprina et quinque pecudina de annis tres et duos castrones caprinos, de qua dictus venditor confessus fuit habuisse et recepisse integrum a dicto emptore, promittens per se suosque heredes dicto emptori et heredibus, dictam rem venditam sibi defendere et excalumniare a quibuscumque hominibus et personis, et singula supra scripta perpetuo firma et rata habere et non contrafacere aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto, sub pena contenta in statuto comunis Brachie; et iuraverunt partes.

Die supradicto Michael plazarius retulit proclamasse in villa Nerezi. Die decima tertia mensis predicti Giorgius plazarius retulit proclamasse in villa Dubrovize. Ego cancellarius dictus fideliter transcripsi instrumentum istud repertum in libro spectabilis Marci Molini fuit comes Brachie.

Iz izvornika kod obitelji Nisetićeve u Selcih na Braču.

CCIII. God. 1462. 24. ožujka, u Mletcih.

Knez Matija Poljički obećaje predati u ruke mletačke grad Kliš uz njeku nagradu.

1462. 24 martii. Alias diverse pratice habite sunt pro habendo castello Clisii, et ultimate deliberatum fuit per hoc consilium expendere ducatos ab octo usque x mille. Impresentiarum vero comes Matheus de Poliza, fidelis subditus noster veniens ad nostram presentiam nomine Stephani Strisich de Rodobiglia, qui castellum ipsum habet in manibus, offerens dare illud in manibus nostri dominii, porrexit ista capitula, et pro ipso Stephano, Joanne et Gregorio fratribus suis fecit has petitiones, que

sunt multo minores et commodiores pro nostro dominio quam quas alias facere voluerimus. Propterea attenta castelli predicti multa importantia ad res nostras Dalmatie, vadit pars, quod capitula et petitiones facte per prefatum comitem Matheum nomine eiusdem Stephani et fratrum auctoritate huius consilii admittantur et approbentur, fiantque patentes littere, que mittantur ad manus comitis nostri Spaleti cum mandato, ut volente eodem Stephano assignare castellum predictum, mittere debent acceptum tenutam illius nomine nostri dominii. Et mittat Jacobum Arditum commestabilem nostrum cum sua societate et alios etiam, si necesse fuerit, sub eodem Jacobo, cum tali modo et intelligentia, quod res ad votum conficiatur, et remaneat castellum ipsum optime custoditum, donec nos alias fecerimus provisiones. Et accepta tenuta illius, det et assignet fratribus supradictis patentes litteras simul cum duc. ccc. iuxta continentiam petitionis eorum, advisetque dominium subito et immediate de rei successu. Copia vero predictarum litterarum detur supradicto comiti Matheo, sicut requirit. — Comiti vero Matheo auctoritate huius consilii consentiri et complaceri debeat de nonnullis eius honestis petitionibus, que sunt he, casu quo res ad effectum perducatur. — Postquam vero certificati fuerimus per litteras comitis nostri Spaleti optinuisse et in manibus suis habere et tenere nomine nostri dominii castellum supradictum, scribatur Petro Thomasio et ei mandetur, ut esse debeat cum illo serenissimo domino rege pro iustificatione huius materie cum illis verbis et rationibus, que tunc per hoc consilium deliberabuntur. + 146 — 2 — 4.

Domande fano Stephano, Cuane et Zorzi Strisich fradelli de Rodobilla per el castello de Clissa etc. al conte Mathio per nome dela signoria.

Primo: che lo i sia dato una caxa per loro et per suo heredi in Dalmatia, dove li parera et piacera.

Secondo che lo i sia dato per loro et suo heredi in Dalmatia dove li parera et piacera tante possessione, che vagliano ducati octocento.

Tercio che per cadauno de loro fradelli et suo heredi gli sia dato lire cl. de pizoli de provision a l anno, che sono fra tuti tre lire ccccl. de pizoli in qual luogo piacera ala signoria.

Quarto che assignado el dicto castello in man de la signoria over suo messi, subito siano donati a i diti ducati ccc. d oro, zoe ducati cento per cadauno.

Quinto: chel sia scripto a tuti i rectori de Dalmatia, et cussi debino far proclamar, che alcuno subdito de la signoria non ardisca ne debi chiamar i dicti fradelli ne cadaun de loro manchadori de fede, immo boni servidori de quella, soto pena de rebellione.

Sexto: chel sia facto una lettera patente dele suprascripte concessione, la qual stia in man del magnifico conte de Spalato over del conte Mathio suprascripto, finche la cossa hara havuto executione, ma che i sia dato la copia ad esso conte Mathio, azo lui la possi scriver in schiavo, et mostrarla ali diti.

Petition del magnifico conte Mathio.

Primo: che la provision la qual havea el vaivoda Piero suo fradello de lire cento de pizoli al ano, sia transferida in suo fioli apresso quella i hanno che e lire xxv. al ano per uno, siche i babino le suo lire xxv. de pizoli per uno, et le cento del padre fra loro.

Secundo: perche quando questi de Poliza se fezeno subditi et servidori de la signoria, quella dete per provision al magnifico conte Polo suo fratelo lire xx. de pizoli al ano, et da poi li cresete lire 80. de pizoli apresso le dite xx. Et el magnifico conte de Spalato, che alhora era, intendando, che ne le dite lire LXXX. se comprehendesse le prime xx., non i pago se non lire LXXX. al ano, et cussi hano facto i suo successori. Dimanda et supplicha, chel sia chiarito, che labia lire cento al ano, chome fu intention de la signoria, chome apar per suo lettere; et che del passato el sia paga de quanto li e sta ritenuto per caxon dele dite lire xx al anno. Et perche el dito suo fradello e conseiero del ducha Stefano, et molto conferisse ali fati dela signoria vostra, perche el non se fa cossa in quella corte, che loro fratelli non el sapiano, per confermarlo in questo suo bon proposito se degni quella farli dar in questa cita quello avanzo i resta come e dito de sopra.

Tercio: perche de i facti et fede de esso conte Mathio et del compagno la magnificencia de mis. lo conte vostro de Spalato scrive ad plenum, superfluo saria dir altro, solum i se ricommandano ala signoria vostra dicendo, che tutto quello la i fara, sara facto a soi boni et fedel servitori.

Quarto: che la lettera, la qual optene dala signoria vostra suo fratello quondam vaivoda Piero, directiva al ban Paulo per liberation de suo figluoli, sia facta aperta cussi chome le serada.

Quinto: che per rispecto, chel dicto vaivoda Piero suo fradello e morto lassadi doi suo figluoli retegnudi ne le man del ban, et che a loro etiam ali altri fratelli et sorelle non sia rimasto cossa alcuna, perche el dito ban li robo tuto quel mobele et stabele i havea, supplicha el dito conte Mathio et la dona del prefato vaivoda Piero, che azo essa dona con i fioleti et fiolete se possino alquanto sublevar, la signoria vostra se degni farli dar la provision soprascripta de anni tre avanti tracto, zoe al presente. Et se ala signoria vostra rispecto i pagamenti la ha a far a quelli soldati da Spalato non paresse farglili dar nel dito luogo, se degni farglili dar qui, perche la i fara una grande elimosina et gratia apresso i meriti del padre suo.

Secr. cons. rog. lib. XXI., u mlet. arkivu.

CCIV. God. 1462. 29. ožujka, u Mletcih.

Odgovara se ugarskomu poslaniku.

MCCCCLXII. die XXVIIII martii Quod magnifico oratori serenissimi regis Hungarie, qui nuper ad nos contulit, et post generalia longo verborum ornamento conatus est declarare nobis, qualis adversus christianos sit perfidus animus et intentio Turci, quidve moliatur et paret in exitium et perditionem suam in partibus Europe, utque presertim regnum Hungarie debellare possit, dehinc facilius christianum nomen subvertere. Commemoravit quoque periculosas et calamitosas conditiones regni Hungarie, gravesque iacturas et clades a Turcis susceptas; ultra quas ab imperatoria maiestate iniustum bellum regno ipsi inferrebatur. Sepius a pontifice maximo regia maiestas Hungarie in tantis periculis implorare opem

studuerat, sed nihil unquam id proficere potuit, quia usque adeo solum verbis fuerat saturatus. Rursum maiestas regis sui mittere eum statuerat ad romanum pontificem, motus presertim suasionibus nostris, fretusque magno amore et affectione precipua, quam continue novit gerere nos sanctitati sue, in qua re spem et confidentiam suam in nos locaverat, nostraque opera succursum et favorem impetrare posse, sibi persuadebat, multum digne et honorifice de nobis locutus est. Habuerat namque in mandatis a serenissimo rege suo quecumque sibi iniuncta romano pontifici referenda prius comunicare nobiscum, omniaque ut verbis suis utamur, remittere consilio, auctoritati et arbitrio nostro. Subinde orator ipse iterum ad nos regressus, multis humanis et affectuosis verbis commemoravit, quod si ad generalem expeditionem contra hostem procedendum erat, necessarii videbantur regie maiestati LX mille pugnatorum, sed descendit tandem ad numerum saltem militum XL mille, quibus solveretur per potentias christianas solummodo per sex menses, nam ultra quod de victoria proculdubio sperandum erat, milites ex bello se ipsos alerent. Si vero universalis expeditio pro nunc fieri non posset, erat penitus necessarium, ut periculis rerum Hungarie de presidio pecuniarum quamprimum provideretur, saltem pro hac estate, ut hostium impetus sustinere posset etc. sicut per serenissimum dominum ducem huic consilio relatum est, respondeatur:

Longe nos ab officio deficere videremur, si pro iis, que magnificus ipse orator nomine regie serenitatis Hungarie multa prudentia et elegantia nobis retulit, preteriremus silentio, meritis eum laudibus commendare; quandoquidem nihil pro nostra sententia superaddi posset, quod ornamento et gravitati sue attribuendum sit. Regie vero maiestati Hungarie pro his, que libuit tam digne tamque honorifice de nobis loqui, proque suo immenso in nos amore et affectione precipua, tantas gratias habemus, quantas animus noster capere potest. Qui si illustri quondam genitori suo felicis recordationis per continua tempora singulari benivolentia et caritate devincti fuimus, id multo magis, si magis dici possit, cum serenitate sua agere semper intendimus. Quid Turchus perfidissimus hostis in eversionem christiani nominis moliri videatur; quid presertim machinetur adversus regnum Hungarie dudum bellis cladibusque oppressum, intelleximus optime. Testamur deum nostrum, cui nihil est abditum, semper nos calamitatibus regni illius tantum indoluisse, quantum omni iure debemus. Ad id et fidei ardor et honor christiani nominis et precipuus amor noster in regiam celsitudinem semper nos quam maxime impulerunt; cupidique fuimus, et sumus hunc animum nostrum experiri posse, et operibus commutare. Quippe iam tempus advenit, quo principibus et potentatibus christianis permultum incumbit vigilandum esse, non amplius dormiendum, si divinam religionem colunt, si communi saluti consulendum est. Non possemus dignis extollere laudibus regiam maiestatem pro ferventi magnanimoque proposito suo proque tam salutifero eius instituto mittendi legationem suam ad pontificem maximum, quam divino aspirante numine processisse non dubitamus, siquidem speramus et certo confidimus optimum eam fructum parituram esse. At quoniam libuit serenissimo regi nobiscum prius in particulari comunicanda esse, que pontifici maximo referenda sunt, consilioque et arbitrio

nostro remittenda, agimus etiam hoc in loco maximas gratias maiestati sue pro tanta humanitate et affectione in nos sua, nec sapientissimo consilio suo quicquam addi posse arbitramur. Studia nostra et cogitatus omnes, iamdiu cupide convertimus, ut cohoperante deo, res sancte expeditionis disponi possint; cumque litteris secretarii nostri apud serenissimum regem existentis iam pridem certiores effecti essemus de mente maiestatis sue deque conditionibus regni sui, et per medium oratoris summi pontificis apud nos, et frequentibus litteris et nuntiis nostris curavimus, nihilque apud beatitudinem suam ommisimus, ut periculis christrianorum presertimque rerum Hungarie occurrendum esset; ab sanctitate sua responsa optima habuimus. Nosque pro quanto ad generalem expeditionem pertinet, beatitudini sue, quicquid in nobis est, magno et forti animo obtulimus, gesturos apertum bellum et cum valida classe nostra nihil omnino pretermissuros, ut que contra hostem gerenda sunt, gloriose complecti possint. Scimus, pontificem maximum studiosam operam iam dedisse, ut inter imperatoriam maiestatem et regiam serenitatem Hungarie inducie seu belli more conficiantur, quas sanctitas sua, ut nobis nuper scripsit, non dubitat habituras esse locum. Scimus quoque pontificem ipsum cum nonnullis aliis magnis principibus sanctum hoc opus expeditionis tractare, disponereque; pro quanto vero ad particularem opem et pecuniarum presidium serenissimo regi interea conferendum spectare potest, ut hostium impetum formidare non habeat, cupidi omnis honoris et status sui, poteritis his diebus commemorandum duximus, et per litteras scripsimus romano pontifici, necessarium videre nobis, quod ultra celerem missionem in Hungariam unius legati, etiam per potentatus Italie iuxta compartitionem per suam beatitudinem faciendam mensuatim solverentur usque ad summam xII mille ducatorum, cum quibus in Hungaria stipendio acciperentur saltem equites IIII mille, qui opem regie maiestati sue ferre possent, utque sanctitas sua cerneret, quo animo id memorabimus, quamquam gravissimisque expensis essemus impliciti tum in classe nostra maritima contra Turcos, quam longe potentiorem solito instruximus, tum in muniendis locis nostris partium orientis finitimis hosti, gentibus et presidiis: eramus tamen contenti contribuere illam partem istius expense, que decens et honesta esset.

Circa hec patefecimus libenter cor nostrum prefato magnifico oratori, ut omnia sicut nobis, sibi aperta sint. Speramus siquidem per hunc eius accessum omnia in melius successura, felicemque exitum consecutura esse. Et nos ut que diximus, iam tandem perfici possint, nihil unquam ex parte nostra pretemissuri sumus. De parte 158, de non 2, non sinceri 3.

Sec. cons. rog. vol. XXI. c. 83., u mlet. arkivu.

CCV. God. 1462. 6. travnja, u Mletcih.

Mletčani šalju poslanika Skenderbegu, da ga umiri.

MCCCCLXII. die VI aprilis. Comiti et capitaneo Scutari. Per litteras vestras et per introclusam copiam litterarum Scandarbegi ad vos, intelleximus animum suum erga res nostras illius provincie male dispositum esse. Et pretendit idem Scandarbegus aliquas causas, que multum dis-

plicent nobis, si ita est, ut ei date sint turbandi pacem et quietem subditorum nostrorum, et mentis nostre esset, ut priusquam ulla novitas occurrat, res ille aptarentur et componerentur. Et propterea volumus et vobis mandamus cum nostro consilio rogatorum, quod si ad presentium receptionem sentiretis aliquem oratorem aut nuntium Scandarbegi supradicti ad nos venisse, aut certe venturum in procintu esse illinc discedendi, de presenti materia, intentione et mandato nullam penitus faciatis demonstrationem, sed prudenter dissimulando operam date, ut res pacifice transeant, quoniam nos cum predicto oratore aut nuntio omnia componere et res ad quietem deducere procurabimus. Si vero nullus orator sive nuntius a prefato Scandarbego ad nos venisset aut venturus certissime et subito non intelligeretur, est nostre intentionis, et ita cum predicto nostro consilio vobis mandamus, ut mittere debeatis pro reverendo domino Georgio Pellino protonotario abbate Rotacii, qui nobis fidelis esse consuevit, et ita esse impresentiarum non dubitamus, et nomine eiusdem Scandarbegi alias fuit ad presentiam nostram, cui committite, ut ad prefatum dominum se conferat, et vestro nomine ei referat, quod dominatio nostra informata per litteras vestras de verbis, quibus usus est, indicantibus non bonam eius dispositionem erga loca et subditos nostros, causam intelligere non valens, satis mirari non potuit, quoniam cum eius personam sincere diligamus et conservationem status rerumque suarum desideremus uti domini nostro dominio amici et devoti, non videtur nobis convenire, ut ipse alia in res et subditos nostros voluntate et dispositione sit; et si forte causam aliquam allegaret, ei dici facite: veri et boni amici et devoti debitum esse in omnes casus recursum habere ad principalem dominum, qui non est verisimile credere, ut aliquid patiatur inhonestum, et quid iure possit ledere aut rescindere antiquam benivolentiam et caritatem, quam erga amicos et devotos suos gerit. Et propterea hortetur idem protonotarius, procuret et inducat vestro nomine Scandarbegum predictum, ut aliquem ex suis ad nos mittat, quoniam certissimus estis, quod dominium nostrum, sicut consuetum est, a rebus convenientibus et honestis non discedet; et interim date operam, ut res ille pacifice et quiete transeant. Si vero protonotarium supradictum habere non possetis, mittite alium quempiam ex subditis nostris, qui imprimis nobis fidelissimus sit, et prudentia et existimatione valeat, et apud Scandarbegum predictum creditum etiam et fidem habere possit, et qui vobis magis aptus ad hoc et idoneus videatur, et quantum fueritis executus, ad nos subito scribite. De parte 151, de non 0, non sincere 1.

Secreta cons. rog. vol. XXI. c. 86., u mlet. arkivu.

CCVI. God. 1462. 27. travnja, u Mletcih.

Vieće od desetorice uništuje sve prodaje i najmove državnih dobara, učinjene od knezova šibeničkih od 13. travnja 1456 u naprieda.

Pasqualis Maripetro dei gratia dux Venetiarum etc. nobili viro Alexandro Marcello comiti Sibenici etc. Relatum fuit nobis, quod comites Sibenici contra ordinem 13 aprilis 1456 nostri consilii alienarunt et dederunt in affictum multa bona et terras nostri dominii. „Quare cum

nostro consilio decem vobis mandamus, quod omnes concessiones, alienationes et quoscunque actus factos per precessores vestros a suprascripto die XIII aprilis MCDLVI citra super et de possessionibus, terrenis, domibus et aliis quibuscumque bonis, receptis presentibus, cancellare, anullare et cancellari et annullari facere debeatis" ita ut omnia redeant in dominium nostrum. Si quis autem sentiret se gravatum per istum ordinem, valere faciat sua iura apud consilium Decem.

Data in nostro ducali palatio, die XXVII aprilis, indictione X. MCDLXII.

Diplom. siben. in bibliotheca palatina Viennae. Cod. supp. 541. p. 129.

CCVII. God. 1462. 5. svibnja, u Mletcih.

Republika obavieščuje svoga tajnika u Rimu o novostih u Ugarskoj, šalje mu listove za papu, i ovlašćuje ga neka obeća, da će pružiti u pomoć ugarskomu kralju svaki mjesec do 5000 dukata.

MCCCCLXII die quinto maii. Circumspecto et sapienti viro Nicolao Sagundino secretario nostro ad summum pontificem. Nicolae. Ex his, que iampridem habueramus per litteras circumspecti secretarii nostri Petri Thomasii apud regiam maiestatem Hungarie existentis, scribere statuimus romano pontifici sub die XX martii preteriti sicut per exemplum litterarum, quod ad tui ampliorem instructionem mittimus, his insertum videbis, et ad ferendam opem rebus Hungarie in periculo constitutis commemoravimus inter cetera, quantum necessarium putabamus, quod per potentatus Italie solverentur mensuatim X mille in XII mille ducatis, iuxta compartitionem per ipsum summum pontificem faciendam, cum quibus acciperentur stipendio in Hungaria equites IIII mille, qui regno illi contra Turcos favori essent. Ab eius vero beatitudine superioribus diebus accepimus responsum cuius copiam implicitam his videbis; nosque ad declarationes petitas per sanctitatem suam circa materiam istam respondimus, cum etiam iam per exemplum litterarum nostrarum diei XXII aprilis his inclusum videre poteris. Nescimus autem, cum etiam iam efluxus sit mensis, quod ad romanum pontificem se contulerit unus orator regie maiestatis Hungarie imploraturus favores beatitudinis sue propter pericula regni illius, quid ipse consequi potuerit, in qua quidem expectatione manentes, cupientes plurimum intelligere, quid per sanctitatem suam decretum fuerit, et quid nobis respondere libuerit. Supervenerunt novissime littere prefati secretarii nostri diei quarti aprilis nuntiantes gravia pericula regni illius, et quid Turcus pro illius subversione paret. Copiam earum litterarum similiter ad informationem tuam mittimus his implicitam. Nos pro pondere tante rei cum deliberatione nostri consilii rogatorum scribere statuimus ad pontificem maximum per litteras, quas ad te mittimus his adiunctas, quarum etiam copiam presentibus insertam videbis, volentes et mandantes tibi, quod litteras ipsas nostras quamprimum presentare studeas beatitudini sue, ut de omnibus sicut nos certior fiat, per quas sicut videbis rursum optulimus sanctitati sue ducatos III mille in mense pro portione nostra. Solicitamus quoque beatitudinem suam ad missionem unius legati videlicet reverendissimi domini cardinalis sancti Angeli, sicut videbis. Ideoque volumus, quod si nondum sanctitas sua

deliberasset seu fecisset conclusiones necessarias in ista materia, omne studium et diligentiam tuam adhibeas circa hoc, ut tollantur more, que nonnisi summe nocive ac pernitiosissime esse possunt, utendo cum beatitudine sua omnibus illis verbis et rationibus, que tue prudentie videbuntur. Sique comprehenderes, summum pontificem difficultare materiam istam, quia diceret eam concludere non posse cum III mile ducatis pro portione nostra, contenti sumus, ut non restet conclusio tanti boni, quod offerre possis nomine nostro sanctitati sue alios ducato v centum in mense, et non possendo etiam facere hoc modo, usque ad summam ducatorum IIII mille pro parte nostra; et si etiam cum ducatis IIII mille fieri non posset, contenti sumus, quod promittere possis ad partem usque ad ducatos v mille per menses sex, sicut continue dictum est. Nihil itaque ex latere tuo de possibilibus omittes pro votiva conclusione istius rei, quam habemus valde insitam cordi nostro, studeasque, quod sanctitas sua litteris nostris respondeat. Et de omnibus quam celerrime reddes nos etiam tuis litteris certiores. De parte 142, de non 8, non sincere 16.

Secr. cons. rogat. vol. XXI. c. 89., u mlet. arkivu.

CCVIII. God. 1462. 5. svibnja, u Mletcih.

O podpori, što se davala Ugarskoj u novcu; i da papa pošalje onamo svoga legata da hrabri vojsku i narod.

MCCCCLXII. die quinto maii. Summo pontifici Pio secundo. In responsionem brevium sanctitatis vestre dierum VI et VII aprilis nuper elapsi dedimus ad eandem litteras nostras sub die XXII mensis eiusdem, quibus ad declarationes petitas beatitudini vestre mentem nostram nuntiavimus. Novissime vero ab secretario nostro in Hungaria existente accepimus litteras datas quarto aprilis, quarum exemplum, ut agamus de consueto more nostro, sanctitati vestre his implicitum mittimus, ut sciat, quibus in terminis res Hungarie constitute sint, et que pericula regno illi, sed verius christianitati, imminere videantur. Novimus semper sapientissimam sanctitatem vestram, nec expedire multum putamus rei istius magnitudinem, que honorem dei salutemque christiani nominis tantopere concernit, aliter patefacere; quandoquidem hostis accerrimus in christianorum exitium intentissimus, regnum Hungaarie subvertere moliatur, de hinc facile sibi spondens cetera omnia imperio suo subigere et pro insaciabili libidine sua christi nomen calcare posse. Proxima sunt, beatissime pater, et ut diximus iam in foribus ista pericula, celerrimam provisionem exquirunt; nec pacto ullo persuadeat sibi quisquam regnum Hungarie variis calamitatibus afflictum dillaceratumque adversus tantum Turcorum furorem posse resistere, nisi remediis occurratur. Nos, ut sepe diximus, necessariam iudicamus missionem citissimam unius legati in Hungariam. Commemoramusque fideliter reverendissimum dominum cardinalem sancti Angeli, ob eius eximiam prudentiam et rerum illarum experientiam. Optulimus in presidium regni eiusdem de summa ducatorum XII mille per potentatus Italie solvendorum, mensuatim pro portione nostra ducatos III mille. Legati missionem signanter necessariam iudicamus, ut ob eius reputationem, prelati et barones regni magis ferventes

obedientesque reddantur, utque pecunie iste in conducendis militibus contra infideles utiliter dispensentur. Oramus itaque sanctitatem vestram, et summis precibus supplicamus, ut quam cito gravissimis periculis istis sanctitas vestra dignetur advertere, missionem legati accelerare, et cum aliis potentatibus reliquum pecuniarum presidii istius, ut sibi equum videbitur ad evitandum tantum exidium expedire. Id profecto vestre clementie maxime laudi et eterne glorie attribuendum erit. De parte 142, de non 8, non sinceri 16.

Secr. cons. rogat. vol. XXI. c. 88., u mlet. arkivu.

CCIX. God. 1462. 5. svibnja, u Mletcih.

Upućuje se mlet. tajnik u Ugarskoj o svem, što je republika radila u Rimu na korist Ugarske.

MCCCCLXII. die quinto maii. Circumspecto et sapienti viro Petro Thomasio secretario nostro in Hungaria. Petre, accepimus litterss tuas datas quarto aprilis nuper efluxi; quibus displicenter intelleximus quantum scribis de conditionibus regni illius, deque periculis gravibus, que contigere possunt respectu Turcorum, qui, sicut illic habebatur, potenti manu contra Belgradum profecturi erant, ut expugnationi sue et iacturis regni illius nihil de possibilibus pretermitterent. Nos vero, qui regie maiestati Hungarie ac bono et quieto statui regni sui singulariter affecti sumus, et qui cupidi semper fuimus et sumus in omnia, que commodum et gloriam suam concernere possint, quemadmodum diximus oratori sue maiestatis, qui ad nos se contulit, dehincque ad romanum pontificem profectus est, sicuti etiam per litteras nostras diei secundi aprilis preteriti tibi significavimus, nihil studii aut diligentie apud ipsum summum pontificem pretermisimus, ut rebus illis Hungarie quamcitissime provideret; optulimusque beatitudini sue solvere mensuatim debitam portionem nostram in favorem regni eiusdem; commemorantes, quod una nobiscum per potentatus Italie mensuatim contribuerentur ducatos XII mille pro gentibus conducendis, que contra Turcos haberi possent, quod quippe fecimus quamlibenter, non obstantibus gravibus expensis nostris, quibus impliciti sumus tam in classe maritima, quam longe potentiorem solito habemus in mare, quam in muniendis terris nostris finitimis Turco gentibus et presidiis. Commemoravimus etiam sanctitati prefate celerem missionem unius legati in Hungariam videlicet reverendissimum dominum cardinalem sancti Angeli. Et quamquam ex his, que habemus, speremus bonam et optatam conclusionem istius materie intelligere, cupidi tamen magis quam unquam, ut id indilate sequatur, rursum scripsimus romano pontifici in efficacissima forma, ac etiam per medium circumspecti Nicolai secretarii nostri, quem iam bonis diebus misimus ad beatitudinem suam, nihil studii et diligentie pretermittimus, ut huic rei detur citissima expeditio, quam dietim intelligere prestolamur. De quanto vero sequetur, litteris nostris te certiorem faciemus, ut omnia nostri parte quamprimum regie maiestati nota facere possis. Ad cuius presentiam volumus, ut quamprimum adire studeas premissa sibi significando, subiungendoque, quod diligentes honorem et statum suum sicut nostrum proprium, ac in

re ista prevenire volentes, studiosam operam damus recuperandi ducatos x mille, quos vel per viam cambii vel aliter quamprimum mittere curabimus ad partes illas, ut serenitati sue favori esse possint contra Turcos, de quorum missione et per quos modos aliis nostris litteris explicitam noticiam tibi dabimus, ut omnia prefate serenitati sue significare possis; qui x mille ducati postea excomputabuntur in pecuniis, que pro portione nostra solventur, sicut predictum est. Bene autem volumus, ut nostri parte rogare debeas maiestatem suam, quod ex multis bonis respectibus rem istam secretam tenere libeat. De parte 124, de non 28, non sinceri 31.

Secreta cons. rog. vol. XXI. c. 88., u mlet. arkivu.

CCX. God. 1462. 22. svibnja, u Mletcih.

Odgovara se papinsku poslaniku Luki de Tolentisu na njegove izjave.

MCCCCLXII. die XXII maii. Quod venerabili domino Luce de Tolentis archidiacono Curzolensi nuntio romani pontificis, qui nuper ad presentiam nostram se contulit, et sub brevi credentiali beatitudinis sue explicavit nobis desiderium et dispositionem, quam, ut asserit, summus pontifex habet ad providendum per omnes modos possibiles contra Turcos, in specie vero requisivit pecunias cruciate et predicationum alias factarum in partibus Dalmatie, Albanie et Istrie, respondeatur: primoque circa provisiones contra Turcos.

Quod certissimi sumus, summum pontificem esse illius optime mentis et perfectissime dispositionis, quam nobis dixit, ad faciendum omnia contra Turcum, sicut etiam per multas litteras beatitudinis sue et per diversas experientias nobis constat, scripsimusque sepe circa hec sanctitati sue, sibique patefecimus bonam et ferventem dispositionem nostram, cum qua etiam in presenti materiam istam Turcorum tractamus et praticamus pro salute et commodo nominis christiani, ita ut circa hoc aliud dicere non sit opus.

Circa partem tangentem pecunias cruciate, respondeatur sibi per modos alias captos per istud consilium, videlicet quod pecunie iste alias de mandato summi pontificis Calisti diversimode date et dispensate fuerunt, de quibus etiam nonnullas habuit frater Marianus pro rebus Bossine, ita quod pro quanto habemus, nihil ex eis amplius restet. Est quoque rei veritas, quod multum differens est cetula, quam nobis dedit, a vera summa pecuniarum, que ex cruciata tunc temporis collecte fuerunt.

Et quoniam etiam petiit per reverendissimum dominum archiepiscopum Spalatensem in partibus nostris Dalmacie predicari posset cruciatam, dicatur sibi, quod habenda est consideratio ad conditiones terrarum et locorum nostrorum, que sunt proxime Turco, propter pericula, que contingere possent; sed cum tempus expeditionis erit, et circa factum istius cruciate et circa omnia alia faciemus semper honorem dei, et quicquid possibile nobis erit. De parte 130, de non 0, non sinceri 0.

Secr. cons. rogatorum, vol. XXI. c. 90., u mlet. arkivu.

*

CCXI. God. 1462. 31. svibnja, u Mletcih.

Odgovara se na molbe poslanika budvanskih.

Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Andree de Molino de suo mandato potestati Budue et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Addierunt nostrum dominium prudentes viri Nicolaus et Lucas de Budua nuntii et oratores istius fidelis communitatis nostre, et nonnulla capitula porrexerunt, ad que cum nostro collegio ex auctoritate consilii rogatorum fecimus responsiones nostras, sicut inferius poteritis intueri.

Tenor primi capituli: Conciossiacchè per i rettori nostri debbia esser conzade et tegnude le mura della terra in ordine e tutte altre cose necessarie per ben della terra, come per la signoria è sta concesso per i tempi passati, et perchè al presente le son in gran ruina, però supplichemo, la se degni, che sia provisto, che le sia murade quanto fa bisogno per bene del detto luoco. Ad primum respondeatur, dominationi nostre sumopere placere fortificationem civitatum et locorum suorum; ideo quidquid ei promissum, et circa eiusmodi fortificationes mandabit exequi per potestatem suum, ita ut supplicationi sue satisfactum erit.

Secundi capituli tenor est talis: Perchè per li officiali nostri zoè canzelieri de tutte le sentenze, che fanno, i manza la mita, per modo che a nui è grandissimo danno, supplichemo, che vostra serenita se degni commandar, che quello tò i cancellieri di Cattaro per le sentenze, etiam sia tolto a nui per simil modo. Ad secundum respondeatur, nullam nos in rem ipsam informationem habere; propterea committemus potestati proxime recessuri, quod intellectis consuetudinibus Cathari et loci ipsius circa soluciones ipsas, nostrum dominium particulanter informet, qua informatione habita, faciemus, quod iustum et honestum erit, et eo interim non permittat cancellarium suum aliquid contra debitum et honestum accipere.

Tertium capitulum est tale: Item delli vini dell' entrade nostre domandemo di pagare quello, si paga d' Antivari et Catharo, zoè de vini, che si vende a spina. Ad tertium respondeatur, quod serventur consuetudines antique.

Quarti capituli tenor est. Item perchè nui poveri homeni non podemo haver della carne, che si fa in Budua, perchè le son tolte per rettori et altri officiali; supplichemo, che fornido meser lo conte, il resto sia in libertà, come si fà in Antivari et Cattaro. Ad quartum respondeatur: dominium nostrum velle, quod fulcito potestate nostro pro usu familie sue, carnes sunt in libertate omnium generaliter in loco ipso habitantium pro pecuniis suis; et hoc supradicto potestati specialissime iniungemus.

Quinti capituli tenor est: Item perchè li vilani de fora i vien a robbar su le nostre possessioni, e tal volta deffendendo la nostra robba, ne ammazza et scampa alla montagna, et se ammazzemmo sui nostri confini, semo in bando della terra nostra; però supplichemo la vostra serenità, se degni proveder, ne siamo disfatti. Ad quintum respondeatur, quod similiter committemus eidem potestati, quod si quis eiusmodi casus accidet, faciat quicquid ei videbitur iuxta deum et iustitiam, quod diligentissime provideat, ne similia inconvenientia fiant.

Sexti capituli tenor est: Item domandemo de gratia de poder comprar de animali in piazza e ammazar in casa nostra senza domandar licenza a nostri rettori. Ad sextum respondeatur, dominium nostrum velle consuetudines antiquas in emendis eiusmodi animalia penitus servandas.

Septimi capitulis tenor est: Item domandemo, che possamo havere delle biave da Durazzo, da Scutari et da Alessio, perchè le nostre possessioni ne son sta tolte per il conte Stefano Cernovich, non podemo haver da viver, perchè i nostri rettori non obediscono le lettere vostre. Ad septimum respondeatur in efficacissima forma, mandantes rectoribus Durachii et Scutari cum pena ducatorum c. cuilibet eorum, ut ipsas penitus exequantur.

Octavi capituli tenor est: Item che per alcuni de nostri è stà fatte alcune case in monte con le nostre fatiche, et i rettori nostri vuol, che nu paghemo fitto; preghemo la vostra serenità si degni lassarne golder tal case senza alcuna gravezza, azò possamo viver. Ad octavum respondemus, quod si ita est, ut supplicant, fiat ut petitur; si vero aliter se res haberet, informet potestas dominium nostrum, ut habita informatione fieri possit, quod iustum et honestum videbitur.

Noni capituli tenor est: Item che non si possi condur vini forestieri, mentre che dura quelli della terra. Ad nonum respondemus, hoc eis concedi non posse, quia verteret in maximum damnum datiorum supradicti loci nostri.

Decimi capituli tenor est: Item perchè alcuni soldati, che stanno nel castello, hanno case et possessioni in la terra, dimandemo per più nostra securtà sia più tosto forestieri che quelli della terra. Ad decimum respondemus, dominatio nostra nolle quemquam terrigenam sive usconem de loco ipso habentem stipendium pacto aliquo habere iuxta formam legum nostrarum, ommissis ceteris etc.

Quare auctoritate supradicta vobis mandamus, ut capitula haec suas per responsiones in quantum ad vos spectat observetis et faciatis inviolabiliter observari, et has nostras in cancellaria ad memoriam futurorum registrari facite et registratas ipsi fideli communitati restituite.

Date in nostro ducali palatio die 31 maii, indictione x, 1462.

E codice in archivio fori adpellatorii Jadrae.

CCXII. God. 1462. 2. lipnja, u Dubovici na Braču.

Pogodba radi izmjene imanja.

In christi nomine amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo quadragentesimo sexagesimo secundo, indictione decima, die secunda iunii in Brachia in villa Dubrovize ser Mathei infrascripti, presentibus ser Joanne Drucich, ser Cattarino ser Nicolai de Primis et ser Nicolao Xilich testibus ad hoc specialiter habitis, vocatis et rogatis, ibique Margarita quondam Francisci Milich et uxor Beni Slatiovich de verbo et consensu dicti eius viri permutavit et sua bona penes dictum ser Matheum predicta obligatione obligantis pro se et suos heredes dedit et transmutavit ser Matheo Nisetich tres valicellos sub Selce in Conoz penes Stomorice et

viam comunis et penes terrenum ser Tomasi Vacosich. Item unum terrenum positum na Stomoricah, incipiendo podam Duboche Stomorice et usque terrenum dicti ser Mathei sub Selce et usque Plosno Gubno uprav usque Masligne versus boream usque Saspa et usque Calez et usque Duboca Stomorica, quibus in terris sunt vreteni quatuor, quarum ecclesia sanctorum debet habere terraticum annuatim dum seminentur, videlicet sextam partem, et hoc nominatis, quia dictus ser Matheus transmutavit dicte Margarite unum terenum vocatum Varbnizi penes viam comunis, qua itur Gradez versus, et penes terenum ser Jacobi Crisani, et duos boves extimatos ducatos octo auri pro suplemento dicti concambi ad habendum etc. promitentes dicte partes dictam transmutationem insimul defendere ab omni homine et contra impedire volentes sub pena, et iuraverunt. Die predicto et millesimo retulit Michael in cancellaria proclamasse suprascriptum instrumentum more ac locis solitis

Millesimo dicto, indictione decima, die 11. augusti in Bol in domo ser Nicolai de Cranco, presentibus Antonio Petrovich et Simeone Radovich testibus et aliis rogatis, ibique Michael q. Francisci Milich de Mossula, frater Margarite supradicte, sponte ratificavit et confirmavit supradictum instrumentum permutationis, et promisit ac iuravit nunquam contrafacere vel controvenire dicto instrumento neque aliquam litem inferre dicto ser Matheo Nisetich et ibi presenti et pro se et suis heredibus stipulanti et recipienti sub pena in statutis Brachie contenta Ego suprascriptus cancellarius transcripsi ex libro supradicto, fideliter extraxi, et meis solitis nota et signo roboravi.

Ex apographo apud familiam Nisetić in Selze insulae Brachiae.

CCXIII. God. 1462. 12. lipnja, u Mletcih.

Odgovori na molbe podnešene od Zadrana glede prodaje vina u onom gradu.

Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Ludovico Diedo de suo mandato comiti ac Donato Barbaro capitaneo Jadre et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Significamus vobis, quod ad capitula nostro dominio porrecta nomine fidelium nostrorum nobilium et popularium Jadrensium cum nostro collegio fecimus responsiones nostras prout ad unumquodque ipsorum inferius videbitis contineri. Et primo ad primum.

Quod vinum forense non possit conduci Jadram neque in districtu per totum mensem iunii sub pena perdendi vinum, sed mense iulii et augusti possit vinum forense conduci, solvendo datia consueta. — Respondeatur, quod sicuti sciunt datium eiusmodi vini deputatum est ad fortificationem et custodiam ipsius civitatis nostre; nec dubitamus pro devotione et fide eorum eos esse contentos, quod bene muniatur et diligentissime custodiatur. Quamobrem non videmus eis pro nunc satisfacere posse.

Item ad secundum et tertium, quod vinum Jadrense non possit vendi maioris precii unius soldi per totum mensem iunii; itemque quod transacto mense iunio, videlicet mense iulio, augusto, tam vinum forense quam Jadrense possit vendi pro libito cuiuslibet. Respondeatur, nobis honestum

nequaquam videri, quod consuetudines antique iam tot annis servate infringantur. Ideo intentionis nostre est, quod penitus serventur.

Item quod pro maiori libertate omnes cives habentes possessiones extra districtum Jadrensem possunt conduci facere vinum suum omni tempore, sicut conducitur vinum Jadrense ex fructibus suarum possessionum; tantumodo emptum vero vinum non possint conducere nisi sicut conducitur forense. — Respondeatur, quod sicut optime sciunt, si eis concederemus, quod supplicant, multi sub pretextu concessionis eiusmodi emerent vinum, ipsumque in civitatem conducerent cum iactura introituum ipsius civitatis nostre. Ideo non videtur nobis id eis concedere posse, nosque velle, quod servetur id, quod iam diu servatum est. — Quare vobis scribimus et mandamus, ut dicta capitula observetis, et faciatis inviolabiliter observari; facientes has nostras in actis cancellarie nostre ad futurorum memoriam registrari, et registratas presentanti restitui. Datum in nostro ducali palatio die XII mensis iunii indictione X, MCCCCLXII.

A tergo: nobilibus et sapientibus viris Ludovico Diedo comiti ac Donato Barbaro capitaneo Jadre et successoribus suis. Recepta die XXII iunii 1462.

„Ducali e terminazioni" II. c. 43., u zadar. arkivu.

CCXIV. God. 1462. 16. lipnja, u Mletcih.

Mletčani odgovaraju poslaniku ugarskomu, da jim je veoma žao, što Ugarska strada; da neprestano nagovaraju papu, komu on ide, neka joj pruži pomoć itd.

MCCCCLXII. die XVI iunii. Quod magnifico domino Ladislao Vexen baroni Hungarie ac mareschalcho et oratori serenissimi regis Hungarie, qui nuper ad presentiam nostram se contulit, et post generalia commemoravit gravia et imminentia pericula rerum Hungarie et christianorum propter adventum regis Turcorum cum potentissimo exercitu ad partes illas, ut omnia subvertere conetur. Commemoravit quoque maximam fidem et confidentiam, quam regia maiestas Hungarie capit de nostro dominio, et singularem suam in nos affectionem, instantissime rogans, ut regno illi, dudum variis calamitatibus aflicto et in maximis periculis constituto, opem ferre volumus, omnique studio procurare, ut romanus pontifex iuxta commemorationem alias per nos factam, celerem operam dare studeat ad succursum regno ipsi indilate exhibendum, sicut est tantopere necessarium, quodque ob id specialiter mittitur ad beatitudinem suam, confidens super omnia de interpositione et opera nostra, quod citissime providebitur etc. sicut per serenissimum dominum ducem huic consilio relatum est, respondeatur:

Quod vidimus et gratissime intelleximus ipsum magnificum oratorem. Sique regia serenitas Hungarie pro sua benignitate et humanitate de nobis confidentiam capit, id quippe amplissime facere potest, quandoquidem sumus semperque esse disponimus serenitati sue maxima affectione cordialique amore devincti. Nihilque profecto magis cupiamus, quam hunc animum nostrum maiestati sue veris effectibus patefacere. Testamur deum nostrum, cum nihil est abditum, semper nos calamitatibus regni

illius tantum indoluisse, quantum explicari posset, tum ex ardore fidei et honoris nominis christiani, tum ex precipuo amore nostro in regiam celsitudinem. Laudamus quoque nec dignis laudibus extollere possumus regiam maiestatem pro optimo et ferventi eius proposito et pro deliberatione quam fecit mittendi legationes suas ad summum pontificnm, reddentes nos certos eas optimum fructum parituras esse. Nosque profecto studia et cogitationes omnes nostras iamdiu cupide convertimus, ut per beatitudinem suam, que caput est christianorum, perque potentatus Italie regno Hungarie presidia et favores citissime conferantur, tam per missionem unius reverendissimi legati quam per provisionem pecuniarum, litteris frequentibus, nuntiis et oratoribus id incessanter apud romanum pontificem facere studuimus, commemorantes presertim necessarium videri nobis, quod per beatitudinem suam, et per potentias Italie contribuerentur omni mense ducati xii mille iuxta compartitionem per sanctitatem suam faciendam, cum quibus in Hungaria acciperentur stipendio saltem equites iiii mille, qui opem regie maiestati ferre possent; licetque magnis expensis simus impliciti tam in classe maritima, quam continue tenemus contra Turcum, quam in muniendis terris et locis nostris finitimis hosti gentibus et presidiis, obtulimus tamen pro portione nostra mensuatim ducatos iii mille, nec defecimus nec defuturi sumus in aliquo, ut celeris provisio rebus Hungarie fiat. Scimus, summus pontifex misisse oratorem suum una cum oratore prefati serenissimi regis ad potentias Italas ad exequendum hunc effectum; nosque et per medium secretarii nostri, quem ob hoc tenemus aqud beatitudinem suam, et per continuas et assiduas litteras nostras nihil omnino pretermittimus, ut quotidie ferventius animetur ad rem istam votive expediendam, sicut sibi, qui princeps est christianorum, imprimis incumbit agere cum effectu, ut alii suo exemplo moti faciliores reddantur ad omnia facienda, speramus et tenemus rem hanc optime successuram, hortamurque ideo plurimum magnificenciam suam, ut bono animo vadat ad summum pontificem, commemoret gravissima pericula regni et christianitatis, solicitetque ex parte sua huius rei perfectionem, ac presertim debitam portionem per beatitudinem suam faciendam. Et nos, sicut prediximus, nunquam defuturi nulla ex parte sumus de iis omnibus, que a nobis fieri possint. De responso et deliberatione predicta detur noticia Nicolao Sagundino, ut omnia summo pontifici nota sint. De parte 122, de non 10, non sincere 6.

Secreta consilii rogatorum vol. XXI. c. 93., u mlet. arkivu.

CCXV. God. 1462. 28. lipnja, u Mletcih.

Piše se tajniku u Rimu, da su Turci ulizli u Vlašku; da o tom obaviesti papu i nakloni ga, da čim prije pripomogne ugarskomu kralju.

mccccLxii. die xxviii iunii. Quod scribatur circumspecto Nicolao Sagundino secretario nostro ad summum pontificem in hac forma.

Nicolae. Postquam sub die xxii presentis significavimus tibi per litteras nostras adventum huc magnifici oratoris regie maiestatis Hungarie, et quid responderimus sibi circa presidia regni Hungarie, pro quibus ad romanum pontificem proficiscitur, supervenerunt nobis littere tue

dierum XVI, XVIII et XVIIII eiusdem, quibus inter cetera intelleximus responsum per summum pontificem tibi datum volendi contribuere in favorem rerum Hungarie pro portione sua ducatos II mille singulo mense, quodque orator sue beatitudinis simul cum oratore regis eiusdem itineri commissus erat ad potentias italas accessurus. Supervenerunt quoque nobis littere circumspecti Petri Thomasii nostri secretarii in Hungaria dierum XIIII. et XV. mensis huius, nuntiantes nobis, Turcorum regem potentissimo exercitu, traiecto flumine Danubii in partes Valachie fecisse insultum; cuius dominus tantos impetus et conatus sustinere non valens, ad refugium montium cum suis se reduxerat, ne in nepharias crucis hostium manus incideret. Cumque littere ipse peiora gravioraque pericula minari videantur, decrevimus pro magnitudine et pondere novorum istorum exemplum earum litterarum is implicitum ad te mittere, volentes et mandantes tibi, quod de predictis omnibus studeas quamprimum pontifici maximo plenam dare noticiam, ut beatitudo sua, que princeps et christianorum pater est, de omnibus, sicut decens est, certior fiat. Sique ad receptionem presentium prefatus magnificus orator serenissimi regis Hungarie, qui proximis his diebus a nobis discessit, illud attigerit, seu cum primum id erit, comunicabis etiam secum nova predicta, ac sibi declarabis, quantum habuisti a summo pontifice, qui contribuere contentus est, sicut prefertur, pro portione sua ducatos II mille in mense. Estque mentis nostre, et ita cum nostro consilio rogatorum mandamus tibi, quod tam simul cum ipso magnifico oratore quam etiam separate studiosus sis adire presentiam summi pontificis, solicitando, et nihil omnino de his, que apud beatitudinem suam fieri possint, pretermittendo, ut rebus Hungarie et consequenter christianitatis in tanto periculo constitutis favores pecuniarum quamcitissime conferantur. Commemorando in specie beatitudini sue, quod gratissime intelleximus, quantum sua sanctitas tibi dixit circa contributionem pro portione sua ducatorum II mille singulo mense, quodque nos polliciti sumus ducatos III mille in mense, quos promptos habemus offerrimusque in tam sancto et necessario opere. Sed cum provisio istarum pecuniarum fienda regi Hungarie multum in celeritate consistat, (ardet namque ut videtur illis in partibus periculosissimus ignis) conditionesque regni illius tales sunt, quales non dubitamus sanctitatem suam optime intelligere, sciremus reverenter hortari et filiali devotione beatitudini sue persuadere, ut pro aliquali refrigerio et remedio rerum illarum sua sanctitas mitteret de presenti portionem suam trium vel quatuor mensium regi predicto, quoniam et nos id ipsum pro oblata portione nostra facere contenti sumus. Commemoramus quoque, ut cum sanctitas sua iam aliis potentatibus Italie exemplum tradiderit in contributione eiusmodi, frequentibus litteris et nuntiis solicitare non desinat potentias ipsas ad contribuendam portionem suam, agendumque omni celeritate quecumque gerenda sunt, ne regnum Hungarie, sicut quammaxime dubitandum est, aut perire aut Turcis succumbere compellatur. De quanto autem in premissis fueris executus, et de quanto per summum pontificem agetur, per assiduas litteras tuas nos certiores efficies. De parte 138, de non 1, non sincere 8.

Volumus preterea et mandamus tibi, quod apud summum pontificem omnem honestam instantiam facere debeas circa expeditionem reverendis-

simi domini cardinalis s. Angeli legati profecturi ad partes Hungarie, cuius accessus tantum fructuosus et utilis erit, quartum sapientissimam sanctitatem suam longe melius quam nos intelligere non dubitamus.

Circa factum domini Andree Bembo pro canonicatu Padue volumus, quod nihil amplius dicere debeas summo pontifici, nam per alias litteras nostras tibi apertius mentem nostram declarabimus.

Secreta cons. rogatorum, vol. XXI. c. 95., u mlet. arkivu.

CCXVI. God. 1462. 28. lipnja, u Mletcih.

Obavieščuje se tajnik u Ugarskoj o novcu, što se neprestano šalje onomu kralju u pripomoć preko Zadra, i kako se nastoji, da i papa i sva Italija isto tako radi.

MCCCCLXII. die XXVIII iunii. Circumspecto et sapienti viro Petro Thomasio, secretario nostro in Hungaria. Petre. Reddite sunt nobis littere tue dierum XIIII. et XV. mensis instantis, quibus intelleximus gesta per te apud regiam serenitatem Hungarie in executionem mandatorum nostrorum, ac nova et reliqua occurrentia. Commendantesque prudentiam et diligentiam tuam, respondemus tibi cum nostro consilio rogatorum, placuisse admodum nobis, quod maiestas regis expediverit, ut scribis, die XV presentis nuntium suum profecturum ad rectores Jadre ad accipiendum illos III mille florenos Hungaros, de quibus per superiores nostras litteras ad te scripsimus. Nam pro magnitudine amoris nostri ad celsitudinem suam et ad commoda omnia regni sui, cupidi semper sumus in omnibus sibi satisfacere posse. Et hinc est, quod perseverantes in hoc proposito nostro, misimus etiam diebus anteactis Jadram ultra predictos III mille alios IIII mille florenos Hungaros cum ordine, quod rectores illi nostri eos similiter consignarent nuntio prefati serenissimi regis; et licet scripserimus tibi de missione istorum IIII mille florenorum, miserimusque ad manus tuas contrasigna duorum grossetorum incisorum, ut per regiam maiestatem traderentur nuntio, qui se conferret ad accipiendum dictas pecunias, sicut in illis litteris datis XII presentis, quas te accepisse non dubitamus: advisamus tamen te, quod pro accellerando tempus, ultra ordinem predictum datum rectoribus Jadre iniunximus etiam eis, quod si primus nuntius regius lator III mille florenorum secum etiam deferre vellet istos IIII mille florenos, quos non dubitamus applicuisse Jadram ante expeditionem dicti primi nuncii, rectores ipsi nostri consignarent etiam sibi ipsos IIII mille florenos simul cum III mille conducendos prefate regie maiestati, non obstante quod non exhiberentur eis contrasigna ipsarum pecuniarum ad te missa, sicut prefertur, iussimusque eisdem rectoribus, ut si opus esset, providerent de bona scorta usque ad confinia Hungarie prefato nuntio, qui si omnes pecunias dictas secum tulerit, benequidem; quando vero non, secundum nuntium regie maiestatis cum contrasignis nostris ipsos IIII mille florenos habiturum esse non dubitamus. Ultra quas pecunias mittimus etiam de presenti Jadram alios III mille florenos hungaros, qui sunt supplementum X mille florenorum, pro quibus recipiendis per nuntium regium videbis his insertum contrasignum unius grossoni incisi, cuius aliam partem missimus iuxta solitum ad rectores Jadre. Eris itaque

quamprimum ad presentiam serenissimi regis, premissa sibi significando, ut mittere possit pro pecuniis istis, declarabisque verbis amplissimis maiestati sue, quod moleste audivimus nova, que nobis significasti de progressibus Turcorum. Quantum sibi affecti sumus, cupimusque omnem eius gloriam et commoda sui status, quodque nihil omnino ommisimus nec omittimus, ut summus pontifex et alii potentatus Italie absque mora prestent favores suos pro portione sua XII mille ducatorum in mense serenitati sue, sicut diximus magnifico mareschalcho et oratori suo, qui his diebus, sicut etiam ad te scripsimus, expeditus a nobis, ad summum pontificem profectus est, ut apud secretarium nostrum, quem illic habemus, silicitet celerem executionem eorum, que circa hoc fieri habent; post cuius quidem regii oratoris recessum a nobis habuimus litteras ab prefato secretario, quibus nos certificat, summus pontifex dixisse sibi velle contribuere pro portione sua singulo mense ducatos II mille. Quodque primus orator regius cum oratore romani pontificis profecti erant ad alios Italie potentatus ad perficiendum rem istam. Nos vero indilate rescripsimus ipsi secretario, quod una cum oratore regie maiestatis, qui nunc ultimo illuc se contulit, studeat per omnes modos dare citissimam expeditionem huic facto, quodque de presenti ex necessitatibus et periculis regni Hungarie mittat regie maiestati portionem suam trium aut quatuor mensium, offerentes et nos facere istud idem pro parte nostra. Et demum nihil inexpertum relinquimus, ut serenissimo regi per omnes modos, presidio et favori esse possimus. Hortaberis itaque nostri parte maiestatem suam, ut pro consueta sapientia et virtute sua magno et forti animo se habeat in honorem summi dei nostri perpetuamque et eternam gloriam celsitudinis sue totiusque regni sui; quoniam per dei gratiam res iste Italie ad favores serenitatis sue optime disponuntur, et de bono in melius processure sunt. Et nos de quanto continue habebimus, maiestatem suam certiorem faciemus; quam instanter rogabis, ut factum pecuniarum, que per nos mittuntur, apud se pluribus dignis respectibus secretissimum tenere velit. Subiungendo serenitati sue, quod ut per effectum intelligat, nos sibi in omnibus possibilibus non esse defuturos, preparabimus alios VII millia florenos cito mittendos Jadram, similiter ad computum portionis nostre, ut sicut per alias ad te scribemus, maiestas sua pro illis mittere possit.

Placuit nobis admodum intelligere, quod, sicut scribis, secuturus sis serenissimum regem versus Segadinum, mansurus penes maiestatem suam et exercitum suum ad unam dietam; et ita volumus, quod facere debeas, ut per continuas litteras tuas de occurrentibus solicitam nobis noticiam dare possis, ita quod saltem singulis decem diebus tuas litteras habeamus, sicut plurimum cupidi sumus, nec respicias ad expensas cursorum, quoniam eis hic libenter solvi faciemus. De parte 148, de non 8, non sincere 2.

Volumus preterea, quod prefato serenissimo regi dicere debeas, quod apud romanum pontificem omnimodam instantiam facimus circa celerem expeditionem reverendissimi domini cardinalis s. Angeli, quem ad suasiones nostras sanctitas sua mittere statuit legatum in Hungariam et ad ipsum serenissimum regem.

Secreta cons. rogat. vol. XXI. c. 96., u mlet. arkivu.

CCXVII. 1462. 28. lipnja, u Mletcih.

Dozvoljava se, da njeki L. Dasmile prodade Hrvatom svoja dobra, što je imao oko Ostrovice ili izmjeni sa posjedom, što su oni imali u području republike.

Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Ludovico Diedo de suo mandato comiti et Donato Barbaro capitaneo Jadre ac successoribus suis fidelibus dilectis salutem ac dilectionis affectum. Inclinatis supplicationibus prudentis fidelis nostri Laurentii Drasmile, qui ex paterna eius hereditate habuit certas posessiones in territorio Ostrovize, de quibus exire exoptat, et suum reducere sub nostro dominio. Audita oppinione virorum nobilium Benedicti Venerio olim comitis et Georgii Valaresso olim capitanei Jadre precessorum vestrorum, contenti sumus et mandamus, quod permittatis tum ad omne eius beneplacitum vendere Croatis sive concambium facere de dictis posessionibus, quas habet in territorio Ostrovize, non tamen secundum cartas et instrumenta sua, sed solum id, quod ex eis tenet ad presens, cum posessionibus illorum de Crovatia sitis in iurisdictione nostra; addendo item de pecuniis suis, ut facilius dictas possessiones Crovatinorum habere valeat usque ad summam ducatorum trecentorum vel circha. Et hoc non obstante, quod alias per nostrum dominium scriptum fuerit, ne dicte posessiones Crovatinorum, que sunt in territorio nostro, vendi possint sine licentia nostra. Et has registrari faciatis et ex postea dicto Laurentio assignari. Datum in nostro ducali palatio die XXVIII iunii, indictione X, 1462. Recepta 23 octobris 1462.

„Ducali e terminazioni“ II. c. 54., u zadar. arkivu.

CCXVIII. God. 1462. 16. srpnja, u Mletcih.

Republika bodri vojvodu Stjepana sv. Save, da se brani proti Turkom, a da će mu ona u pogibelji pružiti rado svaku pomoć.

1462. die XVI iulii. Sapientes consilii, sapientes terre firme, sapientes ordinum. Quod ad capitula nostro dominio porecta per spect. oratores illustris domini ducis Stephani sancti Save respondeatur quemadmodum superiore anno responsum fuit, quod quamquam pro magna virtute et magnanimitate excellentie sue, situ et aliis conditionibus locorum suorum non dubitemus, quod in omnem casum prevalebit se, statumque suum viriliter contra ipsum Turcum defendet, tamen si intelligemus aliquod periculum ei imminere, omnes possibiles favores nostros excellentie sue prestabimus prestarique faciemus, quum et illius honorem et commoda et conservationem status sui non minus quam nostri proprii optamus.

Et quum alia capitula parvi momenti sunt, auctoritate huius consilii captum sit, quod per collegium expediri possint. De parte 16, de non 11, non sinceri 5.

Secreta cons. rogat. lib. XXI. c. 97., u mlet. arkivu.

CCXIX. God. 1462. 18. srpnja, u Mletcih.

Republika neće da se pača u stvarih Kliša radi kralja ugarskoga, koj joj se prikazuje kao prijatelj.

1462. 18 iulii. — „Quoniam non facit pro nostro dominio his temporibus immisceri nos in negocio Clisii precipue gratia serenissimi regis Hungarie, qui nostro dominio amicus esse videtur; vadit pars, quod pars capta xxiiii martii prope preteriti super ipso negotio Clissii revocetur in totum et per totum adeo, ut nullius vigoris vel efficatie sit. + 80.

Secreta cons. rogat. lib. XXI., u mlet. arkivu.

CCXX. God. 1462. 19. srpnja, u Mletcih.

Obećaje se kralju ugarskomu, da će mu se poslati u pomoć još 10.000 dukata, i da se je već u ime tih poslalo u Zadar 4000.

mcccclxii. die xviiii iulii. Circumspecto viro Petro Thomasio secretario nostro in Hungaria. Petre. Ternas litteras tuas accepimus datas xxviiii iunii, primo et tercio presentis, quibus intelleximus nova Hungarie, et reliqua occurrentia, et quid presertium dixerit tibi serenissimus rex circa favores sibi prestandos contra Turcum, qui provincias illas Valachie subvertere conatur, ut exinde ad ulteriora procedat; intelleximus quoque ferventem animum et optimam dispositionem regie maiestatis sue ad exeundum in castra coadunandumque exercitum, ut hostibus resistere possit. Nobis ut sepe diximus magis molesta esse non possent, quecunque adversa contingant, tum ratione sincerissimi amoris et immense caritatis nostre in serenitatem suam regnumque istud, tum pro commodo totius nominis christiani; nec dignis vidimus laudibus posse extollere maiestatem suam, quod magno et forti animo procedat, ut crucis hostibus se opponat cum immortali et eterna fama celsitudinis sue, saluteque et conservatione regni sui. Nos vero, sicuti etiam aliis superioribus nostris litteris intelligere potuisti, in omne decus et commoda maiestatis sue et regni istius nihil pretermisimus, nec ex parte nostra pretermissuri sumus. Misimus hactenus Jadram ducatos x mille, quorum vii mille pluribus iam diebus habuit nuntius regius deferendos maiestati sue, sicut litteris rectorum Jadre facti sumus certiores. Reddimusque certi, ante has, pecunias ipsas serenitati sue fuisse delatas, quodque miserit pro aliis iii mille accipiendis cum contrasignis ad te missis. Ultra quos x mille ducatos advisamus te, quod perseverantes in proposito et solita affectione nostra, sicut proximis diebus tibi scripsimus et ad ipsum serenissimum regem, ultra dictos ducatos x mille nos missuros esse ducatos viii mille, ita mittere quamprimum intendimus regie maiestati sue ducatos x mille, ita ut a nobis accipiat ducatos xx mille. Et ita quamprimum serenitati sue referes nostri parte, quam etiam advisabis, quod summus pontifex, sicut novissimis litteris secretarii nostri apud eum existentis accepimus, deliberavit pro portione sua solvere equites mille eidem serenissimo regi. Et ita respondit ultimo oratori maiestatis sue, qui illic fuit, et nunc ad ipsum regem regressurus est. Jussitque summus pontifex, quod illi vi mille ducati, qui, sicut tu etiam scribis, sunt apud reverendum cardinalem stri-

goniensem, in hoc subsidio conferantur; deliberavitque supplementum subsidii predicti sanctitas sua quamprimum remittere ad partes illas. Nosque iam scripsimus et apud beatitudinem suam omnimodam operam damus, quod saltem remittat alios VI mille ducatos. Et demum certificare poteris regiam maiestatem, quod nihil ex parte nostra ommissuri sumus, ut rebus suis per omnes modos favere possimus, prefatos autem X mille ducatos mittemus, quo celerius poterimus vel per prefatum oratorem suum, quem inter hos dies hic expectamus, vel per alium modum, quem celeriorem esse putabimus.

Adiunctas litteris tuis accepimus litteras regie maiestatis directivas primo oratori suo, qui missus fuit ad potentatus Italie, quarum litterarum exemplum habitum ab ipso serenissimo rege etiam ad nos misisti, sicut ipse tibi iussit. Pro qua quidem re et pro multa humanitate et affectione, qua in rebus omnibus nobiscum utitur eius maiestas volumus, quod sibi nomine nostro gratias ingentes habeas, maximeque in ea parte, per quam scribis, eam per cedulam quandam in dictis litteris insertam mandare oratori suo, quod tam in differendo quam in redeundo ad serenissimum regem orator ipse sequi debeat nostram opinionem, que est solita affectione nostra loquendo, quod ipse primus orator adhuc differat apud summum pontificem, ut una cum secretario nostro solicitet quecumque gerenda sunt. Misimus itaque prefatas litteras regias ad manus secretarii nostri predicti cum ordine, quod illas reddat eidem oratori, sibique declaret hanc opinionem nostram.

Tu vero de successibus rerum illarum studiosus eris continuis litteris tuis nos certiores efficere. Pangratium cursorem cum nostris litteris ad te misimus pluribus iam diebus, quem ad nos remittes, ac etiam de aliis cursoribus illarum partium. Nosque si alios cursores praticos hic habere poterimus, eos ad te mittemus. De parte 127, de non 20, non sinceri 4.

Post hec advisamus te, quod de summa X mille ducatorum, quos ut prediximus serenissimi regi mittere statuimus, mittimus de presenti Jadram florenos IIII mille hungaros, et ob id videbis his implicitum contrasignum medietatis unius grossoni, quod maiestati sue quamprimum presentabis, ut nuntio, quem mittet Jadram, illud consignet presentandum rectoribus illis nostris, quibus misimus aliam partem grossoni predicti cum ordine, quod eidem nuntio regio ipsos IIII mille florenos immediate debeant numerare.

Secreta cons. rogat. vol. XXI. carte 99., u mlet. arkivu.

CCXXI. God. 1462. 12. kolovoza, u Mletcih.

Dozvoljava se Tomi morejskomu despotu, da njegova žena, udova pok. račkoga despota, može po volji nastaniti se u Mletcih i na kopnu.

MCCCCLXII. die XII augusti. — Quod ad ea, que illustris dominus Thomas despotus Amoree petit, ut lectum fuit huic consilio, respondeatur:

Et primo de navigiis et subditis suis bene tractandis, et quod habeant receptum in locis nostris, dicatur, quod ob mutuam benivolentiam nostram mandabimus, quod fuste et alia navigia sua a mercantia, damna aliis non inferentia per armatas et navigia nostra, ac in locis nostris amicabiliter et bene videantur atque tractentur.

Ad secundum et tercium de victualibus extrahendis sine dacio Monovasiam conducendis, respondeatur, quod intendentes in cunctis convenientibus complacere, contenti sumus, quod sui et nostri possint victualia etiam de locis nostris extrahere Manovasiam conducenda, solventibus ipsis dacia consueta, quia, ut scive potest, dacia nostra affictata sunt.

Ad quartum, quod nostri defendant suos a piratis illos damnificare volentibus, respondeatur, quod ut ab experientia intelligat bonam intentionem et dispositionem nostram, mandabimus capitaneo nostro maris, quod piratis per mare eius subditos damnificare volentibus obviare studeat.

Ad quintum de galeota, que Jadre erat, respondeatur, quod vellemus excellentie sue posse complacere, sed ei denotamus, quod ad instantiam summi pontificis et reverendissimorum dominorum cardinalium Ruteni et Niceni iam scripsimus eam galeotam dari et assignari cuidam nobili Amoree.

Ad sextum, quod si quis ex suis accedere vellet Monovasiam, sive venire, levetur super galeis nostris subtilibus cum uno famulo; respondeatur, quod semper facere vellemus, que grata essent excellentie sue, sed leges et ordines nostri omnino prohibent, ne galee nostre subtiles, ut continue reperiantur expedite, et melius se exercere possint, levare aliquem possint, etiam si esset de propriis civibus nostris.

Ad septimum de subditis suis non conveniendis, dicatur, quod contenti sumus, quod subditi sui pro contractibus inter se factis per elapsum conveniri non possint nisi in casibus in capitulo contentis.

Ad octavum, quod familie sue in Corphoy bene tractentur, dicatur, quod parati sumus scribere et mandare, ut familie sue et suorum, que ad presens sunt in Corphoy, bene videantur, humaneque et amicabiliter pertractentur.

Ad nonum, de his, quos petit de terris et locis nostris expelli, respondeatur, quod vellemus posse in cunctis eius votis satisfacere, sed ei denotamus, quod maior pars illorum, quos nominat, et quasi omnes licentiam a nobis obtinuerunt, quod possint ad eorum libitum in locis nostris libere stare et conversari, quibus, salvo honore nostro, contravenire non possemus.

Ad decimum xi. et xii. de illustri nata sua consorte quondam despoti Rassie, dicatur, quod intuitu excellentie sue, et etiam quia ipsi domine sumus affecti, contenti sumus, quod possit ad eius libitum in hac civitate nostra et in aliis locis nostris a parte terre, ut maluerit, venire et stare cum rebus et havere suis libere et secure, nec ei fieri possit aliqua molestia aut quicquam peti pro damnis secutis ob guerras et novitates factas per quondam eius socerum et consortem; sed pro debitis, que ipsa domina cum civibus vel subditis nostris contraxisset, rationabile est, ut satisfaciat et solvat, et de predictis parati sumus ei facere patentes litteras nostras.

Et parati sumus insuper ipsam dominam facere magnifico comiti Martino et comunitati Ragusii nostris litteris amicabiliter recomissam.

Verum consideratis his, que ad presens occurrunt, ut obvietur inconvenientiis, que de facili subsequi possent, ac aliis respectibus, quos sua excellentia pro ipsius multa sapientia, ut non dubittamus, intelligat, rogamus et hortamur, ne sua excellentia et eius illustris filius Corphoum et

ad alia loca nostra levantis se conferant. Si vero in futurum res dirigerentur et aptarentur, hec materia consuli posset sicuti opportunitas temporis requireret.

Et huiusmodi responsiones nostre fiant oretenus et iustificentur et honestentur cum illis rationibus et iustificationibus, que collegio videbuntur. De parte 52, 52, 42, de non 2, non sinceri 11, 10, 11.

Quod ad quatuor priora capitula illustris domini despoti Thome respondeatur, et oretenus, quod excellentia sua per ipsos veros effectus et rerum experientiam potuit intelligere optimam mentem et voluntatem nostram erga excellentiam suam et erga locum Monovasie. Et idcirco necessarium nobis non videtur ire per viam capitulorum in hac materia Manovasie. Excellentia namque sua certam se reddere potest, quod erga locum illum et erga homines illius loci nos semper faciemus id boni, quod nobis honestum fuerit et possibile, sicut semper fecimus per elapsum.

Ad quintum vero et ad cetera alia capitula respondeatur de verbo ad verbum sicut in parte ser Aluisii Lauredano procuratoris et sociorum continetur, suadendo et inducendo prefatum dominum, ut a conferendo se et filium suum Corfoum et ad alia loca nostra levantis, bonis et rationabilibus causis et respectibus pro presenti se abstineat cum omnibus verbis et rationibus in parte predictorum sapientum contentis. De parte 57. 61, 71.

Secreta consilii rogatorum vol. XXI. c. 103., u mlet. arkivu.

CCXXII. God. 1462. 12. kolovoza, u Mletcih.

O korbavskih knezovih, koji su držali u zaptu modruškoga biskupa.

MCCCCLXII. die XII augusti. Mense preterito ad instantiam summi pontificis, qui super hoc efficaciter ad nos scripsit, misimus Dominicum Stella secretarium nostrum ad comites Corbavie pro obtinenda liberatione reverendissimi domini episcopi modrusiensis, retenti per ipsos comites, qui per redditum ipsius Dominici nobis referri fecerunt, quod contenti erant ipsum episcopum cum rebus suis sue restituere libertati, cum hoc tamen, quod per litteras nostras patentes eis promitteremus, quod idem episcopus nullo unquam tempore faceret nec fieri faceret contra eos occasione episcopatus Corbavie, aut ob hanc eius capturam et retentionem contra eos non tentabit seu procurabit aliquam novitatem; et antequam ulterius in re ista procederetur, visum fuerit collegio de responso et promissione, quam petunt ipsi comites, dare noticiam romano pontifici, quod sicut per breve suum lectum isti consilio intelligitur, contentus est, quod faciamus promissionem predictam etc. Et complenda sit opera ista, propterea vadit pars, quod prefatus secretarius noster remittatur ad comites Corbavie cum promissione predicta iuxta breve summi pontificis facienda per litteras nostras, et cum illa commissione circa effectum predictum, que videbitur collegio.

Committatur etiam eidem secretario, quod cum sicut a regimine Jadre facti sumus certiores, in Sibinico sunt debitores nostri exigibiles pro daciis et aliter de libris XIIII mille, rem istam diligenter intelligere debeat, et omnimodam operam adhibere apud comitem nostrum ibidem,

quod dicte pecunie exigantur, mittanturque si non in totum, saltem in bona parte Jadram, sicut est quammaxime necessarium.

Preterea quia bannus Paulus Croatie damna et novitates subditis nostris intulit et infere non cessat, detur etiam sibi circa hoc illa commissio, que videbitur collegio. De parte 102, de non 0, non sinceri 5.

Secreta cons. rog. vol. XXI. c. 103., u mlet. arkivu.

CCXXIII. God. 1462. 31. kolovoza, u Mletcih.

Oboružuje se brod u Kotoru radi kriomčarenja u onih stranah.

MCCCCLXII. die XXXI. augusti. Nobilis vir Paulus de Priolis comes noster Cathari quampluribus literis suis declavavit, et demum per nuntium ipsius fidelissime comunitatis nostre nunciari fecit, quanta contrabanna salis quotidie fiunt, qui sal conducitur ad locum Novi illustrissimi ducis Stefani sancte Save cum gravissima iactura illius camere nostre, que superioribus temporibus reddere solebat ypperpera XXXV mille in quadraginta mille, nunc reddit vix yperpera XII mille, cui rei nisi provideatur penitus ruet camera ipsa cum gravissima iactura introituum nostri dominii, et nulla alia provisio acomodatior convenientiorque sit quam armare fustam, quam habet idem rector noster; vadit pars, quod mandetur suprascripto comiti nostro Cathari, quod armare debeat fustam illam, ut eiusmodi contrabannis obviari possit pro comoditate ipsius camere nostre. Insuper quia habetur ex civitatibus et locis nostris partium Albanie et Dalmatie extrahi magna salis quantitas pro ipso loco Novi, captum sit, quod mandetur comiti nostro Dyrachii, Budue et aliorum locorum, ubi fit sal, quod nullam ex eis salis quantitatem extrahi permittant sub pena ducatorum V centum in suis propriis bonis per advocatores et sindicos sine ullo consilio exigendorum, quorum tercium sit accusatoris, tercium nostri dominii et tercium suprascriptorum advocatorum seu syndicorum. De parte 121, de non 2, non sinceri 3.

Senato Mar. vol. VII. c. 80, u mletačkom arkivu.

CCXXIV. God. 1462. 2. rujna, u Mletcih.

Piše se dubrovačkoj občini, da Dubrovčanin zakupnik daća u zemljah Škenderbega proti običaju nedopušća Mletčanom izvažati hranu iz onih krajeva. Obaviešćuje se dakle ista občina, da se dao nalog kapetanu kulfa, neka uzapći svako izvažanje hrane iz onih mjesta nezakonito učinjeno.

MCCCCLXII. die II septembris. Comunitati Ragusii. Intelleximus nuper ex terris et locis dominii Scanderbeghy inhibitum esse nostris omnibus extrahere posse frumenta ad hanc presertim urbem nostram deferenda, processitque innovatio ista, sicut facti sumus certiores, quia aliqui cives vestri dohannas istas acceperunt, conveneruntque cum domino Scanderbegho talibus conditionibus, quod sub isto vellamine nostri nullum frumentum extrahere possunt, neque huc conducere cum urbis nostre iactura. Vestri autem frumenta pro libito extrahunt quantacumque fuit et per viam maris et culphi nostri ad alienas terras conducunt. Res hec quam honesta sit spectabilitatum vestrarum iudicium esse volumus, et propterea

scribendas has nostras ad vos duximus, persuadentes vobis, ut innovationes huiusmodi revocari facere velitis, ita quod pro solito veteri more etiam per nostros frumenta ex terris prefati domini haberi possent, et ad hanc urbem nostram deportari. Volumus quoque vestris spectabilitatibus notum esse, quod vicecapitaneus noster culphi, quem proximis diebus hinc expedivimus, iuxta formam preteritarum commissionum, quas per superiora tempora capitaneis nostris culphi dari consuevimus, habet in mandatis a nobis, quod queque frumenta reperiet per culfum nostrum conduci preter priscas consuetudines et antiquos mores, pro contrabanno tractare debeat, quam rem ad informationem spectabilitatibus vestris significare volumus. De parte 122, de non 1, non sinceri 0.

Senato Mar. vol. VII. c. 82, u mlet. arkivu.

CCXXV. God. 1462. 28. rujna, u Mletcih.

Stavlja se namet na dubrovačko sukno, koje se izvažalo po moru.

1452. 28 septembris. — Quantum sit utile huic nostre civitati ministerium lane omnes facile intelligunt. Nam ex eo nutriuntur multe familie pauperium personarum, que nullum aliud exercitium facere sciunt, et maxime familie quam plurium marinariorum, qui ducti ac spe artis lane, dimittunt familias suas absque aliqua pecunia, confidentes, quod ex hoc ministerio vivere possent. Quo deficiente cogerentur eis dimittere pecunias stipendii sui cum maximo damno nostri dominii. Et ipsius ministerii lane totalis destructio et ruina sunt panni Ragusei, quorum maxima copia conficitur in civitate Ragusii, qui conducuntur per culphum et iurisditiones nostras contra leges et ordines nostros ad loca et terras alienas. Quod nullo pacto tollerandum est, ymo totis viribus providendum, quod ministerium predictum lane augeatur et amplificetur, ne tot familie, quot ex eo vivunt, pereant cum ignominia nostra: vadit pars, quod confirmando omnes alias leges et ordines nostos circa hanc materiam pannorum loquentes, statuatur et ordinetur, quod sicut dicti panni Ragusei, ingrediendo aliquem portuum nostrorum aut nostrarum iurisditionum per transitum tantum, solvebant decem pro centenario valoris quantitatis pannorum, qui conducebantur; ita decetero, antequam moveantur aut extrahantur de Ragusio, accipere teneantur contra litteras suas in civitate nostra Catari, et solvere dicta decem pro centenario sub perdendi omnes pannos, qui contra presentem ordinem reperirentur fuisse extracti ex Ragusio; non possendo ponere pannos XL. non minori precio ducatorum novem et alios pannos ab inde supra precio ducatorum XV. Quorum medietas sit accusatoris aut inventoris, et alia medietas dividatur inter nostrum dominium et rectores locorum, in quibus aut in quorum iurisditionibus reperti fuerint. Et possint dicti panni, contra hunc ordinem nostrum conducti, accipi tam per navigia nostra armata quam disarmata. Et ad hanc condicionem sint panni loci Novi. Et publicetur presens pars super scalis Rivoalti et aliis locis consuetis, ut omnibus nota sit, notificeturque omnibus rectoribus nostris Dalmatie et Albanie, et addatur in eorum commissionibus, ut mandata nostra exequi valeant, et non possit presens pars revocari, suspendi, declarari vel aliter interpretari sub pena duca

torum 200 auri cuilibet contrafacienti, aut aliter providendi, exigenda ab advocatoribus comunis absque alio consilio.

Et ex nunc captum sit, quod nullus civis vel subditus noster cuiuscumque gradus vel conditionis existat, possit emere vel extrahere de dictis pannis Raguseis vel loci Novi vel alicuius alterius loci existentis intra culphum nostrum non subditi nostro dominio sub pena ducatorum 500 et perdendi omnes pannos ita emptos et extractos contra presentem ordinem nostrum, que pena exigi debeat per advocatores nostros comunis absque alio consilio; habentes partem ut de aliis sui officii. + 87 — 21 — 19.

Facte fuerunt littere infrascriptis rectoribus et successoribus suis:

Rectoribus	Jadre	Pagi	Scutari
	Sibinici	None	Alexii
	Tragurii	Braze	Dulcinii
	Spaleti	Liesne	Durachii
	Chersi-Auseri	Curzole	Antibari
	Arbi	Catari	Budve
			Corfoy.

Senato Mar. vol. VII. c. 183., u mlet. arkivu.

CCXXVI. God. 1462. 13. studenoga, u Mletcih.

Molbe podnesene mletačkoj vladi od poslanika Stjepana sv. Save.

1462. 13 novembris. Capitula porrecta per oratores illustris domini ducis Sthefani.

Excelsa signoria. Son certo haveti intexo, come el mio figliolo Vladisavo e andato contra la mia volonta al imperador Turco, et digando al imperador, chel mio padre me cazo del mio paexe, et non dagandome la parte de la mia heredita, che me apertien. Per tanto prego la vostra signoria, et per questa caxon son vegnudo a i pie de la vostra signoria, che me fate la parte de territorio de zo, che tien el mio padre ducha Stefano. El qual Vladisavo promete alo imperador Turcho cento milia ducati et anche piiu zo che sera al suo commando cusi el paese come i castelli. Al qual lo imperador rispose: donde haverai cento mille ducati da poi che tu e cazato fuora del tuo paexe e da tuo padre? Et Vladisavo li rispose, che la signoria de Venexia me imprestera cinquanta millia ducati e i Ragusei altri cinquanta millia. Per tanto pregamo la vostra excelsa signoria, se i haveti promessi, non li dati, et se non li haveti promesso, non li prometeti, perche ho manda a i Ragusei mei ambassadori. Loro zurano, che non li hano promesso niente, et si non li promettera, per che hano mazor bixogno per li soi facti che per noi. Et oldando lo dito imperador le promesse del mio fiol Ladisavo, li dete grandissima hoste de Turchi, che vegnisse soura mi e soura lo mio paexe, commandandome lo dito imperador, che daga la mita del mio paexe al mio figliolo. Et in quello mezo sourazonse li Hungari al Danubio; per questa caxon non ossoreno intrar nel mio paexe questi Turchi cum mio fiolo. Et dapoi arquanti zorni mando l'imperador el suo ambassador a mi, digandomi:

el tuo figliol me ha promesso cento milia ducati, per tanto dati me vui cento millia ducati, over date mi tre castelli, el primo Corobuch, el secondo Mizevaz, li qual do castelli sono a confini de Ragusi, el terzo castello Zazevina, el qual e a confini de Dalmatia. Et dagandome vui centomillia ducati overo questi tre castelli, io daro bona parte del mio paexe a to fiolo Vladisavo, et in el tuo paexe non tochero niente. Per questa caxon te domando questi castelli, per esser piiu apresso Venitiani e Ragusei. Per tanto excelsa signoria ho deliberado piiu tosto morir, che dar questi castelli, ne centomillia ducati al Turco. Et cussi son certo, che questo anno nuovo vignera el suo exercito contra de mi nel mio paexe. Per tanto prego la vostra excelsa signoria, se per caxo me sera de bixogno, che la vostra signoria me sovegni de ballestri et de arme et parte de soldadi, per che sempre ve ho dito excelsa signoria el mio paexe et li mie castelli sono sempre a i vostri commandi. Et se la vostra signoria mandera alguno ambassador al Turcho, fate che el mio facto ve sia recommandado. Et ancora excelsa signoria supplica el ducha Sthefano ala vostra excelsa signoria, che quando el mio barba vaivoda Sandal ha voiudo dar el tributo al gram Turco, et vui l'haveti conseiato, che l'li daga, et cussi prego la vostra signoria dati a me conseio zo che debio fare, pero che non ho mazor amigo che la vostra signoria.

Et siando zonti nui ambassadori a Ragusi, et spectando al tempo de partirne, vene uno zentilhomo del nostro signor ducha Sthefano, per lo qual ne mando digando: da poi ve partisti da me, vene uno ambassador de Turco da mi, per lo qual me mando a dire, e ho sentito, che tu te tiem cum el Papa, et si te manda li suo ambassadori, et tu li manda i tuo adesso, et simelmente cum la signoria de Venexia. Et per questo te commando, che tu non habi a far niente cum la signoria de Venexia ne cum el Papa. Et io li respusi, che mio padre e mio barba sempre ha habudo per suo signori li Venitiani, et cussi anche io li voio haver per mie signori. Per tanto prego la vostra signoria, se un altra volta me mandasse questa ambassada, de me conseiar, che risposta i deba fare.

Signori in prima ho supplicado a la vostra signoria per li miei ambassadori, lamentandome soura el conte de Cataro, come me ha tolto uno barcoxo cargo de sale, la qual sale fu comprado nelle vostre cita pagando el datio a pieno. Benche imprima per el tempo passado la vostra signoria me haveva facto de gracia de la mita del datio, et adesso, quando compro el sal, pago integramente tuto el datio. El qual barcoxo habudo le contra lettere da i rectori, dove e sta compra el sal. Et io ho commanda ai mie zentilhomeni et ai mie Murlachi soto pena de perder zo, che i ha al mondo, che non comprino niente de sale ne a Ragusi ne suso el suo territorio, excepto che comprano a Catharo et a Castel nuovo et a Narenta et a Spalato et per le altre cita de la signoria; et cussi la vostra excelsa signoria ha scripto et commandato al rector de Cataro, che me dovesse render el barcoso cum la sal. El qual rector rispuse: non la rendero niente, fino che non ho la lettera de la advogaria. Et per tanto signori io advogadori non so, ne mando ti mie ambassadori ai avogadori, excepto a vui signori.

Secr. cons. rog. lib. XXI. c. 127., u mlet. arkivu.

CCXXVII. God. 1462. 13. studenoga, u Mletcih.

Odgovor mletačke vlade na molbe podnesene joj od poslanika hrcega Stjepana sv. Save.

1462. 13 novembris. Quod oratoribus illustris duci Stefani, qui oretenus et in scriptis explicaverunt nostro dominio, quantum huic consilio notum est, respondeatur:

Quod agimus multas gratias excellentie domini sui pro omnibus, que nobiscum fraterne comunicavit, que procedere cognoscimus ab amore et affectione in nos sua. Et quidem nobis valde honestum est, quod filius suus fuerit et sit inobediens excellentie sue, tentaveritque quicumque, quod incommodum aut damnosum sibi esse possit. Optamus enim plurimum, quod sit obsequens patri suo, sicut merito esse debet. Certamque esse volumus dominationem suam, quod nos nihil unquam promisimus filio suo, nec in posterum modo aliquo promisuri sumus, nec etiam ipse a nobis quidcunque requisivit; et si requireret, nos respectu benivolentie, quam gerimus ipsi illustri domino, non prestaremus sibi aures modo aliquo.

Circa partem, per quam orator Turci requisivit ab ipso illustri duce aut centum mille ducatorum aut illa tria castra et cetera, dicimus: quod laudamus plurimum optimum propositum christianamque deliberationem excellentie sue, quam scimus esse sapientissimam et magnanimam, et non dubitamus, quod pro consueta virtute sua se prevalebit a machinationibus hostium suorum. Et quoniam petit a nobis ballistas et arma ac etiam de gentibus nostris pro opportunitatibus suis; dicimus, quod cupientes in cunctis possibilibus sue excellentie complacere, sumus bene contenti, quod ex hac civitate nostra libere et absque ulla solutione datii extrahere possit et conducere ad loca sua ballistas et arma, que ad libitum suum hic emi facere potest. Sumus quoque contenti, quod ad stipendium accipere possit de peditibus et aliis gentibus pro favore rerum suarum.

Preterea iuxta requisitionem suam dicimus, quod si occurreret, quod mittere haberemus oratorem nostrum ad Turcum, bono animo et libenter recomendari faciemus negotia sua eidem Turco, quoniam omnia commoda excellentie sue non minus quam propria desideramus, et etiam in omnem casum opportunitatis sue, quod deus avertat, et evenire posse non credimus, semper acceptabimus et suscipiemus dominationom suam suosque et bona sua fraterne et amice, sicut sepe diximus et polliciti sumus nos facturos.

Ad partem, per quam petit consilium nostrum, quod dicit nos etiam dedisse patruo suo olim domino Sandali, qui dedit tributum Turco, respondemus, quod novimus semper excellentiam suam sapientissimam et christianam, et certi sumus, quod sicut hucusque cum honore suo se gubernavit, prevaluitque ab hostibus suis, ita auctore deo faciet etiam in futurum; quoniam sperandum et confidendum est, quod et summus pontifex et alii principes christiani etiam se excitare debeant ad faciendum honorem dei contra hostes fidei.

Pro quanto vero pertinet ad factum salis, iustificetur res ista, que etiam de novo intelligatur, et exinde per collegium respondeatur ipsis oratoribus sicut melius utiliusque collegio videbitur. + 146 — 0 — 2.

Secreta cons. rogat. lib. XXI. c. 126., u mlet. arkivu.

CCXXVIII. God. 1462. 4. prosinca, u Komiću.

Karlo knez korbavski sviedoči, da je primio od knjeginje Margarite svoje matere u zajam 160 dukata, dajući joj u zalog, dok ju neizplati svoj dio od dva sela.

Pro domina Margarita comitissa Corbavie. Die XIIII iulii 1465. Copia. Nos comes Charulus comes Chorbavie etc. Notum facimus universis et singulis, ad quos presentes nostre littere pervenerint, quod magnifico meo domino comitissie Chorbavie domine Margarite nostre gratiose matri impignoravimus nostram portionem Tarschiane et Buchovichi pro CLX. aureis iusti ponderis et boni auri mundi, et quod non possimus nos impedire de superius nominatis villis Traschiane et Butchovichi nisi prius restituerimus supradictos denarios 160 aureos supradicto domino domine Margarite nostri domino et mee matri charissime, et ad hoc dedimus has nostras patentes litteras sub nostro sigillo pro maiori credulitate. Date fuerunt hec littern in Comich in die s. Barbare decembris die quarto, anno domini 1462.

Et ego Jeronimus Paulus Vando Sacilensis publica imperiali auctoritate notarius et in presentiarum magnifici et preclari domini Luce Mauro dignissimi comitis Jadre vicitantis prescriptum privilegium sclavonice scriptum in charta pergamena cum bulla submunitum ut supra item vulgarizatum de verbo ad verbum ut superius scriptum et per ser Simonem Damiani scribam ad cameram Jadre fideliter accopiavi, nil addendo vel minuendo per quod mutet sensus et variet intellectus, et ad maiorem corroborationem me subscripsi.

„Ducali e terminazioni“ II. c. 61, u zadar. arkivu.

CCXXIX. God. 1463. 15. siečnja, u Mletcih.

Republika zahvaljuje se kralju Matijašu na viesti o vlaškom vojvodi.

MCCCCLXII. die XV ianuarii. Serenissimo domino Mathie Hungarie regi. Libuit regie serenitati vestre litteris eius nuper ad nos delatis significare infestum casum vayvode olim Valachie, qui adversus maiestatem vestram regnumque vestrum tantum facinus perpetrare molitus erat. Nos vero, qui amore precipuo ac singulari affectione serenitatis vostre devincti sumus, et qui profecto felicibus rebus omnibus faustisque successibus maiestatis vestre letamur quammaxime, adversis vero semper indoleremus, habemus gratias, et quidem ingentes, serenitati vestre pro comunicatione huiusmodi, quam a sua in nos immensa benivolentia processisse non dubitamus. Nec satis laudare eam possumus pro adhibitis remediis proque provisionibus per eam factis tam in partibus transalpinis quam transilvanis et alibi, ut rebus regni salutique status vestri, serenitas vestra non minus opportune quam sapienter consuluisse providisseque videatur. Reliquum est, quod maiestatem vestram certissimam esse volumus, eam esse mentem nostram eumque animum semper nobis esse futurum, ut omnem sublimationem omnemque splendorem et gloriam celsitudinis vestre non minus quam propriam, gratissimam semper ac jocundissimam habituri sumus. De parte 143, de non 1, non sincere 0.

Secr. cons. rogat. vol. XXI. c. 135., u mlet. arkivu.

CCXXX. God. 1463. 15.

Uslied papina poziva republika se … cardinalem de

… teresse, dicimus,

MCCCCLXII. die xv ianuarii. — Ser … ssimam domi-
nostro ad summum pontificem. Inter … ; scribemus
a vobis susceptas ultime sunt diei xx … eram sibi
usque diem mensis eiusdem retente; …
et colloquia per vos habita cum po… quod
dominis cardinalibus ad id pro reb… um
designatis. Commendantesque solita… d
rebus omnibus per vos adhibitum, …
demus vobis, volentes, ut operam de…
romano pontifici. Dicetisque sibi, quod ex officio …
nobis noticiam de quanto ab eius beatitudine habuistis et …
rendissimis dominis cardinalibus deputatis in rebus pertinentibus ad p…
visiones contra Turcum capitalem hostem nominis christiani necessario faciendas, deque ferventi dispositione sanctitatis sue ad providendum taliter, quod non sit persistendum super defensis, sed potius innitendum offensioni sue ita potenter, quod de partibus Europe expelli valeat; significastis quoque nobis, quanto amore et affectione beatitudo sua nobiscum utitur in rebus omnibus nostris, non minus paterne quam honorifice semper se habens; pro quibus quidem omnibus quamquam sciamus clementie sue gratias condignas habere non posse, eas tamen omnes agimus sibi quas possumus; nec profecto videmus beatitudinem suam meritis laudibus extollere posse pro tam sancto eius proposito occurrendi perfidis conceptibus istius insolentissimi hostis, qui nil magis cupit, nil magis annellat, quam christianam fidem posse extinguere, sicut ex continuis apparatibus et successibus suis clarissime intelligitur. Neque dubium est, quod nisi sanctitas sua et alii potentatus huic morbo validis remediis se opponant, gravissima mala expectanda sunt.

At quoniam tam ex verbis beatitudinis sue quam reverendissimorum dominorum cardinalium deputatorum comprehendimus, quod sanctitas sua libenter intelligere vellet opinionem nostram circa provisiones et circa ea, que gerenda forent, postquam ita ei libet, reverenter dicemus, que nobis occurrunt. Laudamus quam maxime, ut beatitudo sua pro immensa eius sapientia ac rerum omnium experientia ex auctoritate apostolica et per alios omnes modos operam omnem adhiberet disponendi illas potentias christianas, que necessarie videantur ad expeditionem contra Turcum ex Europa pellendum cumque regnum Hungarie, sine quo comune hoc desiderium adimpleri non potest, dudum multis rapinis cladibusque Turcorum depressum sit, presertim necessarium iudicamus, quod omnis opera adhibenda sit, ut adiungantur sibi favores principum et gentium armigerarum, que magis proxime haberi possint ad hoc sanctum opus amplectendum; pro quibus rebus melius disponendis, et pro evitandis etiam periculis regni Hungarie, que hoc medio tempore contingere possent, necessariam esse cognoscimus missionem unius reverendissimi legati ad partes Hungarie cum illa auctoritate et cum illis provisionibus, quas sua beatitudo expedire noverit, per cuius presentiam non est dubium plurima bona confici poterunt. Non solumque regnum illud magnis peri-

conservabitur, verum etiam habebitur ad executionem

CCXXI emoramus quoque filiali devotione nostra, ut pro pace

Karlo knez k e beatitudo sua in hoc tam salutari opere se interponat,
matere u za s rerum christianarum quammaxime conferre poterit.

o ut sepe diximus in hoc quicquid in nobis est prompto animo
, cumque certificati simus, Turcum anno isto longe magis po-
Pro in mari futurum esse, quam unquam fuerit, deliberavimus et nos
Ne vires nostras habereque anno isto triginta triremes in mari pro
et sone status nostri, utque machinationibus huius potentissimi hostis
mviare possimus. Neque dubium est, quod in classe ista nostra, et in
muniendis terris nostris finitimis Turcho, quibus opus est nobis providere gentibus et presidiis oportunis, habemus et habituri sumus expensas quammaximas.

Explicari per vos fecimus romano pontifici gravia imminentia pericula Rhodi et Cbii. Respondit vobis sanctitas sua expectare velle profectionem ad eam oratorum Rhodi. Nosque advisamus vos, oratores ipsos huc applicuisse. recessisseque quamprimum, ut ad conspectum beatitudinis sue se conferant; hortamur reverenter beatitudinem suam ad providendum circa res suas, ut opus esse noverit, et ad animandum eos ad salutem suam forti animo conservandam, quoniam si (quod absit) loca illa Turcus subigeret, quanta mala subinde facile sequi possent christianitati, sanctitati sue sapientissime declarare non expedit.

Premissa omnia volumus, quod etiam conferatis et praticetis cum reverendissimis dominis cardinalibus deputatis et cum aliis etiam seorsum et unite, sicut pro vestra prudentia melius et utilius iudicabitis.

Quid dixerit vobis pontifex maximus de domino Sigismundo, deque modis per eum servatis, ut sub velamine nostro faveat rebus suis, intelleximus. Et quidem loquentes filialiter et sincere displicuit et displicet nobis admodum, si ea fecit, que in litteris vestris caventur; que de voluntate nostra minime processerunt. At quoniam, sicut aliis nostris litteris intelligere potuistis, ipse dominus veniam et gratiam beatitudini sue impetrare desiderat, petiitque proinde salvumconductum mittendi ad sanctitatem suam, speramus quod dignata fuerit concedere salvumconductum huiusmodi; quodque proficiscetur ad beatitudinem suam cum pleno mandato unus ex suis; que tandem sui miserebitur, acceptabitque dominum ipsum ad gremium clementie sue; et nihilominus certificabitis sanctitatem suam, quod apud ipsum dominum gravavimus et doluimus nos de modis predictis, quos molestos plurimum habuimus.

Intelleximus quantum scribitis de ense et pilleo, quod summus pontifex vobis presentari iussit, deque honore nostro respectu multis modis vobis impenso; quare volumus, quod super hoc sitis cum beatitudine sua, agendo sibi nostri parte eas omnes ingentes gratias, quas possumus, utendoque circa hanc partem omnibus illis amplis utilibus et accommodatis verbis, que vestre prudentie videbuntur. Modum autem per vos servatum in recipiendo illic ensem et pilleum ipsum, ex causis et respectibus in litteris vestris contentis, laudamus et commendamus, sumusque bene contenti, quod feceritis seu facturus sitis ob hoc expensam, de qua facitis in vestris litteris mentionem.

Circa partem tangentem reverendissimum dominum cardinalem de Columna seu nepotem suum, qui cupit nostris serviciis interesse, dicimus, quod ob affectionem nostram precipuam in eius reverendissimam dominationem cupidi sumus sibi in cunctis possibilibus complacere; scribemus de re ista magnifico capitaneo nostro generali, dabimusque operam sibi libenti animo complacere. De parte 80, de non 3, non sinceri 4.

Vult partem suprascriptam per totum, cum hac etiam additione, quod dici debeat summo pontifici, quod mittente beatitudine sua legatum suum in Hungaria, nosque contenti erimus mittere unum oratorem nostrum ad partem Hungarie. De parte 31.

Secreta consilii rogat. vol. XXI. c. 135., u mlet. arkivu.

CCXXXI. God. 1463. 15. siečnja, u Mletcih.

Hvali se tajnik u Ugarskoj, što o svem, što se dogadja u onih stranah, obaviešćuje, i dalnji mu se naputak podjeljuje.

MCCCCLXII. die XV. ianuarii. Circumspecto et sapienti viro Petro Thomasio secretario nostro in Hungaria. Petre. Reddite sunt nobis littere tue dierum primi, tercii et XXVI. novembris, quas in eam usque diem retinuisse scribis, quia sic visum fuit regie maiestati Hungarie ex causis et respectibus in litteris tuis contentis. Intelleximus ex eis quecunque tunc usque occursa illis in partibus, ac casum retentionis Draguli olim vaivode, circa quam rem idem serenissimus rex etiam per suas litteras nobis scripsit; et respondentes tibi, dicimus, quod laudantes prudentiam et diligentiam tuam, tam pro omnibus que nobis significasti, quam pro his presertim, que dixisti et fecisti apud suam serenitatem, est nostre intentionis et volumus, quod esse debeas ad eius presentiam, sueque maiestati presentare litteras nostras presentibus alligatas, responsivas ad eas, quas, sicut premittitur, nobis scripsit; cuius quidem responsionis nostre copiam ad tui informationem mittimus his implicitam, iuxta quam in verbis, que circa hos habebis cum serenitate sua, volumus quod te debeas gubernare.

Intelleximus preterea quantum scripsisti nobis habuisse ab serenissimo rege et ab reverendo domino episcopo Cenadini nomine maiestatis sue de optima dispositione sua procedendi tempore novo magnanime contra Turcum, nec expectare velle, quod ab ipso Turco preveniatur; intelleximus quoque, quantum maiestas sua dici et suaderi fecerat serenissimo domino regi Bossine ac illustri duci Stephano circa unionem invicem habendam, ut unite et magis potenter procedatur etc. Quodque regia ipsa maiestas Hungarie mittere instituerat ipsum dominium episcopum Cenadini oratorem suum ad summum pontificem et ad nos; circa quam materiam respondentes dicimus, quod laudamus plurimum responsum per te datum, quoniam non est dubium, quod si serenitas sua cum effectu procedet contra prefatum Turcum, id ipsumque facturi sint prefatus rex Bossine et dux Stephanus, indubie sperandum erit maiestatem suam apud deum et homines maximum meritum, laudem et gloriam consecuturam esse, regnumque illud suum secure et quiete possessurum esse.

Et circa partem oratoris mittendi dicimus, quod intuitu serenitatis sue videbimus semper eum leto animo et libenter, quando quidem in omnibus concernentibus honorem et commoda maiestatis sue cupidi semper simus.

Volumus quoque, quod prefate regie maiestati dicere debeas, quod ut obviare possimus machinationibus Turchi, armare deliberavimus et cum omni studio armamus triremes triginta, quas anno isto in mari omnino habere intendimus.

Petiisti a nobis pecunias pro tuis expensis, cui rei ut satisfaciamus, advisamus te, quod vel per medium Leonardi Desiderii vel per aliam viam curabimus tibi providere quo celerius poterimus.

Preterea notum tibi facimus, quod per litteras oratoris nostri ad romanum pontificem facti sumus certiores, beatitudinem suam elegisse nuper quatuor ex reverendissimis cardinalibus, videlicet Nicenum, sancti Angeli, Rothomagensem et sancti Marci, qui providere habeant rebus Hungarie et aliis negotiis contra Turcum.

Post hec alias litteras tuas accepimus datas xxviii decembris, ad quas aliud pro nunc non attinet respondere. De parte 143, de non 1, non sinceri 0.

Secr. cons. rog. vol. XXI. c. 137., u mlet. arkivu.

CCXXXII. God. 1463. 8. veljače, u Mletcih.

Odredjeno oboružati još jednu galiju u Spljetu i u Kotoru.

mcccclxii. die octavo februarii. Deliberatum est per hoc consilium facere potentem armatam, ut occurratur pravis conceptibus domini Teucri, et faciat pro nostro dominio expedire classem ipsam per omnes modus, qui celeriores melioresque sint. Et sicut habetur comunitas nostra Spaleti multum cupiat armare etiam unam galeam, sicut fieri deliberatum est in Sibinico; propterea vadit pars, quod mitti debeat Spaletum una galea munita rebus opportunis iuxta consuetum, ut solicite armari possit, et circa hoc scribatur comiti Spaleti quantum opus erit.

Preterea captum sit, quod mitti etiam debeat Catarum una galea nostra munita ut supra, ut illic similiter celeriter armari possit, sicut per informationem, que habetur, optime fieri poterit. Et scribatur illi rectori circa hoc quantum expedire videbitur. De parte 137, de non 6, non sinceri 3.

Senato. Mar. vol. VII. c. 102., u mlet. arkivu.

CCXXXIII. God. 1463. 11. veljače, u Mletcih.

Daje se odgovor poslanikom hrcega Stjepana glede turskih stvari i drugih.

1462. 11 februarii. Quod oratoribus illustris ducis Stephani, qui venerunt ad nostram presentiam et in rebus imperatoris Turchorum, et requisitionibus sibi factis per Turcum, super quibus consilium nostrum petit, et circa alia etcet. exposuerunt ea, que per serenissimum dominum ducem huic consilio relata sunt, respondeatur:

Quod agimus multas gratias excellentie domini sui pro fraternis et amicabilibus comunicationibus nobiscum factis, quas procedere certi sumus

a consueta magna affectione et benivolentia in nos sua. Responsum autem factum per illustrem dominationem suam domino Teucro de bombardis, gentibus etc. contra Raguseos, tanquam dignum catolico domino et non minus gravissimum quam prudentissimum, plurimum laudamus

Ad partem consilii, quod sua excellentia a nobis habere petit, pro pecuniis, quas Turcus ab eo requirit, dicimus, quod considerata benivolentia, quam sibi gerimus, cupimus profecto in rebus omnibus ei fraterne consulere, que sibi honorifica et comoda esse possint. Ideoque dicimus, quod attenta dispositione et perfidia Turchi, nullo pacto sibi possemus consulere, quod ei daret pecunias suas, que facile converti possent ad damna et iacturas excellentie sue. Sed commemoramus et laudamus, quod idem illustris dominus per illos convenientes et prudentissimos modos, qui sibi videbuntur, rem istam declinare debeat, et conservare sibi pecunias in opportunitatibus suis.

Circa ea, que pertinent ad adventum oratoris Teucri ad nos, dicimus, quod ex his, que nobis retulit, videtur eum ad nos venisse pro nonnullis differentiis particularibus mercatorum nostrorum et aliquorum damnorum illatorum, licet nos existimemus, quod potius forte venerit pro explorandis rebus nostris, ut ipsa etiam parte domini sui commemorarunt. Ideoque dicimus, quod attentis artibus et versutiis suis, diligentes prefatum dominum sicut carissimum fratrem, laudamus plurimum, et hortamur eum ad se uniendum et bene intelligendum cum serenissimo rege Bossine, ut in omnem casum unitis viribus se tueri possent contra communem hostem. Laudamusque magnopere, ut id ipsum faciat cum serenissimo rege Hungarie, ut potentiori manu se tueri et etiam hostem offendere possint. Nam et nos advisamus excellentiam suam, quod apud summum pontificem damus omnimodam operam, quod mittat subito in Hungariam unum reverendissimum legatum cum provisionibus opportunis, ut ipsi regi augeantur vires gentium et favores contra prefatum hostem. In qua re nos etiam facimus et semper facturi sumus, quidquid boni a nobis poterit.

De privilegio seu patentibus litteris nostris, quas reconfirmari petunt pro domino suo receptando in locis nostris cum suis, si cogeretur a potentia Turci discedere etc. dicimus, quod confidimus in bonitate divina et in virtute et magnanimitate excellentie sue, quod nunquam eveniet casus iste; sed tamen in satisfactionem requisitionis sue contenti sumus reconfirmare libenti animo, que sibi alias promisimus circa hoc, et facere sibi privilegium seu patentes litteras nostras in ampla et opportuna forma.

Hec autem responsio nostra iustificetur et honestetur cum predictis et aliis omnibus bonis et decentibus verbis, que collegio videbuntur. + 167 — 2 — 2.

Secreta cons. rog. lib. XXI. c. 141., u mlet. arkivu.

CCXXXIV. God. 1463. 28. veljače, u Mletcih.

Republika odvraća na obaviesti i zahtjeve poslanika bosanskih.

1462. 28 februarii. Quod oratoribus serenissimi regis Bossine, qui oretenus et in scriptis explicarunt ea, que huic consilio nota sunt, respondeatur: Quod intelleximus, quantum ipsi spectabiles oratores nobis pru-

denter exposuerunt parte serenissimi domini sui; cui multas gratias habemus pro comunicatione nobiscum facta et pro magna affectione et amore, quem eum gerere videmus nostro dominio. Nosque maiestatem suam certam esse volumus, quod eam sincere diligimus, cupidique sumus sibi in cunctis possibilibus complacere. Licetque esse videamur in pace cum Turco, attentis tamen conditionibus et perfidis modis suis paravimus et paramus continue potentissimam classem nostram cum gravissimis nostris impensis, ut possimus pravis conceptibus eiusdem Turchi, pro quanto semper poterimus, obviare, quoniam de eo non est nostro iuditio confidendum. Et ita etiam loquentes solita sinceritate cum ipso serenissimo rege, hortamur eum ad providendum magnanime rebus suis, sicut catholicum principem decet. Laudamus quoque plurimum ad bene intelligendum et uniendum se cum illustri domino duce Stephano et cum aliis dominis illarum partium, ut in omnem casum contra hostem unitis viribus se tueri possint. Id ipsum etiam ut faciat persvademus cum serenissimo rege Hungarie, ut potentiori manu hostem offendere possint. Nam et nos certam facimus maiestatem suam, quod per oratorem nostrum apud summum pontificem damus operam, quod mittat illico legatos, alterum in Germaniam alterum in Hungariam, cum provisionibus opportunis, ut ipsi regi, coactis undique viribus et auxiliis sine mora succurratur, ut contra Turcum tam ipse quam sui se potenter tueri possint. Qua in re ut ex parte nostra nihil omittatur, deliberavimus quamprimum mittere unum solennem oratorem nostrum ad ipsum regem Hungarie, ut collectis undique vicinorum regnorum et nostris possibilibus auxiliis, regnum suum tueri ac etiam regnum Bossine ab omni molestia sublevari possit.

Circa partem missionis ad Turcum pro intelligendo animum suum etc. dicimus, quod si id fieret, credimus, quod pocius esset nocivum quam utile; sed speramus et confidimus in deo nostro et in his, que iam tandem summus pontifex et principes christiani brevi dispositiuri sunt, quod cum sublimatione et gloria nominis christiani multa bona cito fieri poterunt. Et nil minus, si forte contingeret, quod aliquid per nos fieret cum Turco, erimus libenter memores de quanto dixerunt; quos etiam advisamus nuncium Turchi huc venisse, ut dixit solum pro certis particularibus differentiis mercatorum, licet tamen nos existimemus, quod principaliter venerit pro explorandis rebus nostris.

Verum, quum oratores ipsi, ut dixerunt, ad summum pontificem profecturi sunt, petuntque scire a nobis, quid expositiuri sunt, dicimus, quod cognoscimus serenissimum dominum suum prudentissimum, nec dubitamus, quod comiserit eis quecunque expedientia sint et ad propositum rerum suarum, pro quibus etiam melius obtinendis offerimus nos scripturos ad oratorem nostrum in curia, ut tam apud summum pontificem quam aliter, ut opus erit, eisdem oratoribus favere debeat et agere pro rebus suis non minus quam pro nostris propriis. In specie tamen videretur nobis, quod a sanctitate sua implorarent legatos ad serenissimum imperatorem et ad regem Bohemie, et specialiter in Hungariam, ut regnum illud, collectis undique viribus, etiam consequenter regnum maiestatis regni sui ab omni periculo et molestia tueri possit.

De municionibus cruciate, quas petunt, dicimus, quod ad requisitionem et instantiam summi pontificis alias dari fecimus duci Stephano certas

munitiones ex terris et locis nostris Dalmacie, credimusque revera, quod nihil aut parum restet ex eis. At vero in complacentiam ipsius serenissimi regis, cui multum afficimur, contenti sumus sibi dono dari facere balistas. L. fulcitas capsis, L. quinquaginta veretonorum et barilia, L. pulveris a bombarda.

Ad partem balistariorum, quos petunt, vellemus profecto serenissimo domino suo posse in rebus omnibus complacere etiam propriis nostris expensis; sed ut norunt, tam in armata nostra quam in aliis multis provisionibus munitionum, victualium et gentium positarum in terris et locis nostris finitimis Turco maximas expensas patimur. Ex quibus omnibus rogamus serenissimum regem suum, ut nos habeat supportatos. Sed sumus bene contenti, quod in terris et locis nostris accipere possit stipendio quoscumque voluerit balistarios, eosque in suis opportunitatibus exercere. + 151 — 1 — 0.

Secreta consilii rogatorum lib. XXI. c. 141., u mlet. arkivu.

CCXXXV. God. 1463. 28. veljače, u Mletcih.

Poslanici kralja bosanskoga upućuju mletačku republiku o turskih namjerah glede Bosne.

1462. 28 februarii. Capitula sunt hec videlicet porrecta per ambassatores serenissimi regis Bossine.

Serenissimo principe. El serenissimo re de Bossina supplica a la illustrissima signoria vostra, commemorando caxa sua esser stada sempre in grande amicitia cum la signoria vostra et senza alguna differentia. Adesso constretto de grande pericolo et desegno, el Turco fa contra de lui con deliberation occupar el suo regno, dechiarando tal occupation esser summamente contra el stado vostro. E questo creda la signoria vostra certamente, el Turco haver usado con la sua bocha propria in questa forma con uno suo conseier intrinsico, el qual ha dato notitia cautamente al re de Bossina, come el Turco ha deliberato per ogni modo questa estade vignir adosso de lui e del duca Stefano, nominando anchor Raguxi, occupado che havero el reame de Bossina, fazando le bastie per dentro, non habiando altro contrasto, questo faremo leziermente, andando mi in persona: poi subito fato questo, posso romper cum Venetiani da un di al altro su tuti i suo confini per fina sopra l'Istria, et a questo modo el mio desegno havera luogo.

Per tanto excelso principe voia intender la illustrissima signoria vostra, quanta ruina pensa far el Turcho al mio regno, et per consequente al stado vostro. E de questo non prenda alcuna umbra la signoria vostra, che mi diga cum qualche fiction, ne conzar i fati mei cum la signoria vostra. E questo se pol provar, che el Turco ha deliberado far.

Parechi anni sono, che questa illustrissima signoria ha dato noticia al Turcho per missier Lorenzo Moro, come el reame de Bossina e colligado con la signoria vostra, avanti che mai el Turcho venisse in Romania. Adesso anchora se poria dir per provar el suo desegno, re de Bossina esser membro con la signoria vostra za tanto tempo, non pero levando el tributo consveto al Turco. Et vederete, se el Turcho vora

attender a tal parole, e non circhar a subiugar questo reame. Re non crede, che vora far non me segur i suo desegni.

Per tanto dixe a la signoria vostra: vuy rompando con el Turcho, non havera modo de tuor a mi la mia signoria, ne etiam far contra la signoria vostra quel che pensa. Non rompando la signoria vostra, l' havera el modo de far contra de mi e del ducha Stefano dubito quel vora, per che el vignera cum tutta la sua possanza, e se pur non pora occupar cussi presto el nostro regno, cerchara de haver quella parte, che piu fara al suo proposito in modo, che i suo desegni haverano luogo.

Ma se la signoria vostra vuol romper con lui al presente, e son contento, vui voiando, de esser in questa parte capitaneo vostro, et far per vui et per mi, non attendando ne ali partidi ne ale manaze de Turcho; e quel, che la signoria vostra farà per el vostro stado contra el Turcho, quando mi havero perso, cum mancho affano et pericolo pora far, avanti che mi havero perso. E questo se vede chiaramente, el Turcho se fa ala zornada piu grande per taxer i Christiani.

Ecco anchora mando a la sanctita del papa, narandoli tal pericoli, con questo che la signoria vostra dia ordine a li mei ambassadori, quel e chome de parlar a la sanctita sua circa tal pericoli.

Anchora sa la illustrissima signoria vostra, come la sanctita del papa havea dato al mio padre certa monition de armamenti de la cruciata se trova in Dalmatia; ala signoria vostra non li parse di lasarlia quel tempo. Dapoi quelle monition medeme havete concesso al ducha Stefano. Adesso a questi bisogni degnasse la signoria vostra de farme qualche parte de monition vostre, quella parte par meglio ala illustrissima signoria vostra.

Ancora excelso principe se pur la signoria vostra non vora romper apertamente con el Turcho, degnasse la signoria vostra darme alcuna quantita de ballestrieri, azo che possa metter ne le castelle per fin tanto, che la signoria vostra me includa con vui insieme o in pace o in tregua con el Turcho, overamente apertamente cum lui rompera.

Sec. cons. rog. lib. XXI. c. 142., u mlet. arkivu.

CCXXXVI. God. 1463. 3. ožujka, u Mletcih.

Nalaže se poslaniku u Rimu, neka izruči papi i kardinalom listove iz Ugarske, i obodri jih na rad proti Turčinu.

1463. 3 martii. — Quod scribatur Bernardo Justiniano ambasciatori apud papam: sensimus tractationes vestras cum illis quatuor cardinalibus deputatis ad res turcicas, et requisitionem eorum, „de liga cum pontifice maximo ineunda“, vestramque diligentiam laudamus. Expectamus nunc, qualis erit deliberatio papae, cui magis quam aliis imcumbit christianitatem a periculis liberare. „Quid autem de rapinis Turcorum et cladibus per eos miserabiliter adversus christianos illatis; quid perfidus crucis hostis contra regnum Hungarie et per operam vaivode Valachie parare videatur, videbitis per litteras novissime habitas a secretario nostro in Hungaria.“ Istas litteras ostendite papae et cardinalibus, dicendo: „quod si ullo unquam tempore necessaria extitit missio reverendissimi legati in Hungaria cum provisione pecuniarum, profecto inpresentiarum est“, aliter

„regnum Hungarie aut succumbere Turco, aut cum eo, qualecumque poterit, concordium capere compelleretur", utrumque pro christianis damnosum. Adiuvet pro posse ambasciatoribus regis Bossinae et ducis Stephani, qui Romam veniunt.

Eidem eodem die. Dicat papae: „quod quum lacrimabiles et miserabiles sint clades ruineque non solum Hungarie sed omnium christianorum brevi temporis discursu future santitas sua et exemplo literarum habitarum ex Hungaria et ex aliis multis signis optime intelligere potest. Quodque utinam adhibitum esset maius studium per omnes Christi fideles in sedandis eorum intestinis discordiis et succurrendis tam afflictis Hungarie rebus etc. Papa mittat huius causa legatum apostolicum in Hungariam ad sedandas discordias, potestates uniendas etc.

Secr. cons. rogat. lib. XXI., u mlet. arkivu.

CCXXXVII. God. 1463. 17. ožujka, u Mletcih.

Piše se českomu kralju i drugim, da što prije priprave svoje vojske za boj proti Turčinu.

MCCCCLXIII. die XVII martii. Serenissimo domino regi Bohemie. Regressus ex galla spectabilis eques dominus Antonius de Grationopoli maiestatis vestre legatus, litteras serenissimi domini Franchorum regis nobis detulit, quibus intelleximus ardentissimum et christianissimum eius desiderium una cum regia serenitate vestra ac serenissimis regibus Hungarie at Polonie duceque Bavarie procedendi terrestri manu ad exterminium sevissimi crucis hostis, quam rem profecto gratissimam ac iocundissimam ultraquam possemus exprimere habuimus, quippe qui pro gloria summi creatoris nostri proque honore christiane religionis nihil magis cupimus, nihilque magis necessarium esse cognoscimus, quam hunc atrocissimum persecutorem nominis christiani, propulsari posse. Nos vero serenissime princeps maiorum nostrorum vestigia immitari volentes, sicut novissime scripsimus christianissimo Franchorum regi, ita et his nostris maiestati vestre significare instituimus, nos inquam paratos ac promptos esse, dispositis rebus, exercitibusque terrestribus per serenitatem vestram perque alios excellentissimos principes anteactos contra perfidum hostem, cum potenti classe nostra, nihil omnino omittere, quod in eius excidium fieri possit. Quamobrem vehementer hortamur, ac precibus, quibus possumus, maiestatem vestram ex corde rogamus, ut festinet perficere piissimum opus inceptum, ut iam tandem sancta hec expeditio celebrari possit. Interea vero laudamus quammaxime, ut vestra sublimitas per legatum suum quamprimum mittendum ad serenissimum Hungarie regem, exhortari eum velit, ut magno et forti animo se regnumque suum tueri studeat; pro qua sola causa nos quoque quamprimum oratorem nostrum ad ipsum serenissimum regem expedituri sumus.

Similes serenissimo regi Pollonie
serenissimo regi Hungarie } mutatis mutandis.
illustrissimo duci Bavarie

De parte 166, de non 4, non sinceri 1.
Secr. cons. rogat. vol. XXI. c. 145., u mlet. arkivu.

CCXXXVIII. God. 1463. 18. travnja, u Mletcih.

Daje se naputak poslaniku, koj je odlazio u Ugarsku.

MCCCCLXIII. die XVIII aprilis. Quod fiat commissio viro nobili Joanni Aymo ituro oratori nostro in Hungariam in hac forma:

Nos Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro Joanni Aymo, dilecto civi nostro, quod vadas honorabilis orator noster ad serenissimum regem Hungarie, solicitando iter tuum quanta celeritate poteris versus Budam, aut ad illum locum, ubi intelliges maiestatem suam se reperire, ut solita prudentia et diligentia tua exequi possis hec et alia nostra mandata, sicut per conditiones rerum et temporum expedire noverimus.

Quando adibis presentiam regie serenitatis Hungarie, postquam sibi exhibueris litteras nostras credentiales tibi traditas, postque factas congruas salutationes, oblationes et alia generalia, sicut decori sue maiestatis et nostro convenire noveris, nomine nostro referes: quod litteris Petri Thomasii circumspecti secretarii nostri, diebus superioribus nobis redditis, facti sumus certiores de magnanima deliberatione sue regie maiestatis coadunandi exercitum suum, exeundique in castra adversus hostes fidei, quam quidem optimam dispositionem catolicumque propositum serenitatis sue, et si novum nobis non fuerit, qui dudum multis rerum preteritarum experimentis id plene cognovimus, tamen gratissime intelleximus. Nec possumus exinde sublimitatem suam dignis aut meritis extollere laudibus. Cum vero maiestatem suam sincerissime diligamus, statuimus, te ad eam mittere oratorem nostrum, ut suam celsitudinem honoremus, suisque beneplacitis et commodis assistamus, et in cunctis nobis possibilibus sibi ac regno suo simul cum aliis opem ferramus.

Subinde dices, quod iam multis mensis exactis tenuimus ac tenemus etiam in presenti oratorem nostrum apud summum pontificem, nullum studium pretermittentes, quod mittat unum legatum de latere ad illas partes Hungarie, utque expeditioribus auxiliis succurrere velit opportunitatibus regni illius, et ita credimus eum esse facturum, sed hec celerius locum habuissent, si oratores per maiestatem suam designati ad ipsum romanum pontificem simul cum nostro ad hec presentes fuissent fecissentque unite apud beatitudinem suam instantias opportunas.

Preterea expones, quod serenissimus rex Bohemie asserens intelligere se cum serenissimo rege Pollonie et duce Bavarie, solicitavit per oratorem suum christianissimum regem Franchorum et nos, quod viribus eorum principum ac nostris succurri velit rebus christianis et regni illius contra comunem hostem, ac procedi ad eius exterminium et ruinam, jamque idem orator cum litteris prefate maiestatis Franchorum rediit tam ad nos quam ad principes antedictos, quemadmodum certi sumus, suam serenitatem litteris eiusdem maiestatis Franchorum informatam fuisse. Nos vero polliciti sumus vires nostras maritimas non solum presentes sed et alias possibiles in futurum, casu quo unitis viribus procedatur per terram ad excidium huius hostis.

Interea vero celsitudinem suam hortamur, ut magnanime se habere velit, conservareque regnum suum, et solicitare regna et potentias circumvicinas, videlicet Bohemie, Pollonie et Bossine et ducem Bavarie ad sua

auxilia et favores, nosque licet simus gravati magnis et excessivis impensis in classe nostra et aliis multis provisionibus per nos factis, tamen contenti erimus cum predictis concurrere pro portione nostra in eo, quod erit rationabile et honestum.

Studiosus eris intelligere conditiones regni illius, et in specie volumus, quod nos advises, qualiter se habuit negocium Dragulli Vallachie, dando etiam nobis advisationem de illo, qui impresentiarum reperitur vayvoda in partibus illis, et qualiter se intelligit aut non intelligit cum rege Hungarie. Significabis quoque nobis provisiones factas, et que de cetero fient in regno illo. Et si sentires, quod teneretur aliqua praticha vel tractatus pacis aut sufferentiarum inter regem et Turcum, diriges spiritus et cogitamina queque tua ad obviandum et turbandum tractatus huiusmodi per omnes illos prudentes, bonos et accommodatos modos, qui videbuntur tibi. Et de omnibus curiosus eris continuis litteris tuis nos certiores efficere.

Mandamus insuper tibi, quod postquam tenueris apud te prefatum Petrum Thomasium secretarium nostrum per illud tempus, quod tibi videbitur pro habendo informationes opportunas, eum licentiare debeas, ut repatriare, et ad nostram presentiam se conferre possit. De parte 164, de non 0, non sinceri 0.

Secreta cons. rogat. vol. XXI. c. 147., u mlet. arkivu.

CCXXXIX. God. 1463. 24. travnja, u Budimu.

Usljed zahtjeva republike mletačke, Matijaš ugarski kralj nalaže krbavskim knezovom, da obustave utvrdjivanje grada Kliceveca.

Christophorus Mauro dey gracia dux Veneciarum etc. nobilibus et sapientibus viris Ludovico Diedo de suo mandato comiti et Donato Barbaro capitaneo Jadre fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Propter innovationem factam per comites Corbavie in fortificando castrum Clizanaz preter formam pactorum et conventionum nostrarum, scribere deliberavimus, sicuti scire debetis et providere per viam serenissimi regis Ungarie, ut operam adhiberet et taliter scriberet et mandaret eisdem comitibus, quod desisterent ab innovatione predicta. Quamobrem secutum est; a secretario nostro in Hungaria existente accepimus nuper literas simul cum alligatis literis prefati serenissimi regis directivis comitibus predictis, mandantibus eis eficaciter, quod desistere debeant a fortificatione predicta, et si quid innovatum esset, removere et in statum pristinum reducere, sicuti per copiam ipsarum literarum per eundem secretarium ad nos missam, quam ad ampliorem informationem mittimus his implicitam. Videbitis autem literas autenthicas, quas similiter mittimus his insertas. Volumus, quod per bonum nuncium mittatis eisdem comitibus consignandas cum ordine, quod intentionem ipsorum dominorum comitum intelligere studeat, pariter in responsione eorum ad vos remanere; de quo reddatis nos quamplurime vestris literis cerciores. Copiam autem harum prefati regis conservabitis diligenter, ac etiam illic registrari facietis propter casus, qui contingere possint.

Copia sive exemplum.

Mathias dey gracia rex Hungarie, Dalmatie, Crovatie etc. Spectabiles et magnifici fideles nobis sincere dilecti. Significamus vobis, ab illustri principe domino Christophoro Mauro duce Veneciarum amico nostro per medium circumspecti et sapientis viri Petri Tomasii secretarii et ambaxatoris sui accepimus, quomodo vos castrum in loco dicto Clicevaz situm ad confinia territorii Jadrensis, quod alias Tomas comes Corbavie construere inceperat, sed ad requisitionem illustrissimi ducalis dominii Veneciarum ab eius constructione cessaverat, promiseratque amplius non fortificare, rursusque ex novo non sine suspicione et periculo rerum ipsius ducalis dominii murare incepistis, et requisiti, ne id facietis, attendere hucusque noluistis. Et quia nos, sicuti nostra ab aliis, ita nec a nostris aliorum iura turbari volumus, ideo fidelitatibus vestris harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus receptis presentibus et fortificatione illius municionis cessare, et innovata in statum pristinum reducere debeatis, ac deinceps nil in preiudicium prefati ducalis dominii innovare presummatis, sed bene et pacifice cum locis et subditis ipsius ducalis dominii vivere teneatis. Quoniam non est intentionis nostre, ut sincera illa amicitie necessitudo, qua prefatum dominum ducem et ducale dominium Veneciarum prosequimur, per vos aut quempiam subditorum nostrorum violetur. Secus igitur non facturi. Datum Budue in festo sancti Georgii martiris anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio.

A tergo: Spectabilibus et magnificis . . . comitibus Corbavisiensibus fidelibus nostris sincere grateque dilectis.

„Ducali e terminazioni" II. c. 49., u mletačkom arkivu.

CCXXXX. God. 1463. 26. travnja, u Mletcih.

Dozvoljava se, da Skenderbeg može s vojskom proći u pomoć Stjepanu hercegu sv. Save kroz mletačke zemlje.

1463. 26 aprilis. Quod illustri domino duci Stephano sancti Save ad eius litteras lectas huic consilio, respondeatur in hac forma: Displicenter audivimus profecto ex litteris excellentie vestre 8 et 20 mensis martii prope preteriti datis, aliquam novitatem vel incommodum statui excellentie vestre occurrere; nam fraterne ei affecti maxime optamus status vestri conservationem. Et ut nostram bonam intentionem clarius intelligat, inspectis duabus requisitionibus suis in dictis litteris declaratis, parati sumus in eius complacentiam scribere, et iam scripsimus circa primam partem rectoribus nostris Albanie in opportuna forma, ut ad omnem ipsius excellentie vestre requisitionem eius desiderio satisfaciant. Et circa secundum, ex affectione nostra ad excellentiam vestram parati etiam sumus, omnem nobis instantiam possibilem facere, ut ipsa excellentia vestra eius consequatur intentum.

Et ex nunc captum sit, quod scribatur comiti et capitaneo Scutari et aliis rectoribus Albanie, qui videbuntur, in hac forma:

Scripsit nobis nuperrime illustris dominus Stephanus dux sancti Save, frater noster carissimus, magnificum dominum Scanderbegum sue excellentie se obtulisse accessurum ad eius favores, dummodo transitum per territorium nostrum habere valeat. Quare cum nostro consilio rogatorum

vobis mandamus, quatenus ad omnem requisitionem dicti illustris domini ducis passum et transitum per territorium nostrum dare debeatis dicto magnifico domino Scanderbego eundi cum gentibus suis, vel etiam suis gentibus sine eo, ad subsidia predicti domini ducis; habendo semper tamen bonam advertentiam ad securitatem status et locorum nostrorum.

* Et circa transitum dandum gentibus predictis vos cum ceteris rectoribus nostris Albanie, per quorum territorium transire haberent, intelligere debeatis.

Et preterea ex nunc, quod per primam, que expedietur, collegium loqui faciat communitati Ragusii in illa forma et illis verbis, que dicto collegio videantur. + 160 — 0 — 0.

Nota quod additio facta litteris directivis comiti et capitaneo Scutari, videlicet a *, infra processit de mandato totius collegii.

Secreta consilii rogatorum lib. XXI. c. 148., u mlet. arkivu.

CCXXXXI. God. 1463. 15. svibnja, u Mletcih.

Osumnjičeni, a nekrivi našasti, nesmiju se nikako globiti.

Nicolaus Tronus dei gratia dux Venetiarum etc. Significamus vobis, quod in consilio nostro rogatorum die 17 martii 1463 capta fuit pars tenoris infrascripti, videlicet: Accidit saepe numero, quod propter aliquam suspicionem et denuntiam, qua faciunt rectoribus nostris tam parcium terrae quam marittimarum, mittatur ad compillandum quamplures personas delinquentes, quae compraehensae reperiuntur postea extra rationis culpam et liberantur, et nihilominus notarii et officiales deputati ad criminalia recipiant solutionem et emolumenta sua ab illis non aliter quam si reperti fuissent delinquentes et culpabiles, quae res nec conveniens nec honesta est. Et propterea vadit pars, quod auctoritate huius consilii scribatur et mandetur omnibus rectoribus nostris tam partium terrae firmae quam maritimarum, quod quotienscunque acciderit liberare et relaxare aliquem captum praecedente suspicione et denuntia aliqua, vicarii, iudicancellarii, notarii, scribae, contestabiles Barodiorum, socii, milites et quicunque alii officiales deputati ad criminalia non habeant nec recipere debeant aliquo modo solutionem seu emolumentum aliquod pro dicta causa, si reperti non fuerint culpabiles dicti delicti sub pena perpetue privationis suorum officiorum; et addatur haec pars in commissionibus omnium rectorum terrae firmae et maritimae, qui sub debito sacramenti sint obligati observari facere contenta in dicta parte. Quare auctoritate etc. Datae in nostro ducali palatio die 15 maii, indictione septima, 1463.

Diversi publici decreti etc. Udine 1656.

CCXXXXII. God. 1462. 5. svibnja, u Mletcih.

Odgovara se na molbe poslanika ugarskih, putujućih u Rim.

MCCCCLXIII. die XVII maii. Quod reverendo patri domino . . . episcopo Vesprimiensi, ac magnifico comiti Stephano Segne etc., oratoribus serenissimi Hungarie regis, qui ad presentiam nostram venerunt, explicantes potentiam et magnitudinem Turci, ac pericula imminentia regno Hun-

garie et christianitati, si huic hosti, qui omni conatu suo contra regnum ipsum se dirrexit, succumbere compelletur: commemoraverunt quoque magnam affectionem et confidentiam, quam regia maiestas Hungarie in nos repositam habet; successive petierunt instanter auxilia nostra terrestria, ut resistere possint; tercio loco dixerunt, quod cum ad romanum pontificem profecturi sint, presidia sua imploraturi; similiter petebant consilium et favorem nostrum, iuxta quod, ut retulerunt, habuisse in mandatis a serenissimo rege, procedent etc., sicut per serenissimum dominum ducem huic consilio relatum est, respondeatur: quod gratissimo animo intelleximus reverendam paternitatem et magnificenciam suas, sique regia maiestas Hungarie de nobis confidentiam capit, id quippe amplissime facere potest, qui sumus semperque esse intendimus serenitati sue singulari benivolentia et amore devincti. Addicimusque deum nostrum in testem, semper nos calamitatibus regni illius tantum indoluisse quantum exprimi posset, tum ex ardore fidei et honoris christiane religionis, tum ex precipua affectione nostra in regiam celsitudinem suam. Scimus quoque non posse nos eam meritis extollere laudibus pro tam optima dispositione ferventique proposito suo resistendi pro viribus crucis hosti, proque deliberatione quam fecit mittendi legationem suam ad romanum pontificem, quam tenemus optimum fructum parituram esse. Nos vero dudum studia nostra convertimus, ut per beatitudinem suam, que caput est christianorum, regno Hungarie auxilia conferrantur. Habemusque impresentiarum ob id specialiter penes pontificem maximum oratorem nostrum. Nec dubitamus per appulsum dominationum suarum ad urbem sanctam suam, quam huic rei bene dispositam esse scimus, provisuram esse. Nosque in hoc etiam nihil apud eam pretermissuri sumus, ut effectus iste sequi habeat.

At quoniam magnificencie sue in specie auxilia terrestria nostra petunt, dicimus, quod licet maximis expensis simus impliciti tam in classe nostra, quam continue tenemus contra Turchum, et maxime nunc multo potentiorem solito, quam in muniendis terris nostris finitimis hosti gentibus et presidiis, cupidi tamen honoris et commodi serenissimi regis, conamur libenter suis beneplacitis satisfacere, sumusque contenti contribuere maiestati sue ducatos III mille in mense per menses sex. Et ulterius, si ex opportunitatibus regni illius respectu Turchorum opus esse videbimus, quod subsidium nostrum per magis longum tempus fieri habeat, non estimantes minus pericula regni ipsius quam nostra, declarabimus in hoc etiam serenitati sue per veros effectus, quantum sibi affecti sumus.

Circa partem consilii pro suo accessu ad summum pontificem dicimus, quod sapientissimi sunt, nec opus habent consilio nostro; sed hortamur magnificencias suas, ut bono animo vadant ad romanum pontificem. Commemorentque gravissima pericula regni et christianitatis, ac solicitent auxilia conferenda presertim portionem debitam beatitudinis sue, in qua re etiam orator noster, ut diximus, nihil de possibilibus omissurus est. De parte 164, de non 14, non sinceri 2.

Secreta cons. rogat. vol. XXI. c. 152., u mlet. arkivu.

CCXXXXIII. God. 1463. 26. svibnja, u Mletcih.

Mletačka vlada zahvaljuje se Šibeničaninom za njihovu pripravnost i viernost.

Responsio ducalis dominii data consilio Sicensi contra Turcas. Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Egregii fideles nostri dilectissimi. Simul cum litteris comitis nostri Sibenici reddite sunt nobis littere vestre, quibus intelleximus, quantum scribetis de novis Turcharum, deque promptitudine animi vestri et integenima fide, quam in omnem casum pro honore et bono statu nostro amplissime nobis spondetis; licetque de huiusmodi ferventi et optima dispositione vestra nihil acceperimus novi, qui dudum novimus fidem et sinceritatem vestram, tamen litteras vestras gratas admodum habuimus, quandoquidem certi sumus, omnia semper curatoros ac indefesse facturos vos esse, que fideles subiectos et devotissimos cives decet. Circa partem provisionum per nos faciendarum, dicimus, quod certos vos esse volumus nulla ex parte defuturos non esse, que honorem nostrum et bonam conservationem status nostri in partibus illis concernere possit, sicut semper et in omnem casum veris effectibus cognoscetis.

Data in nostro ducali palatio die XXVI mai, indictione X. MCDLXIII.

Egregiis et prudentibus viris iudicibus et communitati civitatis nostre Sibenici fidelibus nostris dilectis.

Dipl. siben. in bibliotheca palatina Viennae. Cod. suppl. 541. p. 129.

CCXXXXIV. 1463. 7. lipnja, u Mletcih.

Mletčani gledaju dobiti u svoje ruke Kliš, obećajuć banu obranu ostalih njegovih imanja proti svakomu osim Ugarske.

1463. 7 iunii. Ser Andree Venerio comiti Spaleti. Accepimus litteras vestras diei XXVII et penultimi maii, per quas distincte intelleximus quecumque ad nos scripsistis de novis Turchorum et Bossine, et multum diligentiam vestram commendamus; volumusque, ut per continuas vestras litteras de successu rerum illarum nos continue certificatos teneatis, non parcendo expensis nuntiorum et barcharum, modo de die in diem res illas cum veritate intelligere possimus.

Vidimus qnantum per vestras litteras ad nos scribitis de requisitione vobis facta per bannum Paulum Sperancich circa protectionem per nos accipiendam de statu suo contra Turchos et contra dominos Bossine, excepto serenissimo rege Hungarie etc. Unde vobis respondentes cum nostro consilio rogatorum denotamus, quod desiderii nostri esset habere locum Clissii in manibus nostris, si id aliquo modo cum voluntate et consensu prefati banni Pauli fieri posset aut sub nomine emptionis aut pignore, aut sub aliquo alio pretextu vel colore, modo locus ille in nostram potestatem deveniat. Et meminimus, quod alias, die videlicet 29 februarii 1461 cum nostro consilio rogatorum de re huiusmodi vobis scripsimus et libertatem certam dedimus, cuius copiam vobis mittimus presentibus introclusam; propterea volumus, ut pro prudentia vestra operam dare debeatis reintegrandi praticam predictam et deveniendi ad illius conclusionem, si fieri potest, cum modis et conditionibus, quam nunc vobis

dedimus in mandatis; et ultra alias conditiones contenti etiam sum dante nobis prefato banno Paulo locum ipsum Clissii, accipere eum p residuo status sui in protectionem contra quoscumque excepta semp corona Hungarie. Et si quid aliud deeset ad rei conclusionem, no subito scribite, et omnia necessaria declarate, quum subito vobis r pondebimus.

Si vero facta per vos omni possibili experientia ad rem huiusm bannus Paulus attendere non vellet, sumus contenti accipere illum protectionem contra quoscumque, excepta semper corona Hungarie. sumus contenti, vobisque cum nostro consilio rogatorum libertatem c cedimus accipiendi et promittendi dictam protectionem cum talibus c ditionibus et capitulis, quod nos etiam ex statu illo per huiusmodi p tectionem omnem possibilem commoditatem ad status et res nost suscipiamus, sicut per vestras litteras scribitis vos facile facturum es prudentiam et fidem vestram iamdudum novimus, de qua debitam fid ciam capientes, in libertate et arbitrio vestro relinquimus tractandi et conclusionem reducendi rem hanc, sicut statui et rebus nostris cond bilius fore intellexeritis. Et nos quanto citius quantoque diligentius po ritis advisate.

Vos insuper advisamus, quod armamus de presenti duas galeas, q subito mittemus ad partes illas, et post illas alias duas, quas in parti illis perseverare faciemus pro hortamine illorum fidelium nostrorum. parte 115.

Expedita barcha eodem die post dimissum senatum.

Eodem die. Ser Jacobus Lauredano sapiens consilii vult primum ca tulum litterarum ad comitem Spaleti excepta particula de accipien residuum status eiusdem banni in protectionem, et postea dicatur:

Si vero facta per vos omni possibili experientia bannus Paulus rem istam attendere non vellet, volumus, ut particulariter intellig curetis, pro quibus locis bannus ipse a nobis in protectionem accipi de deret, et cum quibus modis et conditionibus. Nosque de omnibus distin et particulariter per velocissimam barcham advisare debeatis, quum int tionem nostram re bene intellecta enodacius declarabimus. Interim aut sumus contenti et volumus, ut bannum ipsum teneatis in bona spe. parte 25, de non 5, non sinceri 8.

Secreta consilii rogatorum vol. XXI., u mlet. arkivu.

CCXXXXV. God. 1463. 10. lipnja, u Mletcih.

Pristaje se na njeke molbe Poljičana.

mcccclxiii. die x iunii. Venit nuper ad nostrum dominium spectab comes Stefanus Gargurich nomine nobilium de Politia supplicans, q apud alias salinas struere possint duos aut tres chavidines. Respond tur: nos esse contentos pro comoditate sua, quod eos facere poss Item nomine proprio supplicat, ut sibi concedere dignemur de provisi singulis annis libras centum parvorum, quemadmodum habent patrui fratres sui. Respondeatur: dominium nostrum non minus devotionem fidem suam caram habentes quam suprascriptorum patruum et fratr

suorum, esse contentum supplicationi sue satisfacere, et a camera nostra Spaleti singulis annis habeat libras centum de provisione sicuti habent ipsi patrui et fratres sui. Tercio et ultimo petiit nomine spectabilis comitis Pauli patrui sui, quod provisionem librarum centum, quas singulis annis a camera nostra Spaleti habet, dignemur filiis suis post mortem suam concedere. Respondeatur: quoque dominium nostrum contentum esse ei satisfacere, silicet quod post mortem suam illa provisio in filios suos deveniat, ut in solita devotione et fide sua constanter perseverent. Ad beneplacitum nostri dominii suprascripta omnia. De parte 158, de non 2, non sinceri 2.

Senato. Mar. vol. VII. c. 123., u mlet. arkivu.

CCXXXXVI. God. 1463. 13. lipnja, u Mletcih.

Upućuje se vrhovni pomorski kapetan, da je Turčin predobio Bosnu, te da pokuša, nebi li uspio u Moreji.

1463. 13 iunii. Ser Alvisio Lauredano, procuratori sancti Marci, capitaneo generali maris.[1]

Ma per che al presente semo facti certi, el Turco esser intrado nela Bossina, et tuta quella ha subiugado et prexo el suo re, et ancha forsi procedera piu oltra a i danni nostri, havendo presertim a memoria el ricordo vestro del partido de la Morea, ve dechiarimo con el nostro conseio de pregadi esser de nostra intention, che havute le presente, debie attender a questo partido, se cussi per la prudentia et virtu vostra cognoscerete esser el meglio et piu utile del stado nostro et salute de l'armada et gente nostre...

Secreta cons. rogat. lib. XXI. c. 158., u mlet. arkivu.

CCXXXXVII. God. 1463. 13. lipnja, u Mletcih.

Republika prima pod svoju obranu bana hrvatskoga Pavla Superančića.

Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus presentes litteras inspecturis notum esse volumus, quod cum magnificus Paulus Sperancich Croatie bannus etc. egregium Georgium Lechovich familiarem suum ad nostrum dominium misisset, nobisque magnificencie sue nomine infrascripta capitula porrexisset, unicuique eorum responsionem fecimus, uti inferius patet.

Et primo ad primum huius tenoris respondeatur: dominium nostrum ob affectionem, quam intelligebat magnificentiam suam ad statum nostrum habere, illam amare, verum intellecta huiusmodi nova oblatione sua, que nisi a summa devotione proficiscitur in magnificentiam suam optime dispositum esse contentum requisitioni sue satisfacere, ac eum cum filiis legitimis in aliorum nostrorum nobilium numerum suscipere.

---

[1] Hvali se, što je predobio Malvasiju i Vatiju. Obavieśćuje se o pripravi vojske, koja mu se šalje.

Ad secundum respondeatur quoque, dominium nostrum esse contentum ei satisfacere, velleque, quod subditi sui ad unamquamque terrarum et locorum nostrorum libere venire, salve ac tute cum bonis et rebus suis stare, et ad libitum suum recedere, non aliter ac cives nostri facere possunt.

Ad tercium respondeatur similiter, dominium nostrum esse contentum magnificentiam suam cum toto statu suo, quem ad presens tenet, in protectionem contra quoscumque excepto serenissimo Hungarie rege suscipere. Verum quia de rebus futuris parum aut nihil intelligi potest, de status futuri protectione aliud non videtur nobis esse respondendum.

Ad quartum respondeatur, quod fiat ut petitur, et quod res suas non aliter quam nostras proprias tractabimus faciemusque tractari.

Ad quintum respondeatur, quod postquam magnificentiam suam in protectionem cum statu suo suscepimus, eam statumque suum contra quoscumque, qui ei bellum inferrent, semper defendemus, excepta corona Hungarie, quemadmodum ut supra respondimus.

Ad sextum respondeatur, quod nullo pacto dubitet, quod venientibus nobis ad illam pacem cum Teucro aut aliis inimicis nostris, semper magnificentiam suam memorie habebimus, ac illam in contractu cuiusque pacis nominari ac includi faciemus tanquam commendatum nostrum.

Ad septimum respondeatur, dominium nostrum multum fiducie in virtute et magnanimitate magnificentie sue habere, sperareque illa mediante ac viribus et defensione nostra, quod statum suum conservabit. Verum si, quod deus avertat, casus accideret, magnificentiam suam ob devotionem et fidem suam semper commendatam habebimus, ac ei condecenter providebimus.

Ad octavum respondeatur, nos esse contentos, quantum petit, facere, ut inter dominium nostrum et magnificentiam suam sit illa unio atque concordia, que ob devotionem et fidem magnificentie sue erga dominium nostrum, nostrumque in illam amorem, merito esse debet.

Preterea acceptamus omnes alias oblationes per magnificentiam suam nobis factas, sicut constat per scripturam per suprascriptum oratorem suum nostro dominio porrectam, cuius tenor subsequitur. + 180 — 0 — 0.

Hec sunt capitula banni Pauli suprascripti.

Ban Paulo domanda dala serenissima signoria de Venexia, che sia recevuto per fiolo de s. Marcho, e per suo gentilomo e fradello del suo conseglio, çioe lui e li soi figlioli.

Item che li siano liberi cum lor persone et servidori in ogni luogo de la signoria e con lor haver, venir, star et partirse etc.

Item che la signoria gli toglia in le soe man et in suo protection zoe lor et li suoi castelli e tuto lo lor haver et lor contado, e lor servidori, e lor contado quello ano adesso, e quello haverano per avenire.

Item che la signoria non ge faza danno ne oltrazo per tempo alguno in queste cosse predicte.

Item che la signoria li defenda et non li abandoni in tute le cosse predicte, chome fradelli et amixi suo, et come suo proprie terre contra cadauna persona de questo mondo.

Item che quando la signoria fesse qualche paxe o triegna cum li Turchi over con altri inimixi suo over del ban predicto, che la signoria fazi cussi et patizi per ban Paulo e suo figluoli, chomo per se medema.

Item si per qualche disgratia achadesse, che ban Paulo perdesse la soa signoria per qualche caxon over occupation deli Turchi, che la signoria de Venexia gli faza tal provision in suo dominio, che possa mantenirse bene et condecentemente.

Item si achadesse resorzer qualche differentie fra nui e fosse al presente e non se podesse achonzar per li officiali dela signoria et del ban predicto, che alora se debiano meter bone persone da una parte e l altra, e quelle bone persone soto lor sagramento o fede debiano acconzar ogni cossa etc.

He sunt oblationes banni Pauli suprascripti:

Paulo ban de Croatia intende de dar ogni fermeza su la soa persona mediante le soe lettere alla illustrissima signoria vostra a questo modo; primo, che lui e li suo figluoli e descendenti siano sempre perpetual servidori dela signoria vostra e fioli del glorioso san Marcho, et esser in le man o protection dela signoria vestra. E questo offerisse el ban con ogni suo cordial amor e bona volunta et con tuto suo poder, offerendo la persona e le terre suo, e servidori suoi, e beni suoi presenti e che avenira.

Item prometemo ala dicta signoria, che nui volemo in ogni cossa sempre con tute le nostre forze e pertinentie far e mantenir ogni debito servicio et vera et cordial amicitia per ogni honor e utilita dela signoria predicta con tuto nostro poder, cum nostra persona e deli amici et servidori nostri contra cadaun homo del mondo, non siando palexamente contro la corona de Hungaria. E se pur achadesse per qualche tempo, che re de Hungaria volesse far qualche contrarieta ala signoria vostra over suo stado, che nuy non saremo contra la signoria de Venexia et in favor de dicto re de Hungaria, e questo specialmente per la defension de la dicta signoria me fa contra el paganesmo, la qual cossa redunda adesso in favor de dicta corona e de tuta la christianita.

Item prometemo ala predicta signoria, che mai di mo inanzi per indutta ne volunta d alchuno nuy non faremo alcuna contrarieta cum volonta nostra contra la dicta signoria ne suo stado, ne nuy ne li servidori nostri ne amici nostri ne palexemente ne secretamente.

Item prometemo ala dicta signoria, che lor e i suo servidori per ogni tempo et ad ogni modo possa venir star et habitar in le nostre terre et in le nostre parte con ogni suo haver con piena liberta e fede nostra chome in soe terre proprie.

Item prometemo ala signoria predicta, se mai fosse de bisogno a quella de la persona nostra e de li nostri servidori ali servicii de la signoria in le nostre parte over in altre parte qual se voglia, che nui sempre saremo aparechiadi ad ogni commando de la signoria predicta secondo la nostra possibilita, siando achordati condecentemente, e possando remanir in paxe el paise nostro.

Item prometemo, se alcuna volta fra nui alcuna difierentia resorzesse o fosse stada fina mo, zioche non se podesse achonzar con li nostri officiali e suoi, che se elezano boni homeni da una parte e dal altra. E quello farano e zudegerano sia fermo e ruto per una e l altra parte etc.

Secr. cons. rog. lib. XXI. c. 158., u mlet. arkivu.

CCXXXXVIII. God. 1463. 14. lipnja, u Mletcih.

Vlada mletačka obavieščuje svoga poslanika u Rimu, da je Turčin ne samo predobio Bosnu, nego uhvatio i sama kralja, te da je prodro dalje u Krbavu do blizu Senja.

1463. 14 iunii. Oratori nostro ad summum pontificem. Superioribus litteris proxime ad vos scriptis intelligere potuistis infelicia nova, que de perfidissimo hoste Turco multis modis allata sunt, per cuius ingressum in Bossinam omnes fere partes illas dominio suo subegerat. Reddimur certi, quod ante has acceperitis litteras nostras, et ea omnia ut iussimus et par est, romano pontifici nota feceritis. Postea multis modis variisque scribentium litteris certiores facti sumus, non solum regnum Bossine per hunc sevissimum crucis hostem occupatum fuisse, verum etiam ipsius regni regem captum et in miserabilem Turcorum servitutem abductum fuisse, ita ut de regno, de rege, deque tot Christi fidelibus iam actum esse certissimum dici potest. Res quippe horrenda et omni commiseratione dignissima. Frequentibus quoque litteris nuntiatum est nobis, acerrimos hostes istos pro sua insaciabili libidine dominandi penetrasse in partes Corbavie et per loca etiam comitum Segne, strages, rapinas, cedes et incendia plurima comisisse. Que omnia quantum magnifacienda sint, quantumque christiane saluti conducant, quid ultra insolentissimus hostis facile sibi spondeat, pro magnitudine rerum tacendum potius quam recensendum putamus. Quando quidem Italie hostia amodo sibi pateant, utque dudum machinatus est, in excidium eversionemque christiane religionis explere posse conetur. Hec cum tanti momenti sint, ut quammaxime deploranda veniant, utinam in tempore a christianis principibus provideantur. Volumus propterea pontifici maximo hec omnia quamprimum significari, ut santitas sua, cui imprimis ista incumbunt, ea considerare liberareque possit, et pro sua immensa sapientia et pietate occurrere, gravissimis periculis, que iam in foribus dici possunt. Nos vero, pro quanto semper in nobis erit, nec laboribus nec vite proprie parcere intendimus. Et demum nihil unquam pretermissuri sumus, quod splendorem et gloriam creatoris nostri, salutemque christiani nominis noscamus posse concernere.

Mittantur litterae pro papa, et exponat etiam omnia cardinalibus. De parte 151, de non 2, non sinceri 4.

Secr. cons. rog. lib. XXI. c. 159., u mlet. arkivu.

CCXXXXIX. God. 1463. 14. lipnja, u Mletcih.

Republika obavieščuje papu o propasti Bosne i o kraljevu zasužnjenju.

1463. 14 iunii. Summo pontifici. Sepenumero, beatissime pater, impendentibus christiane rei animadversis periculis ob superbissimi hostis Turci cupiditatem et insolentiam, ut qui finitimi rebus essemus atque plerisque coniecturis et signis de pessima eius voluntate deque apparatibus bellicis et tum maritimis tum terrestribus aliquid exploratius haberemus, apud sanctitatem vestram, supremum Christianorum principem et catholice fidei defensorem nuntiis et litteris antea, pnstremo per oratorem egimus

nostrum de provisione, que tam acerrimi hostis cogitatibus opportune opponeretur. Nunc vero, quod diu in suspicione habebatur, magna iam ex parte prorupisse in actum conspicimus. Ecce venerande crucis infestissimus inimicus, omnibus undique coactis copiis, perinde atque nemo inter christianos reliquus sit, qui eius cupiditati atque impetui vel possit vel velit occurrere, regnum Bossine est aggressus, fines cuius passim populatur incendio, ferro, cedibus cuncta devastat, incolas misere divexat atque in direptionem et predam suis satelitibus dat, potiora regni atque munitiora castella et oppida partim vi et armis partim deditione iam cepit, regem ipsum, quod sine dolore et lacrimis ne cogitari quidem animo debet, fede ac misere captum habet; quicquid superesse videtur illius regni, quod parum est, tale est, ut facillime occupari possit, ruptis iam reseratisque claustris, dissipatis regni custodibus, occupatis munitioribus oppidis, capto denique rege. Jam aditus undique ad insinuandum sese in christiane ditionis precordia hosti acerrimo patefacti sunt, nec est, quod cupiditatem eius sistat, nisi armis et vi perpropere obviam eatur. Jam hostilis exercitus, superatis regni Bossine finibus, ad littora usque Segne, id est ad hostium et fores Italie infestis armis gloriabundus irrumpere non est veritus. Hec pro magnitudine cladis ad aures usque beatitudinis vestre increbuisse non dubitamus. Nos qui hec cernimus, proprius et quorum ante occulos pene versari cuncta videntur, pro virili parte saluti rerum prospicientes, periculosum hunc rerum statum significandum imprimis beatitudini vestre delegimus, patri summo et principi omnium salvatoris et domini nostri Jesu Christi benedicti, cuius de honore et nomine agitur, indubitato in terris vicario atque ecclesie ac christiani nominis vigilantissimo defensori. Dubitare non possimus, quin magnitudo cladis et finitimi ac prope urgentis acerbitas periculi, cor piissimum santitatis vestre zelo domus dei comedat atque incendat, et ad ea provocet atque invitet, que iamdiu conceperat animo, et ventura sapienter providerat. Jam beatissime pater apparatibus, viribus, expeditione celeri et facto indigent res. Non est ovile dei, non grex vestre rectioni divinitus creditus in tanto discrimine deserendus; non lupis et truculentissimis bestiis in escam tradendus; quinimmo defendendus omnibus viribus vestre nunc admirande sapientie vestre insignis interest pietatis. Vestra requirit potissimum opera, quo rei christiane adversus crudeles barbaros, adversus furiam insevientium hostium saluberime consulatur. Nos pro virili parte beatitudo vestra nunquam deerimus. Vestra auspicia, vestram auctoritatem sequimur, exercebimus vires, exponemus opes, sanguini et vite ipsi, si opus fuerit, maiorum nostrorum sequentes vestigia, dignitatis et debiti non immemores nostri, nequaquam parcemus pro dei omnipotentis honore et laude et sanctissime fidei defensione. De parte 151, de non 2, non sinceri 4.

Secreta cons. rog. lib. XXI. c. 159. r., u mlet. arkivu.

CCL. God. 1463. 14. lipnja, u Mletcih.

Nalaže se kapetanu kulfa, neka sa galijami zaštiti dalmatinske gradove u slučaju, da bi Turčin, predobivši Bosnu, ondje nasrnuo.

1463. die XIIII iunii. Sapientes consilii, sapientes terre firme, sapientes ordinum. Ser Antonio Baxadona supracomito culfi. Per i advisi, che nui havemo de le parte de Dalmatia, molto se dubita, che Turchi, i quali hano subiugado el re de Bossina et occupato quel regno, siano per venir in Dalmatia ai danni de quella provintia nostra. E pero nui volemo et cum el nostro conseio de pregadi ve commandemo, che havuto conferimento con quelli rectori nostri presertim con el conte et capitanio nostro de Scutari, se in quelle parte vuy non intendesti esser Turchi, o pericolo alcuno per lo presente, debiate venir con ogni celerita per i luogi nostri de Spalato, Trau, Sibenico et Zara, et zonzandovi con le altre galie nostre, che li troverete, attendete ala bona guardia e segurta de quelle citta e luogi nostri iuxta la forma dele comission e mandato dato per nui ale predete altre galee nostre, fazando la capitaneria e septimana overo a zornata chome in dicta commission se contien. De parte 175, de non 1, non sinceri 1.

Secr. cons. rogat. lib. XXI. c. 159., u mlet. arkivu.

CCLI. God. 1463. 17. lipnja, u Mletcih.

Opet se republika zahvaljuje gradskomu vieću u Šibeniku, što se obvezuju braniti grad proti Turčinu.

Responsio ducalis dominii data consilio Sicensi contra Turcas in bello. Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Egregii fideles nostri. Ex litteris tum comitis nostri, tum ex iis, quas peculiariter ad nos dedistis, ac item ex sermone prudentis concivis vestri Nicolai Tavilich admirati isthinc nostri intelleximus, qua promptitudine et allacritate animi parati estis, si casus foret, adversus impetum ipsorum Turcorum deffendere et propugnare istam nostram urbem, ac constantissime fidei vestre testimonium exhibere; enimvero et si nunquam nobis dubium fuit, quin eadem constantia et virtute prediti estis, quippe qui inter ceteras imperii nostri civitates fidelissimi et constantissimi continenter extitistis, tamen pergratum nobis fuit hoc ipsum iis presertim temporibus litteris ac nuntiis vestris cognovisse, comendamusque provide vos et probamus summopere, nec est cur vereamini dubitetis, ne de fedissimis barbaris, crucis ac fidei nostre spurcissimis inimicis, nunquam deerimus saluti et conservationi vestre et ceterarum Dalmatie urbium; iamque ad primum nuntium cladis bossinensis solliciti, securitatis istius provincie opportune et salutariter prozspeximus omnibus vobis, et vestigio triremes emisimus et armatas barcas, qui circument et preunt ore Dalmatie, bonum numerum balestrariorum et ad trecentos sclopitarios dimisimus, qui in presidium istarum urbium dispartiantur, municiones et cuiuscumque generis armas, ut abunde habeatis, providimus, in diemque providebimus, nec cessabimus omnia moliri et facere, quod ad tutelam et conservationem istarum nostrarum urbium pertineant. Strate igitur securo et forti animo,

nullus vos pavor subeat, nullius rei vos cura et solicitudo subeat, quoniam ut quo proposito et studio ante ac nostre istius urbis defendende et conservande fuistis perpetuo persevereas (sic); nos vero ad cetera quam opportune et salutariter providimus, bone sperantes facit, cum vestra fides tum rectoris nostri diligentia et cura, quippe qui, ut ex relatione dicti Nicolai ac ex litteris eius didicimus, multa prudenter effecit, et in dies magis facere non cessat ad conservationem et custodiam istius nostre urbis.

Data in nostro ducali palatio die XVII iunii, indictione XI. MCDLXIII.

Diplom. siben. in bibliotheca palatina Viennae. Cod. suppl. 541. p. 130.

CCLII. God. 1463. 17. lipnja, u Mletcih.

Poslanikom dubrovačkim dozvoljeno, da si pribave u Mletcih oružnika, oružja itd. te jim se obećaje svaka pripomoć u slučaju pogibelji.

1463. die XVII iunii. Sapientes consilii: Ser Orsatus Justiniano miles, ser Paulus Bernardo, ser Jacobus Lauredano, ser Victor Capello; sapientes terre firme: ser Paulus Mauroceno, ser Hierolimus Baduario, ser Candianus Bollani.

Quod oratoribus raguseis, qui venerunt ad nostram presentiam, et ex iminentibus periculis Turcorum petierunt homines viginti aptos ad reparia et ad defensionem civitatis sue, ac arma et munitiones. Rogaruntque nos, ut concedamus eis tractam frumenti de partibus Albanie pro istis necessitatibus suis, petentes in his eorum periculis consilium nostrum etc. sicut huic consilio relatum est, respondeatur:

Quod diligentes civitatem suam, ac magnopere cupientes, quod in omnem eventum contra perfidissimum hostem Turcum statum suum tueantur, sumus bene contenti de hominibus, quos petunt, eis complacere, et quod ad libitum eos accipere possint. Hoc idem dicimus de armis et munitionibus, quas habere et accipere possunt in hac civitate nostra, de quibus ex nunc eis bonam licentiam concedimus.

Ad partem frumenti respondemus, quod, ut non dubitamus eos optime intelligere, terre et loca nostra Dalmatie sunt ad presens ad eam ipsam conditionem, ad quam est civitas sua Ragusii. Et licet habere nos oporteat in hac re bonum respectum et ob hanc urbem nostram et propter classem nostram, quam allere habemus, tamen certificamus eos, quod disponimus habere eos non minus caros quam propria loca nostra. Et iuxta oportunitatem libenter providebimus eis, sicut faceremus terris et locis nostris. Et si urgens necessitas ipsis occurreret, sint ex nunc certissimi, quod cum effectu satisfaciemus ipsis de ea quantitate frumenti, que possibilis erit nobis.

Circa consilium, quod petunt, dicimus, quod cognoscimus eos prudentes, et non dubitamus, quod tamquam veri Christi fideles pro virtute sua in omnem casum contra hostem crucis viriliter se defendent. Et ita, licet non sit opus, hortamur eos. Nosque etiam, quod bonum statum et conservationem suam optamus, occurrente casu sicut requisiti erimus, in omnibus salutem suam concernentibus reperiemus semper optima mente dispositi, quemadmodum et tenemus firmiter in omnem eventum ipsos erga nos esse facturos. De parte 42.

Ser Hieronymus Barbadico sapiens consilii, ser Simeon Georgio sapiens terre, ser Nicolaus de cha da Pesaro sapiens ordinum. Volunt partem aliorum sapientum, usque ad ultimum consilii, cuius loco dicatur ut infra:

Circa consilium dicimus, quod quamquam cognoscamus pro multa prudentia sua eos optime intelligere proximum periculum istius comunis hostis sui et nostri, et propterea omni studio providendum esse, tamen pro nostra in eos benivolentia et pro comuni bono dicimus, si ita eis videbitur, quod invicem nos intelligere haberemus, offerimus nos ad omnia possibilia pro conservatione status et libertatis sue. Si vero alius modus invicem servandus etiam videretur, eos semper libenter intelligemus. De parte 112, de non 11, non sinceri 11.

Secreta consilii rogatorum lib. XXI. c. 160., u mlet. arkivu.

CCLIII. God. 1463. 19. lipnja, u Baru.

Tarantski princ Ivan Antun daje Dubrovčanom one slobodštine, koje su uživali tada Mletčani u njegovih krajevih.

Joannes Antonius princeps Tarenti, comes Licy, magnus commestabilis regni Sicilie etc. dicit Raguseos, nostros veteres amicos „et ideo pollicemus eisdem omnes illas immunitates, franchicias, exemptiones et gracias pro mercimoniis suis, quas habent in dictione nostra Veneti, et illustrissime dominationis Venetorum subditi".

Datas in castello nostro Bari xviiii iunii xi. indictionis millesimo cccc sexagesimo tercio.

Originale cartacceum in duplo in archivio secreto Viennae.

CCLIV. God. 1463. 23. lipnja, u Mletcih.

Odgovara se na molbe iznova podnesene od poslanika dubrovačkih.

mcccclxiii. die xxiii iunii. Quod oratoribus Raguseis, qui post responsum eis datum iuxta deliberationem huius consilii redierunt ad nos, petentes habere posse pro pecuniis suis ex terris nostris Dalmatie de hominibus et subditis nostris, quoniam ex his, que eis allata sunt, dubitant valde, quod Turchi non vadant contra Ragusium; petierunt quoque favores galearum nostrarum; tertio nos rogarunt de tracta frumenti eis concedenda de partibus Albanie, quoniam si haberent expectare adventum Turcorum contra eos, tunc tarde eis de frumento subveniri posset; quarto et ultimo petierunt per nos provideri pro damno eis illato per rectorem Budue et pro sale et navigio ab eis accepto et cetera, respondeatur:

Et primo, circa factum hominum et subditorum nostrorum Dalmatie, quos petunt, et circa galeas nostras mittendas ad favores suos, casu quo Turci irent contra Ragusium, respondemus, quod sicut eis diximus anteactis diebus, libenter optamus in cunctis posse eis complacere. Et pro quanto pertinet ad homines nostros Dalmatie, dicimus. quod, ut norunt, loca illa nostra satis inmunita et vacua sunt hominibus ad tuitionem eorum, etiam propter galeas, quas in terris illis nostris armavimus et misimus ad classem nostram, propter quod fuit et est nobis necessarium mittere gentes et alia presidia ad partes illas, ut ab imminentibus peri-

culis communis hostis conservari possint. Unde non videmus, quo modo in hoc eis satisfacere possimus; de galeis vero nostris sumus bene contenti pro nostra in eos optima dispositione eis complacere.

Sed quia, ut bene pro sua prudentia intelligere possunt, res ista multum importat, quoniam producere nobis habet apertum bellum cum Turco, cumque pericula ista eis et nobis communia esse debeant, dicimus, videri nobis iustum et honestum, quod ipsi etiam decentes favores suos contribuere nobis debeant.

Ad partem frumenti dicimus, quod, ut norunt, necessarium nobis est allere hanc urbem nostram ac classem ef terras nostras a parte maris; quo fit, ut cum intellexerimus in partibus Sicilie et Calabrie de frumentis in copia haberi posse, iam provisionem fecerimus habendi de ipsis frumentis; et ita hortamur eos, quod facere velint; et nihilominus quia ob affectionem, quam gerimus eis, libenter nitimur eis satisfacere, contenti sumus, quod de partibus Albanie nobis non subditis extrahere possint et per viam Dyrachii conducere Ragusium staria quinque milia frumenti.

Circa damnum illatum per rectorem Budue et circa salem et navigium suum retentum, respondemus, quod si per nostros quicquid minus quam debite actum est contra suos, id nobis displicet vehementer, preterque intentionem nostram procedit; et dabimus quamprimum operam utramque rem bene intelligere, sintque certissimi, quod nulla ex parte eis deficiemus ab his, que iusticiam et honestatem concernant. De parte 149, de non 8, non sinceri 3.

Sec. cons. rog. XXI. c. 161., u mlet. arkivu.

CCLV. God. 1463. 25. lipnja, u Mletcih.

Republika piše svomu poslaniku u Rimu, neka nastoji, da joj papa dopita crkvenu desetinu za potrebe rata s Turci, i neka papa pomiri kršćanske vladare i sve sdruži na obranu kršćanstva proti Turčinu.

1463. 25 iunii. Ser Bernardo Justiniano militi, oratori nostro apud summum pontificem. Superioribus litteris scripsisse vobis recolimus miserabiles depopulationes, rapinas, strages, quas sevissimus nominis Christi hostis miserimo regno illo Bossine intulit, insuperque regem eius ab eodem proditorie captum, in miserabili servitute detentum esse. Nunc vero, ut per litteras ex Dalmatia habitas certiores facti sumus, idem ipse truculentissimus hostis, nomen Christi simul cum dei populo perdere festinans, aggressus est Crovatiam et partes regni Bossine inferiores, iam iamque in faucibus Italie omnia cede atque sanguine oplens, oppida, castella, urbes atque munitissimas arces vi et armis expugnare contendit; et quoniam victoria una alterius est initium, et accessione virium quotidie in maius excrescit, horribiliaque magis, magisque feda populo dei et minatur et infert, nos honoris et glorie dei et Jesu Christi salvatoris nostri haud immemores, insuper et salutis nostre atque ecclesie sancte maiorum nostrorum vestigiis inherentes, quamvis tantum oneris nos solos sustinere posse non iudicamus, decrevimus tamen auctore deo statum nostrum defendere, et insolentiam atque vires tam acerrimi hostis quoad possumus

255

neque copiis ullis aut exercitibus aut classi ulli nostre aut vite parcere. Quamobrem ut hec agere non solum pro nostra iorum Christi fidelium salute possimus quousque per summum et alios christianos principes validioribus remediis atque viribus r, volumus atque vobis cum nostro rogatorum consilio mandamus, captato tempore, sanctitatem pontificem maximum adeatis, et his expositis, atque ut de diligentia atque prudentia vestra confidimus diligentius enarratis, quibus precibus et modis convenientibus poteritis, impetrare curate, ut exactionem decimarum xx mar. et xxx mar. ac indulgentiarum ab omnibus nostre ditioni suppositis auctoritate apostolica exigendarum nobis concedere atque largiri dignetur. Nam nobis ipsis atque universe huic civitati nostre easdem decimas et alias diversas gravedines et contributiones annuales imposuimus. Insuper sic exigente horum temporum conditione et totius ecclesie dei salute exposcente, ut sanctitas sua supremus christianorum omnium princeps et caput animare dignetur singulos tum Italie tum totius christiani orbis principes, reges, communitates, denique omnes, ut pretermissis odiis atque intestinis discordiis, iam rescipiscere velint, atque tante omnium cladi succurrere imperareque, ut arma capiant, exercitus classesque expediant, et tanto hosti, tam crudeli tamque truculento in faucibus Italie omnia igne ferroque vastanti potentiori manu otius occurrant. Et si aliud non possunt, at saltem populum dei ab miserabili servitute ruinaque defendant.

Pro optinenda vero huiusmodi intentione nostra, si ita opus fore intellexeritis, volumus, ut, uti debeatis, favore et ope illorum ex reverendissimis dominis cardinalibus, qui vobis visi fuerint, posse conferre.

De parte 150, de non 0, non sinceri 2.

Secr. cons. rogat. lib. XXI. c. 162., u mlet. arkivu.

CCLVI. God. 1463. 25. lipnja, u Mletcih.

Nalaže se knezu spljetskomu, neka dade izdubsti oko grada što veće jame.

1463. die xxv iunii. Sapientes consilii, sapientes terre et sapientes ordinum. Nulli dubium esse debet, quod civitas nostra Spaleti tam ratione situs quam respectu murorum debilior est ceteris terris nostris Dalmatie, et ob importantiam suam ad honorem et statum nostrum faciat pro nostro dominio omni studio attendere ad fortificationem suam; propterea vadit pars:

Quod auctoritate istius consilii mandetur comiti nostro Spaleti, quod quamprimum intelliget, exercitum Turcorum ab illis partibus recessisse, sicut iam eum fecisse scribit, pro quanto fare potuit, attendere debeat, ac omni eius studio operam dare, quod fovee illius civitatis nostre de novo fiant et caventur quo magis late et profunde fieri poterit, habito parere illorum intelligentium, qui sibi videbuntur, circa hoc; quod onus compartiri et fieri facere debeat per illos subditos nostros tam de intus quam de extra communiter, sicut melius et convenientius facere posse videbit. De parte 175, de non 0, non sinceri 0.

Secreta cons. rogat. lib. XXI. c. 161. r., u mlet. arkivu.

CCLVII. God. 1463. 28. lipnja, u Mletcih.

Uslied molbe poslanika dubrovačkih mlet. vieće daje zapovied zapoviednikom svojih galija, da, kad bi Turci udarili na Dubrovnik, priskoče mu u pomoć.

1463. 28 iunii. — Redierunt ad nos oratores Ragusei, asserentes, quod cum bona et grata licentia nostra repatriare intendebant; cumque dubitarent plurimum de adventu exercitus Turcorum contra Ragusium, rogabant nos instanter, quod mandaremus supracomitis galearum nostrarum in partibus Dalmatie existentibus, quod casu quo exercitus ipse Turcorum se conferret ad expugnationem Ragusii, cum galeis eis commissis ad favores suos accederent, si fuerint requisiti. Et conservatio illius civitatis tantum statui nostro importet, quantum facile intelligitur, propterea vadit pars: quod iuxta dictam requisitionem complaceatur Raguseis, et circa hunc effectum scribatur prefatis supracomitis nostris, quod adveniente casu facere debeant. + 161 — 5 — 3.

Secreta cons. rog. lib. XXI. c. 163., u mlet. arkivu.

CCLVIII. God. 1463. 28. lipnja, u Mletcih.

Upućuje se poslanik u Rimu, neka radi o tom, da papa obnovi mir u Italiji, i pozove francezkog kralja i burgundskog vojvodu proti obćemu neprijatelju.

MCCCCLXIII. die XXVIII iunii. Quod scribatur oratori nostro ad summum pontificem in hac forma: Per altre nostre questi zorni ve significhassemo el lacrymoso caxo del re et regno de Bossina miserabelmente occupado et preso dal Turco, et non solo quel regno alienado da fideli, ma le forze de quello accresude ala potentia del commun inimigo de la religion christiana; et de questo similiter ne scrivessemo a la santita del papa, et mandassemo la copia ne le vostre inserta; et considerado la instantissima necessita de gli pericoli christiani, quali, indusiandosse i soccorsi, se fano continue piui irremediabili, et ricordandose quello ne i di passati ne significasti, videlicet, la sanctita del papa haver dito, che hora chel re de Franza era facto libero dale suo guerre, facilmente el poria esser inducto al soccorso de le cosse christiane, se per i principi de Italia a cussi facta opera, a loro et a luy tanto gloriosa, el fosse provocado, zudegemo a questi cussi gravi e miserabil pericoli de fedeli nisuna cossa poder più conferir ne più presto socorer, cha questo suo sancto e divin proposito, e necessario ne i tempi presenti, perche non solo com lo exempio de i signor de Italia la santita sua condura quel christianissimo re, el serenissimo ducha de Borgogna al socorso et remedio de le cosse christiane cum eterna gloria de la soa beatitudine, ma necessario la divertira ogni suo pensier da le cosse de Italia, quando el se vedera chiamado da i signori italiani a cussi sancta opera e tanto gloriosa ala sua maesta, non con persuasion de parole, ma cum ferma disposition de prestar degni soccorsi, al honor et dignita del qual re non convigneria per forma alcuna recusar, perche recusando, el saria caxon de ogni ruina de christiani, et consentando, con el suo exempio l'havera indur tuti i

principi e signor fideli a far el simile per salude de la santissima religion christiana.

De parte 148, de non 1, non sinceri 0.

Secr. cons. rogat. XXI. c. 163. retro, u mlet. arkivu.

CCLIX. God. 1463. 28. lipnja, u Mletcih.

Mletčani bodre i portugalskoga kralja, da ustane proti Turčinu.

mccccLxiii. die xxviii iunii. Serenissimo regi Portugalie. Scimus, serenissime princeps, et multis preteritarum rerum documentis exploratissimum nobis est, quanto semper studio et ardentissimo desiderio vestra maiestas excellentissimorum progenitorum suorum gloriosa vestigia adversus barbaros perfidos crucis hostes multa nedum preclara verum etiam eterna memoria digna confecerit; neque est apud nos dubium, serenitatem vestram, quemadmodum catolicum principem decet, in eo ipso optimo sanctoque proposito persistere velle, et pro Christi salvatoris nostra gloria proque salute christiane religionis nihil omissuram esse. Hac itaque ratione ducti fretique ea veteri affectione et maxima benivolentia, qua nos nostrosque omnes regia vestra maiestas semper prosecuta est, que pericula Christi fidelibus immineant, quod calamitates et clades expectande veniant, nisi huic morbo pestifero occurratur, serenitati vestre nuntiandum duximus. Exercuit in tantam insolentiam tantamque dominandi libidinem immanisimus hostis Turcus, ut totus pene orbis eum non capere videatur; postquam enim proximis annis istis quamplura imperia, regna et provintias armis suis coactas in miserabilem servitutem deplorandamque tyrrannidem compulit, suis principibus et regibus partim extinctis partim fugatis; quibus in rebus quot christianorum strages, cedes, rapine, aliaque execranda flagitia commissa fuerint, animus quippe meminisse horret. His non contentus cladibus truculentissimus hostis manu potenti regnum bossinensem novissime aggressus est; et usque quaque discurrens, cuncta vastavit dirripueritque et militibus suis in predam concessit, incendio, ruinis ferroque regnum occupatum habet, regemque ipsum, quod sine dolore ingenti preterire non possumus, captivum tenet, ita ut de regno, de rege deque tot Christi fidelibus iam actum esse certissimum dici potest; hec omnia quantum magnifacienda sint, quantum christiane saluti conducant; quid ultra sevissimus hostis facile sibi spondeat, pro magnitudine rerum quisque existimare potest; quandoquidem nisi deus misericors rebus christianis assistat, nisi principes catolici et potentatus amodo excitentur, gravissima et pene irreparabilia mala in eversionem christiani nominis expectanda sint. Nos, qui tantas calamitates quoad vires patiantur nostre, amplius tollerandas esse periculosissimum arbitramur, inter alios christianos principes hec presertim serenitati vestre patefacienda duximus; cui notum esse volumus, quod nec opibus nec sanguini nec vite proprie in hac sancta expeditione parcere nobis est animus, iamque paravimus et habemus instructas in mari xl triremes et alia pleraque presidia, ut pro quanto in nobis est, effrenatos impetus potentissimi hostis contineamus; propterea hortari et orare ex animo volumus regiam serenitatem vestram, cui certo scimus res fidei christianorumque salutem pie et catolice cure esse, ut cum ad ulciscendam iniuriam ad propulsandam et

reprimendam audaciam comunis hostis superbissimi barbari, maximis viribus et longe amplioribus nostris sit opus in honorem et laudem redemptoris nostri perpetuamque famam et gloriam maiestatis vestre tam iusta tamque necessaria arma sumere libeat; nos enim et classi serenitatis vestre et bellatoribus eius usum eorum, et quicquid favoris et commodi impendi poterit, libenti animo pollicemur. De parte 170, de non 0, non sinceri 1.

Secr. cons. rogat. vol. XXI. c. 164., u mlet. arkivu.

CCLX. God. 1463. 29. lipnja, u Mletcih.

Mletačka republika nudi kralju ugarskomu savez proti Turčinu.

1463. 29 iunii. — Ser Joanni Aymo oratori nostro ad serenissimum regem Hungarie. „Venerunt ad nos oratores serenissimi regis, commemorantes gravissima pericula eiusdem regni, ac petentes favores nostros.“ Postquam rex firmiter deliberavit, sicut vobis dixit, ire contra Turcas, vobis notificamus: „quod ex nunc bene contenti sumus intelligere nos cum magestate sua, devenireque ad apertum bellum cum hoste isto ex parte maris cum triremibus quadraginta, quas habemus instructas“ et cum aliis viribus nostris de terra, sed quod ipse ponat omnes suas vires per terram. Si idem serenissimus rex contentus erit et conformabitur cum hac conditione nostra, sumus contenti et volumus, quod in dei nomine concludatis. Ideoque mittimus vobis presentibus implicitum sindicatum et mandatum nostrum in optima forma confectum possendi nostro nomine promittere et stipulare contractum. De parte 160, de non 4, non sinceri 6.

Secr. cons. rog. lib. XXI. c. 164. r., u mlet. arkivu.

CCLXI. God. 1463. 1. srpnja, u Mletcih.

Nalaže se zapovjednikom galija, da se približe Dubrovniku i Kotoru, pošto se glasa, da se Turci kreću prama onim stranam.

1463. 1 iulii. — Captum fuit superioribus diebus in hoc consilio pariter et mandatum supracomitis nostris, quod si Turcus adversus Ragusium proficisceret, ad omnem requisitionem illius regiminis eo cum galeis sibi commissis ire deberent pro solamine et presidio civitatis ipsius. Et quia tum fama tum litteris rectorum nostrorum sentitur, Turchum ipsum ad oppugnationem ipsius civitatis tendere, vadit pars, quod supracomitis ips m andetur, ut versus civitatem ipsam Ragusii ire debeant, et Catarum e alias civitates et loca nostra Albanie, ubi periculum esse sentirent iuxta progressus Turci ipsius et nostri dominii ac suum honorem facere pro defensione et conservatione civitatum et locorum ipsorum, quemadmodum de fide et virtute sua confidimus. Comes Lesnae iungat suam galiam cum aliis.

Secr. cons. rog. lib. XXI. c. 164., u mlet. arhivu.

CCLXII. God. 1463. 7. srpnja, u Mletcih.

Vieće mletačko nalaže svojim zapoviednikom u Zadru, da povrate vlastniku uzapćeni brod.

Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Nobilibus et sapientibus viris Ludovico Duodo de suo mandato comiti et Donato Barbaro capitaneo Jadre, fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Scripsimus vobis per plures literas nostras intentionem nostram circa restitutionem navigii et mercationum ceterarumque rerum ablatarum Tobiae de Albicis cive anconitano. Et ultimate die xxx. iunii illud idem replicantes meminimus in literis ipsis scriptum esse, quod audiveramus virum nobilem Petrum Barbaro, sed dici voluit fuisse auditum virum nobilem Philippum Boldu, camerarium illius civitatis nostre. Postea vero coram dominio nostro comparens idem Tobias, exposuit nondum habuisse neque navigium neque cetera bona sua, quod credimus procesisse, quum responsionem nostram ad literas vestras super materia illa expectabatis. Neque dubitamus pro fide et obedientia vestra vos esse obedituros. Nil minus istas etiam scribere non ab re iudicamus, mandantes vobis, quod restitutionem supradictam subito fieri faciatis, et navigium, quod audimus, castellanum illum nostrum velle mittere ad partes Aprutii, volumus esse primam rem, quam restituere habeatis, satis namque superque est, quod bis navigium illud navigare fecit cum suo emolumento. Gratissimum nobis erit, cum intellexerimus, Tobiam supradictum a vobis fuisse ex voto expeditum. Denarios vero, quos distribuistis, per omnem modum dicto Tobie restitui faciatis.

Datum in nostro ducali palacio die VII. iulii, indictione XI. MCCCCLXIII.

Ex originali, u mlet. arkivu.

CCLXIII. God. 1463. 25. srpnja, u Mletcih.

Mletčani, u odgovor papinskomu poklisaru, htjeli bi, da se papa postavi na čelo poduzeća proti Turčinu.

1463. die XXV. iulii. Respondeatur ambasciatori papali cardinali Niceano, qui offert nomine papae omne auxilium contra Turcas, quod post captionem Constantinopolis semper magis se extendunt; quod ab eo tempore respublica continue se reperit in bello cum ipsis, et „nulli dubium est, quod nisi fuissent hoc anno oblationes et effectuales provisiones galearum, balistarum, sclopeteriorum, munitionum, victualium factarum, non solum provintie nostre Dalmatie, sed civitati Ragusii, banato Crovatie, comitatibus Corbavie, Citine et Segne, Turchus multo penitius in viscera christianorum ingressus, vicinior factus esset portis et traiecto Italie, inter quam Italiam et ampliatam potentiam suam imediate amodo interpositus est solus status et classis cetereque vires nostre tanquam murus et obex etc.

Respublica est semper parata ad ineundum bellum generale contra Turcum. Papa ad pacem Italiam reducat et sit moderator totius rei. De parte 133, de non 1, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum lib. XXI. c. 169., u mlet. arkivu.

CCLXIV. God. 1463. 1. kolovoza, u Mletcih.

Primljeno u vieću, da se odpravi poslanik hrcegu Stjepanu, njegovu sinu Ladislavu, Skendrbegu i okolostojećim gospodarom, da se obaviesti o njihovom stanju, i da jih umiri i složi.

1463. 1 augusti. „Faciat pro rebus nostris intelligere cum veritate conditiones statuum et rerum tam ducis Stefani et filii sui Ladislai, quam etiam Scanderbegi et dominorum circumstantium et domesticis suis, ac inter eos dissensionibus adhibere omne possibile remedium, propterea vadit pars, quod ad prefatos dominos mitti debeat unus nobilis orator noster etc. + 161 — 4 — 0.

Senato Mar. vol. VII., u mlet. arkivu.

CCLXV. God. 1463. 10. kolovoza, u Mletcih.

Odredjuje se, da knez zadarski, koj se izabrati ima, otide za mjesec dana.

1463. die x augusti. Ser Marcus Geno miles, ser Alexander Marcello, ser Triadanus Gritti, ser Nicolaus Truno consiliarii; ser Marcus Venerio, ser Marcus Cornario, capita L cons. Quod comes Jadre eligendus teneatur respondere infra tertiam diem, et recedere infra unum mensem sub pena ducatorum quingentorum, et sub eadem pena non possit sibi dictus terminus elongari. De parte 784, de non 9, non sinceri 10.

Maius consilium. Regina c. 45. r., u mlet. arkivu.

CCLXVI. God. 1463. 12. kolovoza, u Mletcih.

Bosanski plemići mole mletačko vieće, da jih vodi na predobiće Bosne, a da neće drugoga gospodara osim njega.

1463. 12 augusti. Quod nobilibus bosinensibus, qui ad nostri dominii presentiam se contulerunt, subsidium nostrum pro reaquirendo regno Bosine implorantes, illudque tam suo quam aliorum nobilium nomine offerentes, cum dicant, et eos nobiles et omnes incolas regni ipsius nullum alium dominium velle nisi nostrum dominium; et si non admitterentur, subigent se ditioni Turcorum; commemorantes, quod oratorem nostrum ad illustrem ducem Stephanum sancti Save et alios dominos partium illarum mittere velimus.

Respondeatur: nos iuxta recordamenta sua deliberasse, oratorem nostrum ad ipsum illustrem ducham Stephanum et alios dominos partium ipsarum mittere pro intelligenda intentione eorum, et ad hortandos inducendosque eos, ut huic expeditioni favores suos impendere velint, cui nos a latere nostro minime deerimus, sed quidquid nobis possibile fuerit, faciemus pro reverentia omnipotentis Dei et conservatione catholice fidei. + 134 — 1 — 5.

Secreta cons. rogat. lib. XXI. c. 175., u mlet. arkivu.

CCLXVII. God. 1463. 14. kolovoza, u Mletcih.

Republika po svom poslaniku čestita kralju ugarskomu, što se pomirio sa carem, i obaviešćuje ga, da je već pripravna naviestiti rat Turčinu, te bodri kralja, da odlučno udari na obćeg dušmanina.

MCCCCLXIII. die XIIII augusti. Ser Joanni Aimo militi oratori nostro ad serenissimum regem Hungarie. Volumus, quod his habitis adeatis presentiam istius serenissimi regis, cui nomine nostro dicetis, quod nuper multis modis ad notitiam nostram pervenit, maiestatem suam cum serenissimo imperatore ad bonum concordium et diligentiam devenisse, habuisseque coronam regni, de quo profecto singulare gaudium immensamque letitiam assecuti sumus, cum enim serenitatem suam sincerissime diligamus, omnisque eius honoris et glorie magnopere cupidi simus, nihil est, quod comoda et sublimationem suam concernere possit, quod non sit nobis ita gratum, ita periocundum, sicut in nos ipsos collatum esset. Habuimus proximis diebus litteras vestras datas XVIII et XVIIII iulii prope decursi, quibus inter alia novimus responsum vobis datum per serenissimum regem in facto intelligentie secum habende, pro qua diebus superioribus ad vos scripseramus, videlicet quod maiestas sua contenta esset ad ipsam intelligentiam devenire, dummodo per nos sibi exhiberentur favores contra Turcum. Et respondentes cum nostro consilio rogatorum dicimus, esse mentis nostre, quod captato tempore sitis cum serenitate sua, dicendo sibi, quod credimus non opus ei aliter patefacere quantum maiestati sue affecti sumus, optamusque omnem eius splendorem et amplitudinem sui status. Superfluum quoque esse commemorare, quantum serenitas sua suique progenitores ac regnum istud semper christianissimi fuerint, et contra hostem fidei nihil unquam de possibilibus pretermiserunt, contra quem perfidissimum hostem si unquam tempus fuit, ut christianorum vires excitarentur, id certe impresentiarum est, attentis maximis successibus suis tam in Bossina quam alibi, in grave manifestumque periculum cristianitatis. Nos ista considerantes, quamquam dudum a parte maris tenuiremus classem nostram, ut efrenatos impetus suos ex illa parte contineremus non sine gravi nostra impensa deliberavimus tamen in honorem summi creatoris nostri, de cuius causa agitur, ultra triremes quadraginta, quas misimus ad partes Amoree, mittere etiam de gentibus armigeris et peditibus nostris italicis in bono numero, que ad partes illas iam applicuisse debent, ita ut cum hominibus triremium nostrarum, et aliis viribus, quas ex terris nostris colligere statuimus, habituri simus contra hunc hostem ultra XXX mille bellatores, decrevimus secum ad apertum bellum devenire, et nihil ommittere pro exterminio suo. Vereque dicere possumus ingressos nos esse expensis VI centum millium ducatorum in anno. Notum preterea facietis serenitati sue pontificem maximum omnino decrevisse rei Italie paccare vel per pacem vel per longas treuguas, et agere cunctis viribus contra hostem, et ad ipsum etiam excitare et movere potentias Italie. Ad hanc usque diem oratores illustris domini ducis Burgundie missi ob hanc solam causam ad romanum pontificem applicuisse debent pro concludendis his rebus, in quibus dux ipse tantum incensus est, quantum magis dici posset; scimusque oratores ipsos his diebus attigisse Florentiam. Misit ad nos

pontifex maximus reverendissimum dominum cardinalem Nicentinum legatum ob hanc unicam causam fidei, ut quecumque gerenda sunt, expediantur, silicet id apud nos non opus erat, quandoquidem, ut diximus, iam rumpere instituiremus contra hostem. Adhibetur quoque opera omnis nostra, ut dux Stephanus, dominus Scanderbegus et alii domini finitimi agant contra sevissimum hostem tam versus partes Bossine quam alibi, ut undique propulsari possit: in qua re etiam cum gentibus et viribus nostris, quas habemus proximas illis partibus, nihil de possibilibus ommissuri sumus. Hec omnia cum ita sint, regie serenitati significare voluimus, ut iam tandem intelligat, quod per dei clementiam omnia disponuntur, nosque iam actualiter facimus contra perfidissimum hostem. Superest, quod etsi certissimi simus, maiestatem suam magno et forti animo ad hoc sanctum opus processuram esse, tantoque magis, quanto cum imperatoria maiestate ad bonam concordiam et intelligentiam devenit, tamen pro magnitudine desiderii nostri hortemur et rogamus eam, ut ex parte sua pro vetusto more progenitorum suorum magnanime agere velit contra comunem hostem, quoniam dubitari non debet, quod a diversis partibus propulsatus cogetur per diversa loca divertere vires suas, et per consequens in divina bonitate sperandum, quod exterminabitur ex Europa. Cum his autem et aliis bonis et pertinentibus verbis studebitis inducere et animare serenitatem suam ad prosequendam impresiam.

Verum si forte requiretur per maiestatem suam favor noster, volumus, quod ut diximus modestis et humanis verbis commemoretis gravissimas impensas nostras, quas in hoc bello cum Turco habemus habiturique sumus, et quod terra marique isti videntur nobis maiores favores, qui regie maiestati sue conferri possent.

Preterea quia, sicut ex superioribus vestris litteris intelleximus, velletis habere facultatem a nobis possendi expendere alios quatuor ducatos in die ultra illos, qui per electionem vestram vobis concessi sunt, declaramus vobis, quod non est nostre intentionis nec volumus, quod expendere possitis nisi id, quod per electionem vestram et per leges nostras vobis statutum est. De parte 150, de non 0, non sinceri 1.

Secreta cons. rogat. vol. XXI. c. 177., u mlet. arkivu.

CCLXVIII. God. 1463. 20. kolovoza, u Mletcih.

Odgovor poslanikom Trsta napadnuta od Mletčana.

MCCCCLXIII. die XX augusti. Quod oratoribus tergestinis, qui nuper redierunt ad nos referrentes ea, que huic consilio explicata sunt, respondeatur: quod post novitates contra nos et subditos nostros per eos illatas, ut bene considerare possunt, quanto honestius et patientius cum eis nos habuimus, tanto insolentius et arrogantius contra nos et nostros continue se gesserunt. Hinc itaque factum est, quod iam tandem provocati et lacessiti tot eorum iniuriis, iusta arma sumpsimus contra eos. Ideoque dicimus, quod eis aliud dicere non habemus.

Verum ex nunc captum sit, quod mandetur supracomitis duarum triremium nostrarum, que sunt in Istria, videlicet Minia et Baxadona, quod se conferre debeant contra Tergestum cum illo mandato, quod eis dabitur

per collegium. Collegium quoque providere debeat fortificandi gentes nostras, que sunt in Tergestum per illos meliores et celeriores modos, quod sibi videbuntur. De parte 115, de non 18, non sinceri 19.

Secreta cons. rogat. vol. XXI. c. 179., u mlet. arkivu.

CCLXIX. God. 1463. 20. kolovoza, u Mletcih.

Odgovori na molbe podnesene od poslanika Gjorgja Kastriotića Skenderbega.

1463. die xx augusti. Quod ad capitula nobis exhibita per reverendum prothonotarium et abbatem sancte Marie de Rotetio, oratorem magnifici domini Scanderbegi, lecta huic consilio, ac etiam uni alteri oratori ipsius domini, qui post dictum prothonotarium ad nos missus est, retulitque nobis presente ipso prothonotario collega suo, quod dominus suus motus bonis respectibus potius cupit habere gentes nostras italicas contra Turcos, quam quod sibi solvamus gentes, quas primo petiit sibi solvi ex suis, quas habet in illis partibus, sicut huic consilio relatum est, respondeatur, et primo ad primum:

Quod diligentes magnificum dominum Scanderbegum ob virtutes suas, et quia contra hostes fidei semper forti animo pugnavit, sumus et repperiemur semper optime dispositi ad omnia, que honorem et commoda sua concernere possent; et circa favores gentium nostrarum italicarum, quas petit, ut melius contra Turcum facere possit, sicut se facturum spondet, dicimus, quod contenti sumus et sibi promittimus gentes nostras italicas, que sunt in partibus Albanie, et ultra hec favores aliarum gentium subditorum et locorum nostrorum ipsarum partium; sumus quoque contenti et offerimus magnificencie sue pro tempore novo mittere ad favores suos equites v centum et pedites v centum italicos, ut potentius hosti bellum inferri possit. Interim vero, videlicet pro hac hieme, sibi dari faciemus ducatos ii mille, ut rebus suis melius satisfacere possit, quousque ut diximus mittemus gentes predictas; quarum gentium tam suarum quam nostrarum contenti sumus iuxta requisitionem eiusdem domini, quod magnificus eius filius sit capitaneus, idem vero magnificus Scanderbegus gubernator.

Ad secundum: quia cupidi sumus in omnibus possibilibus sue magnificencie satisfacere, contenti sumus, quod in facto istarum pecuniarum non habeat agere cum rectoribus seu provisoribus nostris Albanie; nam mittemus hinc magnificencie sue dictas pecunias, in aliis vero rebus conferre habeat et consultare cum rectoribus et provisoribus nostris, attendereque suis consiliis et ordinibus, sicut petit.

Ad tercium: certum ex nunc esse volumus dominum Scanderbegum nos continue maxime stante bello cum Turco habituros esse in partibus Albanie et Dalmatie non unam sed plures triremes et alia navigia, que in omnem casum erunt ad omnia commoda terrarum et locorum tam sue magnificencie quam nostrorum.

Ad quartum: dicimus, quod si quo tempore deveniemus ad pacem ad concordiam ullam cum Turco, erimus semper libenter memores magnificencie sue, et nominabimus et comprehendi faciemus eam cum statu et suis subditis in ipsa pace et concordio tamquam bonum adherentem et

recommendatum nostrum, ita quod in pace et bello sit unum et idem nobiscum.

Ad quintum: contenti sumus et gratum admodum nobis est, quod filius suus, sicut petit, fiat et sit nobilis de nostro maiori consilio, in qua re expedienda bene et votive procedemus iuxta ordines et leges nostras, sicut in his casibus fieri solitum est.

Ad sextum: dicimus, quod speramus, quod in divina bonitate confidimus non esse modo aliquo eventurum talem casum immo procul dubio tenendum est, quod perfidus hostis iste propulsabitur ex Europa, quoniam ultra vires nostras et ipsius domini, summus pontifex et alii potentatus christiani disponuntur et parantur ad agendum magnanime contra hostem, ut ex omni parte potenter comprimi possit; sed nihilominus in satisfactionem prefati domini dicimus, quod si forte occurreret casus predictus, certus sit, quod loca nostra sua semper reputari poterunt, et magnificentie sue taliter providebimus, quod de nobis poterit merito contentari.

Ad septimum et ultimum libenter et integre sibi solvi et satisfieri faciemus de provisione sua. De parte 128, de non 1, non sinceri 4.

Ser Palus Bernardus sapiens consilii: vult partem suprascriptam per totum, excepto quod non vult promissionem dandi domino Scanderbego ducatos II mille, sicut in primo capitulo cavetur. De parte 31.

Hec sunt capitula oratorum magnifici domini Scanderbegi — capitoli porti per el reverendo prothonotario et abbate de santa Maria de Rotezo et lo egregio Andrea Snaticho, ambassadori del signor Zorzi Castrioti dicto Scanderbego signor de Albania per conservation del vostro et suo stado a guerizar e combater contra i perfidi Turchi.

Primo: se offere star in campo cum le sue zente, de le qual ne havera raxonevel copia ben in punto a danni de Turchi provisto per la illustrissima signoria de Veniexia et dadoli favor de Zente darme e fanti italiani in quella quantita apara conveniente a la dicta signoria; el qual favor vol esser presto per i casi che puol.

Secundo: che de pagamenti e denarri li fosse dati per tal pagamenti lui non habi a far cum vostri rectori ne provededori de Albania, ma solo cum la serenita vostra e per suo nome cum l'abbado de Rotezo over altri, da esser deputadi per el prefato signor, acio non nassa scandolo tra loro come per el passado, ma de tutte cosse habia a conferir con i rectori e provededori de la serenita vostra, e attender ai suoi consegli e ordeni.

Tertio: che ogni anno dal principio de avril fin tuto zugno, nel qual mezo tempo Turchi poriano vegnir ala desfation de i vostri luogi e soi ne i porti più commodi sia tegnudo una galia armada e una nave per reducto desso signor e homini vostri come soi per honor, utele e ben del vostro stado e suo.

Quarto: che faciandosse paxe cum Turchi, el dicto signor non sia expulso, anzi messo in dicta pace cum tuti soi homini et i luogi come vostro bon fedel.

Quinto: chel fiol del so signor, che al presente ha cercha anni VIII, sia acceptado in el numero de i vostri zentilhomeni.

Sexto: che essendo expulso del suo paese, li sia deputado qualche vostro luogo e terra cum la provision se convegni al signor, chel possi viver cum speranza de tornar in suo stado, che l altissimo idio lassi deliberar quello sia el meglio e la salude de christiani.

Septimo: che di quanto el resta creditor per la sua provision li sia satisfacto in questa terra, per che la signoria vostra infinite volte ha comandado a provededori e rectori li sia satisfacto, e li comandamenti vostri non sono sta aldidi.

Secr. cons. rog. lib. XXI. c. 178., u mlet. arkivu.

CCLXX. God. 1463. 26. kolovoza, u Mletcih.

Dozvoljeno Stjepanu Crnoeviću, da zauzme tvrdjavu Modon.

1463. 26 augusti. — Comes noster Catari nostro dominio nuper suis litteris declaravit, magnificum Stefanum Cernovich vayvodam nostrum in partibus Xente summa instantia et litteris et nuntiis se requisisse, ut sibi licentiam dare vellet, quod Medonum oppidum in capite superioris Xente situm, ambarum Xentarum clavem, quod Teucri tenent, expugnare ac nostri dominii nomine accipere possit, quo habito, de eiusmodi Xentis non erit amplius dubitandum. Quamobrem vadit pars: quod eidem comiti mandetur, ut ipsi vayvode significare debeat, nostro dominio de sua requisitione loci ipsius accipiendi noticiam dedisse, esseque contentum, quod illud nostro nomine accipiat. Et in habendo illo suam intentionem citius consequi possit, iuxta illius requisitionem mittatur ex Scutaro una bombarda, scilicetque est aut fuit Dagni; quo expugnato, idem comes nostro dominio sine intermissione temporis significare debeat, ac illo interim diligenter custodire, donec ei respondebimus, quid de illo nobis videbitur faciundum.

Et ex nunc captum sit, quod mandetur comiti et capitaneo nostro Scutari, quod bombardam, que erat aut est in loco nostro Dagni, ipsi vayvode omni celeritate mittere debeat, ac pulverem necessarium, ut locum ipsum ita statu nostro earum partium necessarium expugnare possit. Preterea mandetur potestati nostro Drivasti, quod bombardam unam grossam, quam ibi habet, Scutarum mittere debeat. + 127 — 1 — 1.

Senato Mar. vol. VII., u mletačkom arkivu.

CCLXXI. God. 1463. 26. kolovoza, u Mletcih.

Daje se naputak Antunu de Priolis odlazećemu kao poslanik na dvor hrcega Stjepana sv. Save.

1463. 26 augusti. Quod viro nobili Antonio de Priolis, oratori designato ad illustrem dominum ducem Stephanum sancti Save, fiat hec commissio:

Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi nobili viro Antonio de Prioli dilecto civi et fideli nostro, quod vadas honorabilis orator noster ad illustrem dominum ducem sancti Save, et cum omni celeritate te ponas ad iter executurus cum diligentia infrascripta mandata nostra.

Primo namque volumus, ut te conferas ad civitatem nostram Spaleti, ubi conferas cum illo comite nostro, et tam ab eo quam ab illis fidelissimis civibus et aliis, a quibus exactius et diligentius informari posse speraveris, sumas omnem minutam et particularem informationem de statu et conditionibus provincie Bossine, quot in ea Turci sunt, quot loca et que ab illis occupata tenentur, quot et que in manibus aliorum, et qui sunt qui oppida in provincia illa ultra Turcos possident; qui motus sunt in provicincia ipsa; que conditio videndi; et cuius auctoritatis ac virium est unusquisque illorum Bossinensium, qui Spalatum profugi se receperunt, et inter ceteros hic, qui apud nos est, nomine Ivanis; et per quorum medium novi aliquid illic suscitari posset; et cum quibus viribus, cum quibus modis provincia illa posset de manibus Turcorum recuperari; et sub cuius nomine res facilior factu esset. Item de situ illius partiumque suarum; et si quid in ea est passus aut validum quoppiam oppidum, quod pro dominio nostro faceret ad custodiam vel etiam tutelam rerum nostrarum Dalmatie. Item quot homines nos ex Polizia et ex reliqua Dalmacia nostra pro favore impresie conferre possemus, ac quomodo homines ipsi nostri apti et idonei essent et quo modo, sub quorum ductu, ad que loca commode mitti possent. Et de omnibus diligentissime cum veritate informatus priusquam ex Spaleto discedas, quecumque tuis litteris nobis denotanda curabis, et ita sufficienter, ut nihil restet, quod circa res illas a te desiderare possimus. Illos autem Bossinenses, qui Spaleti sunt, bonis verbis suasos et contentos facere et tenere procurabis.

De Spaleto expeditus, iter tuum accelerabis versus illustrem ducam Stefanum, ubi illum esse intellexeris, cui presentatis literis nostris credentialibus, factisque salutationibus et oblationibus pro more convenientibus, dicere et exponere debeas: quod quando ad nos allatum fuit de oppressione, quam imanissimus hostis fidei ei statuique suo post regni Bossine excidium regisque trucidationem inferebat, dolorem et displicentiam sumpsimus, quam certe exprimere verbis non possemus; tum ob amorem et studium nostrum in omnes christianos principes, tum vero ob singularem caritatem, qua precipue illustrem dominationem suam semper sumus prosecuti et prosequimur. Unde secuta postea per divinam clementiam liberatione sua a predicta oppressione et subsequenter recuperatione illarum rerum status sui, quas Turci primo impetu abreperant, magna sumus affecti letitia, et cum sua excellentia amice et fraterne congratulamur. Restat solummodo, ut inposteris illustris dominatio sua se excitet, ingenium, animum et spiritus omnes suos dirigat ad provisiones, que non solum statum suum a tanto periculo tutum reddere habeant, sed illum et augere possint.

Ad que existimamus futurum opportunissimum remedium recuperationem regni Bossine nuper perditi, quam recuperationem satis facilem iudicamus, modo excellentia sua ceterique domini et barones, qui auctoritatem et vires habent, huic negotio incumbant. Dominatus imo tiranis Turci in regno ipso nova et recens est. Barones, nobiles et populi illius peius contenti esse non possent, quoniam in sevissimam et fedissimam servitutem se redactos et subactos vident. Non est dubitandum, illos ad omnem motum insurrecturos, et pro se quisque facturos quidquid poterunt pro exeundo ex tanta tiranide et acquirendo aliquam portionem status

illius. Non deerunt preterea vicini et alii domini, qui partim benivolentia in eum, partim odio in Turcum et timore suimet, sue excellentie faveant, et Turcum ipsum in diversis partibus molestare conentur. Propterea non expectet illustris dominatio sua, quod animi tepefiant, et res Turci in regno illo diuturnitate temporis corroborentur. Ea preterea, que Spalati senseris et intellexeris de conditionibus illis, et tibi ad propositum visa fuerint, sumus contenti, ut cum eo ad propositum conferas; et his omnibusque aliis verbis et rationibus, que prudentie tue vise fuerint, procura et nitere quantum potes, ut excellentiam suam inanimes et inducas ad se movendum contra Turcos in illa provincia. Et ubi ac quomodo tibi magis utile et ad propositum convenientius visum fuerit, excellentie sue etiam dicas, quod nos quoque honestos et convenientes favores nostros ad liberationem regni illius ex manibus infidelium deesse non patiemur.

Nescimus ad quem terminum deducte sint dissensiones, quas cum filio eius comite Vladislao habere consueverat, sed quoniam bonam tranquilitatem et quietem inter eos huic negotio quam maxime conducere posse intelligimus, imo nisi inter ipsos ceterosque filios eiusdem duche et eundem Vladislaum sit bona concordia, non videmus, quomodo ad rem hanc attendere possint. Volumus, ut si inter eos concordia esset, illam confirmare et corroborare diligentissime studeas per modum, quod omnes simul omnibus viribus inter se optime inteligentes deveniant ad impresiam. Si vero inter ipsos dissensio et simultas adhuc vigeret, volumus, ut prefato duche et similiter comiti Vladislao, ad quem cum nostris credentialibus litteris te conferes, dicas nomine nostro et ostendas, dissidia sua fuisse causam maximarum cladium et dessolationum dominii eorum, et eos omnes ad extremum periculum conduxisse amittendi uno momento statum et personas irrecuperabiliter, nisi summus Deus noster per eius inefabilem clementiam misertus eorum, illos liberasset. Propterea deponere velint omnem rancorem, et dominus ducha inducat animum amplectendi comitem supradictum sincera paterna caritate; comes autem ipse se filiali amore et observantia erga patrem se inclinet. Et sumpta, prout fuerit opus, diligenti et particulari informatione differentiarum suarum et causarum, ob quas dessident, omni studio et diligentia tua nitere illas componere, et dominos ipsos penitus unire; ostendasque comiti Vladislao, pacem et concordiam cum patre pro ipso principalissime facere, ut directis viribus et studiis paternis et suis ad recuperationem regni Bossine, dominatum suum ampliare possit. Nihil tandem intentatum relinquas, ut pax et concordia inter eos sequatur, si ulla via id possibile est.

Factis expositionibus tuis et habita responsione, subito ad nos scribe, et rerum omnium particularem informationem des tam de conditionibus dominii eorum quam de viribus suis, de dispositione sua, de gentibus quas habent sive habere possent, de modo quo impresiam capiendi haberent, de suis inter eos differentiis et causis et rationibus, quid speras, quid credis futurum, et breviter de rebus omnibus, quas verisimiliter nos intelligere debere et opus esse intellexeris, presertim vero voluntatem et dispositionem prefati duche, et modos ac vias, quas habet ad hoc negotium ab eo intelligere procura, et nos advisa, et nostrum in partibus illis mandatum expectabis. + 134 — 2 — 1.

Secreta consilii rogat. lib. XXI. c. 181., u mlet. arkivu.

CCLXXII. God. 1463. 30. kolovoza, u Mletcih.

Mletčani šalju svoga poslanika Karamanu i Usonu Kasanu, vladarom u Asiji, da jih podigne proti Turčinu.

MCCCCLXIII. die XXX augusti. Sumus, ut omnes norunt, in bello cum Turco potentissimo hoste, cuius rei pondus et magnitudo facit, ut pro evidenti commodo nostri status et pro favore impresie exquirenda sint presidia et favores illorum omnium, qui omni ex patre perfidum hostem istum propulsare possint; et propterea vadit pars, quod per collegium elligatur quamprimum unus orator noster ad dominum Caramanum et Usonum Cassanum et etiam ad alios dominos finitimos illarum partium, qui expedire videbuntur. Vadat idem orator cum illa familia, que deliberabitur per istud consilium; habeat idem orator pro hac legatione sua dono ducatos centum pro una veste.

Idem autem orator modo aliquo vel ingenio per se vel per alium aut alios quovismodo non possit facere nec fieri facere mercaturam aluminum aut aliarum quarumcumque rerum, nec loqui aut tractare seu tractari facere quicquam, quod ad mercaturam pertinere possit, nec etiam per medium familie seu comitive sue sub pena ducatorum mille auri exigenda per advocatores comunis absque aliquo consilio et ultra hoc stare debeat uno anno in uno carcerum inferiorum, nec possit navigare seu se conferre ad partes levantis usque ad annos decem, si modo contrafecerit. De parte 132, de non 4, non sinceri 0.

Secr. cons. rogat. vol. XXI. c. 182., *u mlet. arkivu.*

CCLXXIII. God. 1463. 3. rujna, u Mletcih.

Odgovara se na molbe udove Arenita, gospodarice u Albaniji.

1463. 3 septembris. Venit ad presentiam nostri dominii magnifica domina domina olim uxor magnifici domini Areniti, et exposuit, quod ob pacem nuper celebratam inter dominum Turchorum et magnificum dominum Scanderbegum inter cetera capitula continetur, quod prefatus dominus mittere teneatur filium prefati domini Areniti in exercitu cum prefato domino Turchorum quandocunque opus fuerit, et quod considerata fide olim magnifici domini Areniti viri sui, providere velimus, quod dictus filius suus accedere non sit astrictus ad prefatum Turcum inimicum crucis. Preterea quod si ad pacem cum Turco veniemus, velimus in capitulis pacis eam et statum filiorum suorum commissum habere et in pace denominare; postremo, quod de provisione sua talem operam adhibeatur, quod habere possit ita de preterito sicut de futuro. Respondeatur:

Quod intelleximus ea omnia, que prudentissime nobis dixit, et dicimus, quod certissima esse potest, quod habuimus et habemus eam, filios et statum suum carissimum, et molestissimum nobis esset, quod filius suus per magnificum dominum Scanderbegum mitteretur ad Teucrum; et ut huic inconvenienti obviaretur, si opus esset, faceremus omnia remedia possibilia. Sed cum magnificus dominus Scanderbegus, licet fecerit pacem cum Turco, attamen sperandum est, quod tanquam fidelis christianus arma contra Turcum accipiet. Quam ob causam cessabit missio filii sui, et contenta remanere potest.

Ad partem nominationis dicimus, quod si ad aliquam pacem cum Teucro deveniemus, prefatam magnificam dominam, filios et statum suum comissum habebimus et denominabimus in capitulis pacis, sicut conveniens fuerit.

Circa partem provisionis sue scribemus baiulo et capitaneo nostro Dyrachii in tali et adeo efficaci forma, quod absque dubio providebit singulis mensibus provisionem suam persolvere et etiam de preterito eidem satisfacere. Verum quia de provisione predicta creditrix est dominii nostri de ducatis circiter 1200, ex hac civitate nostra recedere non potest absque pecuniis; ex nunc captum sit, quod de quibuscumque denariis nostri dominii et etiam de pecuniis depositi accipi debeant ducati ııı centi auri dandi prefate domine, et ponantur ad computum provisionis sue. + 119 — 2 — 11.

Secreta cons. rogat. libr. XXI. c. 184., u mlet. arkivu.

CCLXXIV. God. 1463. 4. rujna, u Mletcih.

Pribisav Vokotić knez hercegovački imenovan nutarnjim gradjaninom mletačkim.

1463. 4 septembris. Privilegium civitatis de intus tantum per gratiam spectabilis comitis et militis domini Pribissai Vocotich, qui fuit orator illustris domini ducis Stefani, cum suis filiis et heredibus.

Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris presens privilegium inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum. Ducalis excellentia nostra tanto benignius consuerit personas egregias et virtutum dotibus insignitas, sibi devotas et fideles honoribus prevenire, ac non modo laudibus verum et dignis titulis decorare, quanto ducatui nostro devotiores nostreque reipublice commodis promptiores fide et operibus se ostendunt. Attendentes itaque ingentis fidei et devotionis integritatem ac optimam dispositionem, quam spectabilis comes et miles dominus Pribissaus Vocotich, qui nuper apud nos fuit orator illustris domini ducis Stefani, fratris nostri carissimi, ad nos nostrumque ducatum et ad reipublice nostre omniumque civium nostrorum commoda, multis modis ab ipsa rerum experientia dudum habuisse et babere cognovimus. Volentes in eum aliquod gratitudinis signum ostendere, notum facimus tenore presentium universis, quod suplicationibus nobis sua parte porrectis gratiosius annuentes, consiliorum et ordinamentorum nostrorum necessaria solemnitate servata, prefatum dominum Pribissaum cum filiis et heredibus suis civem nostrum Venetum de intus tantum fecimus et facimus, ac in numero aliorum civium nostrorum de intus tantum assumpsimus, ac tenore presentium aggregamus, ipsum sincere benivolentie brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod omnibus libertatibus, beneficiis, prerogativis et immunitatibus, quibus alii Veneti et cives nostri de intus tantum gaudent et perfrui dignoscuntur, idem Pribissaus, filii et heredes sui perpetuo gaudeant et utantur, cum conditione, quod in fontico theutonicorum seu cum Theutonicis mercari non possit secundum formam consilii Idem quoque dominus Pribissaus per eius legitimum procuratorem

ad evangelia sancta dei solemniter fidelitatis debitum prestitit iuramentum. In cuius rei fidem et evidentiam pleniorem presens privilegiam fieri iussimus, et bulla nostra aurea pendente muniri. Data in nostro ducali palatio anno dominice incarnationis DCCCCLXIII., indictione XII., mensis septembris die quarto.

Ex privilegiorum libro II. c. 46., u mlet. arkivu.

CCLXXV. God. 1463. 5. rujna, u Mletcih.

Republika skrbi se za sinove pok. Daniela Jurića Šibeničanina svoga veoma zaslužnoga podanika.

Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Nobilibus et sapientibus viris Lodovico Baffo comiti Sibenici et successoribus suis salutem et dilectionis affectum. In consideratione magnorum meritorum Danielis Jurich, „qui, sequens paterna vestigia, in partibus Lombardie et in Albania et alio non dubitavit virilissime se gerere, propriam vitam diversis periculis exponere“ relinquens post se familiam suam in paupertate, „et quoniam idem q. Daniel ac Jacobus Jurich eius frater habere consueverunt libras trecentas de provisione ab hac camera nostra Sibenici, videlicet libras centum et quinquaginta pro quolibet, et nos contenti fuimus, ut pars dicti q. Danielis in suprascriptum Jacobum diveniret“, credentes, quod portionem faceret ex ipsis filiis eiusdem Danielis „quod sentimus minime locum habere; ideo vobis precipimus, quod debeatis inducere ipsum Jacobum, ut det filiis Danielis quantum ipsis spectare potest, aliter „volumus, ut vigore presentium litterarum taxetis et terminetis, et cum effectu filiis supradicti q. Danielis de provisione suprascriptarum librarum trecentarum in anno det et contribuat anno singulo id, quod conveniens vobis videatur pro eorum et ceterorum dicte familie q. Danielis sustentatione.

Data in nostro ducali palatio die v mensis septembris, indictione XII. MCDLXIII.

Dipl. siben in bibliotheca palatina Viennae. Cod. supp. 541. p. 130.

CCLXXVI. God. 1463. 9. rujna, u Mletcih.

Banica daje u zalog republiki mletačkoj svoje tvrdjave, da izkupi muža od Turaka zarobljena.

1463. 9 septembris. — Quod spectabili militi domino Nicolao Testa oratori magnifice domine bannisse Croatie, qui nuper venit ad presentiam nostri dominii, et parte prefate domine exposuit, velle intelligere, si contenti erimus pro redemptione magnifici banni viri sui a Turcis capti mutuare aliquam pecuniarum quantitatem, cum ipsa domina contenta sit in manibus nostri dominii depositare de locis et fortiliciis suis pro securitate pecuniarum per nos dandarum. Et casu quo dictus magnificus banus redimere non posset seu interficeretur, consideratis periculis status sui contenta est nostro dominio libere dare et assignare fortilicia bannatus sui, modo eidem magnifice domine et filiis suis provideatur ita, quod convenienter in partibus istis vivere et decentem vitam ducere

possit. Et ultimo, quod cum status eiusdem magnifice bannisse sit sub protectione nostra, et a dominis circumvicinis diversimode molestetur, provideatur, quod ipsi domini se abstineant a faciendo novitatem terris et locis suis; respondeatur:

Quod audivimus ea, que nobis prudentissime exposuit parte magnifice domine bannisse pro redemptione captivitatis magnifici bani sui viri, et dicimus, quod contenti erimus pro causa suprascripta mutuare illam honestam quantitatem pecuniarum, que conveniens fuerit, dante ut nobis obtulit, magnificentia sua pro cautione nostra de fortiliciis suis, dummodo fortilicia ipsa nobis placeant et sint ad propositum rerum nostrarum Dalmatie.

Circa partem dandi statum ipsius magnifici banni, casu quo de vita non esset sperandum, dicimus, quod consideratis condicionibus et periculis, in quibus constitutus est status prefati magnifici domini banni, erimus contenti accipere loca bannatus et Clisii, Tenini et Ostrovize, et ipsi magnifice domine et filiis suis providere ita convenienter, ut honorifice cum filiis suis vitam ducere poterit.

Ad ultimam vero partem dabimus operam, et cum effectu providebimus, quod domini circumvicini intelligent, statum magnifice domine bannisse et filiorum esse constitutum sub protectione nostra, quodque ab inconvenientiis se abstinebunt. Et ex nunc captum sit, quod in executione eorum, que alias capta fuerunt per istud consilium, scribatur et mandetur comiti nostro Spaleti, quod dominis illis dici faciat in honesta et convenienti forma, quod ab inferrendis novitatibus se abstineant, cum ipsa domina bannissa sit sub protectione nostra. + 150 — 0 — 3.

Secr. cons. rogatorum, lib. XXI. c. 198., u mlet. arkivu.

CCLXXVII. God. 1463. 12. rujna, u Petrovaradinu.

Matija kralj ugarski sklapa savez sa mletačkom republikom proti Turčinu.

1463. 12 septembris. Mathias dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. rex. Ad futuram rei memoriam et stabilitatem significamus universis, quod quia perfidus Turcus christiani nominis perpetuus hostis victoriarum cursu vehementius elatus, atque in dies factus insolentior, nunc hos nunc illos quadam sevitia poctius quam rei militaris peritia domuit, multasque christiani orbis provintias et regna dicioni sue subegit, numquam quieturus nisi et id, quod reliquum est christianitatis consueta sevitia aggrediatur, opere precium videri debet omnibus christiane fidei professoribus, ut iam vel post plurima vulnera diligentius intendant, si quo modo tandem profanis huius hostis hiatibus obviam iri possit: inter quos cum nobis intentio hec precipue cordi esse debeat, qui hostis huius impetus et ferociora iacula assidue perferimus, ceterosque christianos a tergo nobis ab hoste relictos lateribus et vulneribus nostris protegimus, oblatam divina inspiratione opportunitatem aliquo modo negligere dignum non putavimus. Requisiti igitur his diebus ex parte illustrissimi ducalis dominii Venetiarum per medium m. Johannis Aymo oratoris eiusdem ad suscipiendam amicitiam et societatem ipsius dominii pro gerendo et continuando bello contra dictum comunem hostem, tanto libentius annuimus, quanto maius

nobis ex hac unione et societate spes resistendi hostibus et vincendi a Deo tribuitur. Eius itaque nomine invocato, qui non deserit sperantes in se, et qui se sua virtute gloriantes humiliat, matura deliberatione cum prelatis et baronibus regni nostri prehabita, cum illustrissimo domino Christoforo Mauro dei gratia duce et cum ducali dominio Venetorum ad hanc compositionem, unionem, intelligentiam et ligam contra infidum Turchum optimo animo et sincera mente convenimus cum his pactis, capitulis, conventionibus promissionibus et obligationibus pro conservatione et defensione sanctissime christiane religionis et amplificatione nominis Christi redemptoris nostri, uti hic inferius continetur.

Primo. Illustrissimus dominus dux et dominium Venetiarum, cuius vices et nomine prefatus m. Johannes Aymo miles, eius orator presens, qui circa hoc publicam auctoritatem, libertatem et potestatem habet, sicut clare patet per publicum instrumentum coram nobis ac prelatis et baronibus nostris visum et lectum, se offert et promittit illos perfidos Turcos in comunes hostes habere et tenere una nobiscum, et devenire ad apertum bellum cum Turco et contra eum viribus suis guerram gerere, donec nos in guerra erimus, et hoc facere pro comuni securitate et favore ambarum partium. Preterea idem dominus dux et dominium Venetiarum ac eius vice et nomine annotatus Johannes Aymo orator se offert et promittit devenire ad hoc apertum bellum contra Turcum ex parte maris cum triremibus quadraginta optime instructis hominibus, armis et instrumentis bellicis necessariis, et hoc pro comuni bono et securitate utriusque partis. Item idem dominus dux et dominium Venetiarum et eius nomine et vice iamdictus Johannes Aymo orator se offert et promittit devenire ad hoc bellum contra loca et statum huius Turci comunis hostis cum omnibus gentibus suis armigeris equestribus, quas in Peloponeso et aliis hominibus et subditis suis, quos habet per loca ac maritimas et terrestres terras suas et Dalmatie finitimas Turcis, et cum omnibus bellum gerere, ut ipsi Turci a diversis partibus propulsati, cogantur per diversa loca divertere vires suas, et quod exercitus eorum minuatur. Et hoc pro comuni bono regni nostri et status dicti ducalis dominii Venetiarum. Et nos teneamur ac debeamus hoc bellum gerere contra loca et statum huius Turci comunis hostis a parte terre omni nostro conatu pro comuni bono, utilitate et favore regni nostri et status iamdicti ducalis dominii Venetiarum. Intelligendo in hoc, quod contra statum nostrum prefatus dominus dux et dominium Venetiarum nihil debeat innovare nec operari, et similiter nos contra statum ipsius domini ducis et dominii Venetiarum nihil debeamus innovare nec operari pro conservatione presentis lige.

Item una pars sine altera non possit devenire ad pacem, concordiam aut treuguam cum Turco, et hoc pro comuni bono. Item tenetur et servetur locus in hac presenti liga omnibus regibus, ducibus, principibus, comitibus et dominis cum suis coherentibus, vasalis et subditis posse ingredi in hanc presentem ligam et unionem contra hunc Turchum comunem hostem. Que omnia predicta et quevis premissorum singula promittimus in verbo nostro regio, prout et prefatus dominus Johanes Aymo vice et nomine prenotati ducis et dominii Venetiarum promisit cum omnibus promissionibus, stipulationibus, obligationibus, clausulis et cautellis necessariis et opportunis ac cum solennitatibus convenientibus rata,

firma et grata habere et observare, harum litterarum nostrarum, quibus secretum sigillum nostrum, quo ut rex utimur, est appensum, vigore et testimonio mediante. Datum in Varadino Petri opido comitatus Sirymiensis XII die mensis septembris, anno domini MCCCCLX tertio.

Correctum in cancellaria; ad mandatum domini regis in consilio etc.

Commemoriali lib. XV. c. 88.

CCLXXVIII. God. 1463. 12. rujna, u Varadinu.

Matija kralj ugarski potvrdjuje Ivana Bragadina Mletčanina za biskupa ninskoga.

Nos Mathias dei gratia rex Ungarie, Dalmatie, Croatie memorie comendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nos observantiam sedis apostolice respectum habentes ad virtutes et benemerita viri Jacobi Bragadini veneti artium et utriusque iuris doctoris, quibus idem testimonio magnifici Joannis Emo militis oratoris illustris dominii Venetiarium meruit comendari, traslationi per sanctissimum in Christo patrem dominum Pium divina providentia sacrosancte romane ac universalis ecclesie summum pontificem in persona eiusdem Jacobi Bragadini de ecclesia Scardonensi ad regimen vacantis ecclesiae Nonensis, qui episcopatus Nonensis assendit de introitibus ducatorum auri romane curie octuaginta mille de annua solutione facta auctoritate nostri iuris patronatus regi, quod sicuti in aliis omnibus ecclesiis cathedralibus regniorum nostrorum, ita etiam in prefata ecclesia Nonensi more aliorum regum Hungarie predecessorum nostrorum habere dimostramus, nostrum regium consensum prebendum duximus prebemusque, benevolim pariter et assensum harum nostrarum, quibus secretum sigillum nostrum, quo ut rex Ungariae utimur, appressum est, vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Vuarandino Petri duodecima die mensis septembris, anno domini milessimo quadragesimo sexagesimo tertio.

Ex libro IV. „Privileggi della magnifica comunità di Nona“ c. 34., u zadarskom arkivu.

CCLXXIX. God. 1463. 12. rujna, u Mletcih.

Odgovara se vojvodi Ivanu bosanskomu, da mu se Brača nedaje; da mu slobodno nastaniti se gdje mu drago; da si uzme kuću u Spljetu itd.

MCCCCLXIII. die XII septembris. Quod spectabili militi vayvode Juanus Bossinensis, qui contulit se ad nostram presentiam, et presentavit nobis foleum lectum isto consilio, respondeatur, quod vidimus libenter spectabilitatem suam, et propter affectionem, quam sibi gerrimus, optamus semper in cunctis, que a nobis fieri possint, sibi complacere; et circa partem insule nostre Braçe, quam petit, dicimus, quod quando insula ipsa sub dominio et obedientia nostra pervenit, promisimus per patentes litteras et privilegia nostra conservare et tenere illos subditos nostros, nec eos aliqualiter alienare a nostro dominio, et ita obligamur et astricti sumus facere per leges et ordines nostros, quibus contravenire non possumus. Ideoque rogamus eum, ut in hoc nos habeat supportatos, bene

autem contenti sumus dari facere semper receptum ipsi vayvode et suis ac etiam serenissime regine et in insula Braze et in aliis terris et locis nostris, in quibus semper bene honorificeque videbuntur. Speramusque, et in divina bonitate confidimus, mediantibus apparatibus, qui undique fiunt, ac etiam virtute sua et suorum, quod brevi recuperabit non solum ea, que amisit, verum etiam de aliis rebus cum honore, reputatione et commodo spectabilitatis sue, quoniam, ut diximus, confidimus cito in exterminium crucis hostium multa bona fieri posse.

Ad partem domus, que est Spaleti, dicimus, quod ob amorem, quem sibi gerimus, contenti sumus sibi concedere domum ipsam pro habitatione sua et suorum ad beneplacitum nostri dominii, et ita scribemus et ordinabimus circa hoc quantum fuerit opportunum.

Verum quia idem spectabilis vayvoda offert se cum IIII. centum personis equestribus et pedestribus servire et se exercere contra hostem, dicimus, quod ut istud melius et promptius facere possit, et quia eum diligimus et honoris et commodi sui cupidi sumus, contenti sumus sibi dari facere ducatos CC de provisione in anno, videlicet singulis mensis sex ducatos centum ad beneplacitum nostri dominii. De parte 151, de non 10, non sinceri 2.

Secreta cons. rogat. vol. XXI. c. 186., u mlet. arkivu.

CCLXXX. God. 1463. 19. rujna, u Mletcih.

Mletačka vlada zapovieda knezu i kapetanu u Zadru, da uvede u posjed skradinske crkve Fantina della Valle od pape imenovana za obćega upravitelja iste crkve.

Pro ecclesia cadredalis Scardonensis. Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Donato Barbaro de suo mandato vicecomiti et capitaneo Jadre et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Summus pontifex eius apostolicis bullis datis XIIII kalendas mensis aprilis MCCCCLXII, ut videbitis, constituit vicarium generalem ecclesie Scardonensis in spiritualibus et temporalibus venerabilem dominum Fantinum de Valle cum auctoritate et libertate amplissima exercendi queque spectancia ad verum dicti loci episcopum, percipiendoque fructus, redditus et proventus dicti episcopatus. Propterea volumus et vobis mandamus, ut in executione dictarum bullarum, quantum ad vos attinet, eum admitti curetis ad possessionem dicti vicariatus et de introitibus, fructibus et proventibus ac redditibus ipsius episcopus in iurisdictione vobis commissa plenissime ei facere responderi. Et in omnibus exequi bullas antedictas. Et has registrari faciatis, et ex postea presentanti restitui. Data in nostro ducali palatio die XVIIII septembris, indictione XII. MCCCCLXIII. Recepta die XX. ianuarii 1463.

„Ducali e terminazioni“ II. c. 52. retro, u zadar. arkivu.

CCLXXXI. God. 1463. 25. rujna, u Mletcih.

Ivan Kastriotić sin Gjorgja imenovan mletačkim plemićem

1463. 25 septembris. Privilegium magnifici et potentis domini Juanni Castrioti, filii domini Georgii Castrioti, acceptorum ad dignitatem maioris consilii.

*

Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris presens privilegium inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum. Ducalis excellentia nostra in liberalitatis operibus solita celeberrime conversari, tanto amplius personas magnificas et dignitatis honore conspicuas prevenire studet honoribus et dotalibus ampliare favoribus, quanto ducatui nostro amicabiliores operibus se ostendunt. Unde cum magnificus et potens dominus Juannus Castrioti, filius magnifici et potentis domini Georgii Castrioti, nobilis civis Venetus de nostro maiori consilio, capitaneus expeditionis in partibus Albanie contra Teucros, semper fuerit et sit dilectissimus et perfectissimus amicus nostri dominii, sicut per laudabiles et notabiles effectus ostendit, notum fieri volumus unicuique, quod omni iuris, consiliorum et ordinamentorum nostrorum necessaria servata, prefatum magnificum dominum Juannem cum eius filiis et heredibus legitime ab eo descendentibus ad numerum et de numero nobilium nostri maioris consilii recepimus atque recipimus, et de nostro maiori consilio fecimus et facimus, atque pro nobile et de numero nobilium nostri maioris consilii in Venetiis et extra ubilibet esse volumus et tractari, ipsum sincere benivolentie brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod eisdem libertatibus, beneficiis, honoribus et immunitatibus, quibus alii cives et nobiles nostri de nostro maiori consilio gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus magnificus dominus Juannus ac sui filii et heredes predicti in Venetiis et extra ubique locorum plenissime gaudeant perpetuo et utantur. In quorum omnium fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri iussimus, et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio anno dominice incarnationis die vigesimo quinto mensis septembris, indictione XII. MCCCCLXIII.

Ex libro privilegiorum II. c. 46., u mlet. arkivu.

CCLXXXII. God. 1463. 6. listopada, u Mletcih.

O savezu medju Ugri i Mletčani, te da će se papa ukrcati na brodove.

MCCCCLXIII. die VI octobris. Ser Johanni Aimo militi oratori nostro ad serenissimum regem Hungarie. Litteris vestris nuper ad nos delatis dierum XVI et XVII. septembris prope decursi intelleximus, quantum significastis nobis circa praticas habitas et modos per vos servatos, uti deveniretis ad conclusionem intelligentie sive lige cum regia serenitate Hungarie iuxta nostra mandata, que omnia non minus diligenter quam prudenter per vos gesta nobis plurimum placuerunt, ac exinde laudamus vos et magnopere commendamus. Videbimus libenter capitula lige ipsius, que certi reddimur edita fuisse iuxta mentem et intentionem nostram, quam vobis nostris litteris denotavimus.

Placuit nobis admodum intelligere optimam dispositionem, ferventissimumque propositum serenissimi regis agendi magnanime contra Turcum comunem hostem: nec satis in hoc celsitudinem suam possumus laudare, cui volumus, ut nostri parte dicatis, quod speramus, et in superna bonitate confidimus advenisse tempus, quo brevi tenendum est, hostem istum teterrimum cum eterna laude nominis christiani exterminari posse, quo-

niam post adventum Romam oratorum illustris domini ducis Burgundie, qui obtulerunt ipsum dominum suum personaliter profecturum ad hanc sanctam expeditionem cum potenti numero armatorum, postque nonnullas praticas cum eis et cum aliis oratoribus potentatum Italie, ob id specialiter per summum pontificem convocatis, tandem divino aspirante numine eo deventum est, ut etiam pontifex maximus ad hanc expeditionem presentialiter se conferre statuerit, collectis viribus suis et ecclesie sancte, ac aliis viribus omnibus, que presertim in Italia haberi poterunt, dispositus omnino ad tempus novum cum viribus predictis transitum facere adversus hostem prefatum. Dux vero Burgundie offert se tempore novo cum exercitu suo potenti transiturum ad impresiam contra Turcum. Nos ut aliis nostris litteris intelligere potuistis, sumus in aperto et ardenti bello cum Turco et cum potenti classe nostra, cumque gentibus nostris armigeris et peditibus ex Italia missis aliisque viribus nostris collectis in partibus orientalibus, in Amorea bellum gerimus contra hostem, et ex his, que novi sime habuimus, gentes nostre ad loca Eximilii profecte, ea muris cingere et fortificare studebant, ut hoc facto provinciam illam facilius obtinere possent, in qua cum Turchis nostri conflixerant, coegerantque eos partim exire extra Eximille, cum iactura et damno suo, partim ingredi civitatem Corinti. Studemus augere et accumulare vires in partibus illis tam gentium armigerarum et peditum, quam etiam triremium decem, quas de presenti armamus, ut vadant ad se uniendum cum alia classe nostra, que est galearum quadraginta. Et nihil unquam pretermissuri sumus, ut pro gloria redemptoris nostri proque salute christiani nominis hostis iste valeat propulsari. Et quoniam scribitis, serenissimum regem statuisse mittere in Bossinam equites IIII mille, laudamus et commendamus plurimum missionem huiusmodi, quoniam quanto magis hostis omni ex parte hoc tempore, quo nos facimus istud idem, opprimetur, tanto melius erit, tantoque magis conpelletur disperdere vires suas. Et demum volumus, quod per omnes illos meliores et decentiores modos, qui vestre prudentie videbuntur, solicitetis maiestatem suam, detisque operam, quod magnanime et potenter de presenti agat contra perfidissimum hostem. Nos quoque de successibus rerum et de his, que continue fient, vos litteris nostris certiorem faciemus, ut de omnibus, sicut decet affectionem et benivolentiam nostram, serenitas sua informata sit.

Preterea vos advisamus, diversis modis nobis nuntiatum esse, magnum Caramanum et Usonum Cassanum, qui sunt potentes domini in partibus Asie, bellum gerere statuisse contra statum Turci in partibus illis.

Scripsistis nobis, cancellarios regie maiestatis petere eis solvi et satisfieri pro capitulis et contractu lige; circa quam rem respondentes dicimus, quod contenti sumus, quod provideatis eis sicut melius et honestius facere posse videbitis usque ad summam ducatorum L. in LX. De parte 163, de non 3, non sincere 1.

Commemoramus etiam vobis, quod cancellarium vestrum commendatum habeatis, dando honestam operam, quod sibi etiam pro parte regie maiestatis decenter satisfiat.

Secreta cons. rogatorum, vol. XXI. c. 192., u mlet. arkivu.

CCLXXXIII. God. 1463. 13. listopada, u Mletcih.

Odgovara se modruškomu biskupu poslaniku ugarskoga kralja.

MCCCCLXIII. die XIII octobris. — Quod reverendo patri domino episcopo Modrussie et Corbavie, oratori serenissimi regis Hungarie, qui nuper ad presentiam nostram se contulit, commemorando magnam benivolentiam et affectionem sue maiestatis erga nos, ac quam prompto et bono animo devenerit nobiscum ad intelligentiam et ligam; successive dixit, quod ex conditionibus, in quibus se repperit, idem rex opus habet pecuniarum, ut melius contra comunem hostem bellum gerere possit. Loquens tamen circa hoc multum modeste etc. sicut per serenissimum dominum ducem huic consilio relatum est, respondeatur, quod libenter intelleximus, quantum sua reverenda paternitas solita eius prudentia nobis eleganter exposuit, agimusque magnas et amplissimas gratias regie serenitati Hungarie pro humanissimis verbis suis proque multa affectione et benivolentia, quam gerit nostro dominio, sed nos quoque certissimam esse volumus maiestatem suam, quod sumus sibi singulari amore et immersa caritate affecti, omneque decus et amplitudinem celsitudinis sue non minus quam propriam affectamus. Quandoque his diebus audivimus felices successus suos tam in regno Bossine quam aliter, profecto maximam iocunditatem et letitiam sumpsimus. Et quanto progressus serenitetis sue feliciores et ampliores erunt, tanto siquidem nobis gratiores. Ad ligam et intelligentiam cum sua maiestate devenimus optimo et sincerissimo corde, in qua et in affectione nostra perpetuo perseverare disponimus.

Ad partem favorum pecuniarum vellemus profecto et in hoc et in omnibus regie maiestati complacere posse, sed sicut per oratorem nostrum dici fecimus serenitati sue per ingressum nostrum in bello cum Turco sumus ad presens in expensis ducatorum sexcentorum milium et ultra in anno tam in gentibus armigeris et peditibus ex Italia missis et quos incessanter mittimus contra comunem hostem, quam in potentissima classe, quam continue fortificamus contra ipsum hostem. Hinc est, quod licet voluntas nostra in celsitudinem suam perfectissima sit, tamen non sit nobis possibile facere, quod vellemus; ideoque rogamus maiestatem suam, ut nos habeat supportatos.

Commemoreturque ipsi oratori, quod bellum, quod potenter gerrimus contra hostem, existimandum est maximum presidium rebus sue serenitatis. Commemorentur etiam ea, que impresentiarum per summum pontificem et per alias potentias disponuntur contra hostem fidei exterminandum. Et demum omnibus illis utilibus et pertinentibus verbis, que expedire videbuntur, queratur, quod de hoc iustificato et honesto responso nostro restet bene contentus. De parte 152, de non 0, non sinceri 5.

Secr. cons. rog. vol. XXI. c. 195., u mlet. arkivu.

CCLXXXIV. God. 1463. 13. listopada, u Mletcih.

Odgovara se poslanikom Ladislava sina hrcega Stjepana sv. Save.

MCCCCLXIII. die XIII octobris. Quod spectabilibus oratoribus illustris domini Ladislai filii domini ducis Stephani, qui nuper venerunt ad nostram presentiam in rebus Bossine, et in facto insule Brace, quam

dominus suus petit per nos sibi concedi, et circa domum, quam hic Venetiis pro residentia domini sni petunt, retulerunt ea, que isti consilio nota sunt, respondeatur:

Quod gratissime intelleximus, quantum ipsi spectabiles oratores nobis exposuerunt parte illustris domini sui carissimi fratris nostri, cuius excellentie quo magis possumus regratiamur pro humanissimis verbis et oblationibus suis, et pro his, que commemorari nobis fecit de suscipienda impresia regni Bossine. Et respondentes dicimus, quod pro multa affectione et amore nostro in dominationem suam sumus semperque erimus magnopere cupidi omnis honoris et amplitudinis sui status, sed sicut diversis modis habetur, serenissimus rex Hungarie iam bonis diebus suscepit impresiam Bossine, in quam gentes sue potenter ingresse sunt; et sicut facti sumus certiores obtinuerunt Jaiciam, erantque in procinctu obtinendi reliquum. Ideoque postquam res Bossine ita succedunt, non videtur nobis aliter nos impedire.

Circa partem insule Brace, quam petunt, dicimus, quod sumus sincere affecti illustri domino suo, cui cupidi sumus in cunctis possibilibus conplacere; sed advisamus spectabilitates suas, quod quando insula illa sub dominio nostro pervenit, promisimus per patentes litteras et privilegia nostra conservare et tenere illos subditos nostros, nec eos a nobis aliqualiter alienare, et ita obligati et astricti sumus facere per leges et ordines nostros, quibus contravenire non possumus; ideoque rogamus excellentiam suam, ut in hoc nos habeat supportatos.

Ad partem domus, quam petit hic Venetiis, respondemus, quod profecto gratum nobis admodum esset satisfacere in hoc requisitioni sue, sed, ut scire possunt, in hac urbe cum maxima difficultate repperiri possunt domus venales, que sint convenientes maxime uni domino, sicut est excellentia sua, neque in hoc volumus aliud testimonium, quam excellentia patris sui, cui nondum de una domo sibi congrua satisfacere potuimus. At vero semper quum habebimus modum possendi habere unam domum condecentem domino suo, id libenter faciemus. De parte 153, de non 1, non sinceri 0.

Secreta cons. rogat. vol. XXI. c. 195., u mlet. arkivu.

CCLXXXV. God. 1463. 17. listopada, u Mletcih.

Naputak za Gavrila Trivisano izabrana za providura u Albaniji.

MCCCCLXIII. die XVII octobris. Nos Christophorus Mauro, dei gratia dux Venetiarum et cet. Committimus et in mandatis damus tibi nobili dilecto civi nostro Gabrieli Trivisano, quod ire debeas honorabilis provisor noster ad partes Albanie, quo cum applicueris, volumus tibique cum nostro rogatorum consilio mandamus, ut esse debeas cum omnibus rectoribus terrarum et locorum nostrorum partium ipsarum, a quibus sumpta omni accurata diligentique informatione de statu et conditione eorum et camerarum, cum eis studiose providebis circa ea omnia, que vobis utilia, necessariaque videbuntur, tam pro bona custodia et conservatione dignitatum et locorum ipsorum, quam etiam pro bona gubernatione camerarum ipsarum.

Gentes armigeras italicas, que ad presens ibi sunt, et quas mittemus, tibi declaramus velle, quod sint ad obedientiam tuam, et donec eis in partibus eris, nullus rectorum nostrorum de illis se impedire habeant, sed tu solus sis ille, qui de eis disponere habeas, ac monstras facere, sicuti tibi melius videbitur, quemadmodum de solita prudentia tua confidimus. Solutiones vero fiant per camerarium nostrum Scutari cum licentia et bulletis tuis, teneri faciendo de eis computum ordinatum, illiusque copiam de tempore in tempus nostro dominio mittendo, ut res nostras intelligere possimus. Gentes vero, que ad custodiam civitatum et locorum nostrorum sunt deputate, volumus esse ad obedientiam rectorum eiusmodi civitatum et locorum, quando in eis erunt. Quando vero in campo essent, volumus esse ad tuam obedientiam. Et similiter omnes alias gentes partium ipsarum, quando in eodem exercitu erunt, quas convenire et in exercitum venire facies, quando tibi videbitur opportere.

Inter cetera que illis in partibus agere habes, maxime est, quod quanto citius facere poteris esse debeas cum magnifico Scandarbego, sueque magnificentie exponere, nos ad illas partes te provisorem nostrum misisse precipueque ut sis cum magnificencia sua, et fiant ille provisiones, que necessarie videbuntur tam pro conservatione et auctione status sui, quem pro sua erga dominium nostrum affectione non minus earum quam nostrum habemus, et etiam pro defensione et conservatione nostri. Et cum his et aliis verbis, quibus pro tua prudentia uti scies, curabis illum inducere ad facienda omnia, que pro statu nostro tibi utilia videbuntur. Significando de tempore in tempus nostro dominio quanto frequentius poteris de successu et statu rerum ipsarum, ut sepe per literas tuas informati rebus nostris consulere possimus sicuti opportere cognoverimus. Preterea magnificentie sue expones, uti per reverendissimum prothonotarium oratorem suum sibi relatum esse debet, ut adversus crucis inimicum agere possit. Nos magnificentie sue promisisse gentes nostras italicas, que illis in partibus sunt. Et ultra eas, ad tempus novum mittere penitus deliberasse pro favore expeditionis illius, equites quingentos et totidem pedites italicos. Verum ut hac hyeme rebus suis providere possit, ei per te mittimus ducatos II. mille sicuti suprascripto oratori suo promisimus. Et ultra eos alios ducatos sexcentos de ratione solite provisionis sue, quas omnes pecunias tibi consignari fecimus. Et iuxta requisitionem magnificentie sue sumus contenti, nobisque placet, quod magnificus filius suus sit capitaneus tam nostrarum gentium, quam suarum. Idem vero magnificus Scandarbegus sit gubernator.

Insuper quia illis in partibus sunt nonnulli domini, partim nostro dominio commendati, partim qui erga statum nostrum bonam voluntatem habere videntur, sicuti literis comitis et capitanei Scutari de Alexio Spano nuper certiores facti sumus. Quamobrem te commonefacimus, ut suprascriptos commendatos omnibus modis et viis, quibus per bene pro tua prudentia uti scies in devotione et fidelitate nostri dominii tenere debeas. Reliquos vero inducere allicereque, ut in nostram commendationem veniant, ut adversus crudelissimum crucis inimicum unitis viribus potentius fortiusque agi possit.

Et quoniam intelligimus magnificum Lecham Duchaynum multum expeditioni christiane conferre posse, si in amicitiam et pacem cum

magnifico Scandarbego deduci posset, volumus, tibique mandamus, ut omni tuo studio et diligentia curare debeas, eos in concordiam et pacem deducere. Et si facta per te omni experientia et instantia eos conducere et componere non posses, curabis nostri dominii nomine obtinere, quod ab omni offensione se contineat, et favores suos huic christiane expeditioni exhibeat.

Visitabis preterea magnificum Stefanum Cernoevich vayvodam nostrum in partibus Xente cum illis bonis et humanis verbis, que tue prudentie videbuntur.

Copiam capitulorum, que cum suprascripto magnifico Scandarbego seu oratore suo habemus, fecimus tibi pro tua informatione dari, ut de omnibus informatus provideri possis, sicuti melius et utilius pro rebus status nostri videbitur.

Habere debes de salario in mense et ratione mensis florenos centum, ab omni angaria liberos, et si quid solvere cogereris, dominium nostrum ad eiusmodi solutionem pro te tenetur. Ducere tecum debes famulos octo, in quorum numero sit unus noster notarius cum uno famulo, quibus omnibus expensas facere teneris, et salaria solvere, preterquam notario. Et dominium nostrum tibi de passagio providere debet, ut celeriter exequi possis mandata nostra.

Solvere tibi poteris et salarium tuum a cameris suprascriptarum terrarum et locorum nostrorum de sex in sex mensibus accipere. De parte 125, de non 1, non sinceri 0.

Senato Mar. vol. VII. c. 134., u mlet. arkivu.

CCLXXXVI. God. 1463. 19. listopada, u Mletcih.

Obaviešćuje se poslanik u Ugarskoj o neizpravnosti viesti, da republika putem Ladislava sina hrcega Stjepana radi o tom, da si Bosnu prisvoji.

1463. 19 octobris. — Ambasciatori Aimo in Hungaria. Expectamus pacta initae confederationis. Fuit hic ambasciator ungaricus, episcopus Modrusiensis et Corbaviensis. „Memores sumus scripsisse vobis alias, quod attentis magnis processibus Turci tam in regno Bossine quam alibi, dubitantesque, quod res ille non tenderent in peius, ac scientes discordiam exortam inter ducem Stephanum et Vladislaum filium suum, qui adhesisse videbatur Turco, ut bellum gereret contra patrem et alios christianos, mittere deliberavimus unum oratorem nostrum ad illos dominos, ut experiemur, si eos invicem concordare possemus. Et ita misimus ipsum oratorem, qui, ut nuper nobis scripsit, difficultates illas composuit. Sed quum inter cetera orator ipse scribit, prefatum Vladislaum ingressus esse in Bossinam, et nonnullas terras et loca obtinuisse, publicarique fecit, quod istud fecit et facit nomine nostro, quo inferre volens, quod nos pretendamus ad res illas Bossine, et sibi ob id porrigamus favores nostros, que fama non fuit vera nec est, immo istud cum magna displicentia audivimus, qui nunquam aspiravimus nec aspiramus ad res illas, sed nos tenemus, quod pro maiori reputatione suarum rerum Vladislaus ipse famam istam sparserit, scribendas has nostras ad vos duximus, ut meram veritatem intelligatis, ut que si forte ad aures serenitatis regis Hungarie seu suorum fama ista pervenisset, que posset esse molesta

maiestati sue, et quicquam vobis promotum esset, seu vulgari sentieritis, possitis solita prudentia vestra patefacere veritatem, et illis utilibus et accomodatis verbis, que videbuntur vobis, iustificare et honestare rem istam, sicut bene facere poteritis et scietis." Magna letitia sensimus captionem Jajce, de qua papam subito certiorem fecimus. + 161 — 0 — 0.

Secreta cons. rogat. lib. XXI., u mlet. arkivu.

CCLXXXVII. God. 1463. 9. studena, u Mletcih.

Odlučeno u velikom vieću, da se sakupe galije, na kojih će se ukrcati papa, burgundski knez i mletački dužd.

1463. die nono novembris. Ser Alexander Marcello, ser Angelus Gradonico, ser Leo Duodo, ser Jacobus Barbadico. ser Andreas Fuscolo cap. XL. lo. consiliarii. Non latet hoc excellentissimum consilium, quanto mentis ardore ac ferventissimo zelo pontifex maximus tam literis suis quam verbis reverendissimi domini cardinalis Niceni legati hic existentis instanter requirat, ut serenissimus princeps noster in sanctam expeditionem adversus perfidum Turchum una cum beatitudine sua et illustrissimo domino Burgundie duce presentialiter proficiscatur. Rationes et causas ad id sanctitatem suam moventes aliter reconoscere non expedit, quando quidem sapientissimis literis beatitudinis sue lectis huic consilio id amplissime constat. Quantum vero gloriam et dignitatem nostram deceat, a felicibus rerum gerendarum successibus conferre possit, quod serenissimus princeps noster acquiescat et annuat christiane suasioni romani pontificis, et e contra si aliter ageretur, que inconvenientie sequi possent, nemo est qui facile non (videat). Sua sublimitas circa hoc decenter interrogata pro sua consueta mansuetudine et pia religione proque paterna affectione sua in patriam santissimum rosponsum prebuit, quod videlicet in primis omnem dispositionem suam in voluntate summi dei nostri collocaverat; pro quanto autem ad personam suam spectare poterat, fecerat professionem nostro dominio, cui facultates et substantias omnes suas dedicaverat. Non dicebat magis unum quam aliud in re ista, sed decretis nostris morem gerere semper conabitur. Propterea vadit pars, quod in nomine Jesu Christi redemptoris nostri, de cuius causa agitur, et pro honore et gloria sanctissime fidei nostre et exaltatione nominis christiani persuasio et requisitio summi pontificis acceptari debeat, et illustrissimus princeps noster bono et prompto animo personam suam afferat proficisci ad hanc sanctam expeditionem cum pontifice maximo et illustrissimo duce Burgundie. Et circa hoc scribatur beatitudini sue, ac respondeatur reverendissimo cardinali legato in ea convenienti forma, que expedire videbitur. De parte 1007, de non 11, non sinceri 16.

Maius consilium. Regina c. 46. r., u mlet. arkivu.

CCLXXXVIII. God. 1463. 16. studenoga, u Mletcih.

Obavieščuje se poslanik u Ugarskoj, da je republika sklopila savez proti Turčinu u Rimu sa papom i burgundskim vojvodom, i da će pratiti vojsku sam papa, dužd i vojvoda.

MCCCCLXIII. die 16 novembris. Ser Joanni Aimo militi oratori nostro ad serenissimum regem Hungarie. Ad officium affectionis nostre in regiam serenitatem Hungarie pertinere cognoscimus, que nobis occurrunt cogni-

tione digna, et que maxime non dubitamus maiestatem suam periocundo animo audituram esse, sibi significare; nuntiamus itaque vobis, quod proximis diebus inter serenissimum pontificem, illustrissimum dominum ducem Burgundie et nos in urbe Roma, medio oratorus ipsius domini ducis et nostrorum istic existentium, habentium opportuna, conclusa et feliciter celebrata est bona liga et intelligentia contra perfidissimum hostem Turcum, adversus quem etiam alii potentatus Italie disponuntur secuturi sanctitatem suam validis viribus et potentia. Promiseruntque sumus pontifex ac illustrissimus dux prefatus, hoc proximo tempore novo presentialiter se movere, et cunctis viribus mari terraque agere contra hostem, quemadmodum et nos facimus et magno et constanti animo facere polliciti sumus, augereque vires nostras, et nihil de possibilibus pretermittere in excidium comunis hostis istius. Cumque nuper requisiti instanter, ac persuasi simus a pontifice maximo, ut cum eo personaliter ad hanc sanctam expeditionem proficisci velimus nos licet respectu senectutis et etatis nostre iam ingravescentis id difficillimum esse noscamus, cupidi tamen in tam pio et necessario opere sue beatitudini morem gerrere, collocantesque voluntatem et omnem dispositionem nostram in superno redemptore nostro, sanctitati sue bono et prompto animo personam nostram obtulimus, profecturi cum ea et cum prefato illustrissimo duce; nihilque demum pretermissuri eorum omnium, que vires patientur nostre, ut ita gloriosum et celeste opus, favente altissimo, feliciter perfici possit. De his omnibus volumus, ut quamprimum notitiam detis prefato serenissimo regi, dicendoque sibi, quod speramus et in divina bonitate confidimus advenisse tempus, quo res christiane brevi bene feliciterque succedent. Sed expedit etiam, ut ad propulsandam potentiam et rabiem tanti hostis serenitas sua pro virtute et magnanimitate sua ex latere suo viribus omnibus, quibus poterit, hoc proximo tempore novo res suas ad hanc sanctam expeditionem disponat, ut ad exterminandum hunc hostem procedere possit per modum, quod a diversis partibus oppressus, melius faciliusque fugari possit. Preterea accepimus nuper litteras a serenissimo Francorum rege, quibus in responsionem nostrarum declarat nobis optimum animum et ferventem dispositionem suam faciendi contra Turcos, sicut per exemplum litterarum suarum, quod vobis mittimus his implicitum, videbitis. Nos autem, ut confirmemus maiestatem suam in bono proposito suo, utque habeantur favores sui, mittere statuimus ad suam serenitatem unum oratorem nostrum, quem expedire quamprimum studebimus; de qua re volumus, ut etiam prefato serenissimo regi notitiam dare curetis. De parte 150, de non 0, non sinceri 0.

Secr. cons. rogat. vol. XXI. c. 202., u mlet. arkivu.

CCLXXXIX. God. 1463. 18. studenoga, u Mletcih.

Odgovara se na molbe podnesene od poslanika Stjepana vojvode sv. Save.

1463. 18 novembris. Quod ad capitula per oratores illustris ducis Stephani sancti Save nostro dominio porrecta, respondeatur: nos intellexisse, que nomine illustris domini sui prudenter exposuerunt, excellencie cuius gratias agimus de salutationibus, oblationibus et donis suis.

Ad partem vero subsidii pro recuperatione status sui a Turcho sibi abrepti, deque illius substentatione dicimus, quod amantes magnificentiam suam tanquam bonum fratrem, et si quemadmodum intelligere potest pro pondere et magnitudine belli adversus Turchum terra marique suscepti magnis impensis involuti sumus, tamen ut intelligat amorem nostrum erga excellentiam suam, sumus contenti rectoribus nostris Dalmatie mandare, quod sibi morem gerrant, eique de illis peditibus, quos illis in partibus habemus, inserviant pro recuperatione status sui; et hoc idem dicimus de aliis genttbus, quas ad ipsas civitates et loca nostra sumus missuri, quod ad omnem excellentie sue requisitionem illi inserviant pro conservatione status sui. Quantum vero attinet ad illius conservationem in futurum, dicimus, quod considerantibus nobis bellum anno futuro Turco inferrendum ex partibus Hungarie, Albanie et Grecie a summo pontifice illustrissimoque Burgundie duce, cum quibus phedus et societatem inivimus, et a nobis et compluribus aliis christianis potentatibus, et trans Kalipolis angustias, certos nos reddimus, quod de statu suo dubitare non habebit. Verum certus erit de adipiscendo de illo inimici; nihilominus accidente casu, quem deus avertat, omnem opem possibilem excellentie sue exhibebimus. Ei pro suo solamine declarantes, quod in ipsam expeditionem idem summus pontifex, illustrissimus dux, et nos pro reverentia dei et defensione katholice fidei adversus crucis inimicum magnis apparatibus et viribus personaliter accedemus.

Ad rem filii dicimus, quod cognoscentibus nobis clare dissensionem, quam cum eo habuerat, fuisse causam danni status sui, quando intelleximus pacem sue excellentie cum illo factam, letati non mediocriter fuimus. Verum quando postea nobis nuntiatum fuit, ipsum filium non acquiescere, nec de pace ipsa stare contentum, dubitantes, talem discordiam esse posse totalem ruinam suam, pro nostra in illum benivolentia oratorem nostrum ad suam excellentiam misimus pro eiusmodi differentiis componendis, ut status suus tutus securusque redderetur, deque eiusmodi concordio non parum contentamenti habuimus. Considerantibusque his temporibus talem perturbationem maioris scandali suscitationem esse posse, animadvertentibusque quid per discordias per elapsum acciderit, quantumque deterius accidere posset, excellentiam suam fraterne rogamus, quod postquam status ille in filii manus pervenit, qui causa salutis sue esse posset et aliter ruine maioris, quod pro presenti equo animo ferre velit, quum in dei clementia et tot christianorum apparatibus speramus, quod tantum de inimici statu aquiretur, quod eiusmodi differentie per illius partitionem aptari perbene poterunt; pro quibus componendis faciemus semper quicquid boni nobis possibile fuerit, ut inter excellentiam suam et filium sit illa unio et pax, que inter patrem et filium iure optimo esse debet.

De loco Almisii dicimus, quod quando locus ille nostro dominio se subegit, promisimus eos sub ditione nostri dominii conservare, nec videmus modum, quomodo excellentie sue honeste satisfacere possimus, quum esset contra promissiones nostras. Verum pro nostro in illum amore ei libenter offerimus receptum in unaqueque terrarum et locorum tam Dalmatie quam omnium aliarum civitatum et locorum nostrorum pro sue excellentie suorumque omnium tutella.

De triremi dicimus excellentiam suam optime intelligere debere, quantopere his temporibus galeis opus habebamus ac maximo numero, ideo non posse requisitioni sue satisfacere. Verum si quis casus accideret, certum esse volumus excellentiam suam, quod pro nostro erga illam amore ei adminus de una galea providebimus, ut se suosque salvare possit, sicut anno presenti fecimus.

De bladis, que petit, et querella, quam de potestate Antibari facit pro farina et barcha etc. dicimus, quod dominio nostro carum esset in omni casu sue excellentie rem gratam facere, cui declaramus, quod ob deffectum bladorum, quem habemus, opus est nobis parce metiri conditiones bladorum pro sustentatione classis nostre et exercitus, quem in Peloponeso habemus; preterea non sine animi molestia audisse, quid per suprascriptum potestatem Antibari sibi factum fuerit Ideo ei expresse mandamus, quod omnia sibi integre restituat. Ex nunc quod captum sit, quod mandetur ipsi potestati, quod accepto mandato nostro infra xx dies restituisse debeat farinam et barcham seu valorem cum integritate sub pena dupli per advocatores comunis sine ullo consilio exigenda.

Ad partem demum pacis, dicimus, quod si accideret, quod ad pacem cum ipso Turco veniemus, ob nostrum in excellentiam suam amorem memorie habebimus illum in ea includere. Ideo excellentie sue pariformiter commemoramus, quod si ad pacem cum prefato Turco deveniet, illam sine nostro consensu non faciat, cum honestas ipsa velit, quod pro huiusmodi oblatione, quam excellentie sue facimus, ad hoc prorsus obligata sit. De parte 124, de non 2, non sinceri 4.

Hec sunt capitula suprascripti illustris domini ducis sancti Save.

Serenissimo principo et excelsa signoria etc. el vostro come bon filgio, fratello e citadino signore nostro illustrissimo duca Stephano algune volte per tempo passato ha mandato ala prefata illustrissima signoria vostra soi ambassadori, dando ad intendere a quella, come questo cam Turco e voluntareso ingiutirlo e anco disfarlo del mondo, come ha facto molti altri signori circumstanti si come lione superbo, domandando ala prefata signoria vostra, se degni prestarli adiuto de denari e de soldati e altre cosse del vostro potere, azo non fosse desfacto siando apresso ala prefata e habiando speranza in quella. Questo sa dio e nui infino al di presente ha habiute bone e honorevel promissione, altro no; quando lui scampo da la posanza de li pagani ale marine, trovo vostre galie, le qual el salvo, e fecili bona compagnia, digando li sopracomiti de le dicte galie: ve bisogna cossa alcuna, nui habiamo commandamento dala nostra illustrissima signoria de esser apparechiati e obedire la serenita vostra, per la qual cossa lui regratio la prefata serenita vostra, e cussi al presente rende gratie.

Item notifica ala prefata serenita vostra, che sa ben sapeti quello ha facto del re de Bossina e de altri signori Bosenesi, e anche quello ha facto a lui; e come lui e soi figlioli per la dio gratia e soi cavalieri son salvati da le mane de li pagani; ma el suo paese e soi castelli ha habiuto gran danno per respecto de alguni soi traditori, che era castellani in li dicti castelli, che li dette in mane del Turco cum el valore de la roba, che era dentro, e de la sua camera. Quando el passo la possanza de predicto cam per el suo paese, lasso Turchi castellani per signorizare

el paese; ma lui cum lo aiuto de dio torno in lo suo paese, e ave li soi castelli excepto tre, che anchora son in le man de li Turchi: se la posanza del predicto can non torna presto indreto, ha speranza in dio, che ancho hara li predicti castelli in le sue mane.

Item notifica ala prefata serenita vostra, che siando lui soto uno suo castello, bombardolo e facandoli guerra, e siando li Turchi dentro, vene da parte de la prefata vostro ambassador honorado miser Antonio Priulo, e disse el vostro bon conseglio e conforto, e lagnandosse de questo gran Turco, e fra le altre cosse disse: el me ha manda la mia signoria, che faca accordo e pase cum suo figliolo Ladislao. Lui intendando, quello mandava la prefata serenita vostra, regratio cum molto perfecto amore, e al presente regratia de ogni bona operatione verso lui, e cussi disse al prefato ambassadore vostro, che era contento de tuto quello faria la prefata serenita vostra; etiam mete el suo capo in le man de quela, e tuto quello fara, sera contento, e si el tolle de bona voglia. Vero e, che tre mesi avanti era accordato cum el suo fiolo Ladislao in questa forma, che tolesse la quarta parte del suo paese e castelli, che fosse de patrimonio e cussi tolsse de bonavoglia; et el predicto nostro signore ha una copia dela lettera de sua mane propria, unde se conteni li pacti e el suo sacramento, che ha facto de sua voluntade senza comandamento del predicto nostro signore, e questi pacti e sagramento trovo lo ambassadore. Vedando el suo filgio Ladislao, che el padre era messo in liberta de la prefata serenita vostra, commenzo a sotilgiarse e dire, che non vole la quarta parte ma la terca de tuto e de soe scripture e sacramenti se tira indreto, che aveva facte in prima; el nostro signore de quello haveva dicto in presenza de lo ambassadore, non se volse tirare in dreto, e cussi da la libertade a la serenita vostra; el suo figliolo Ladislao ha scripto cum lo ambassadore vostro volere la terza parte del tuto, come e dicto, e al suo fratello Stephano menore ha tolto la sua parte, el quale e cussi figliolo legiptimo come lui, e cussi figliolo de zentil dona come lui. Mo illustrissima signoria lui mete questa rasone denanti ala prefata, e che vediate, sel ve pare rasone e honesto; lui assai se chiama contento de vostre scripture e promissione ha habiute, e cussi ha fede e speranza, le promissione ha facte la prefata serenita vostra non venirne a manco ne per lui ne per soi heredi. Etiam ha speranza non torite el filgio in loco del padre, ne ancho el padre in loco del filgio; prima per la rasone de dio, la quale e in el mondo, l altra per respecto de le soe promissione; che dira li signori circumstanti, che aldira e ha aldicto si facta rasone, veda queste cosse, e faca questa rasone.

Item notifica ala predicta, quando lori fece questa scriptura nova e per mezo delo ambassadore vostro, in quella volta non li era presente el suo figliolo Vlatico, che altre volte fo ala serenita vostra; uno mese avanti lo aveva mandato in el paese suo ali confini del Turco, et e sta la ogni zorno facando guerra cum li Turchi, et ha tornato indreto el suo paese e castelli, et ha tolto apresso de quello cum lo aiuto de dio del paese del Paulovich bona parte e sei boni castelli, fra li quali e uno o el meglio havesse; e apresso del paese de Covacevich ha habiute bona parte e tre castelli, uno de li quali e apresso de Sebreniza, si che in

quella parte ha facto bene, et e sta solicito. Li Turchi, che era nel paese predicto, parte ha morti parte son fuciti. Se el mio figliolo Vlatico vedesse quello ha facto Ladislao a suo fratello senza rasone, conzosia i habia tolto la sua parte del suo fratello Stephano, che sta cum lui e scampasse dal Turco cum el paese e castelli, questa seria una mala novella; ma questo non voglia dio, che el suo figliolo Vlatico fesse simile cossa. El manda ala prefata serenita vostra la copia de la lettera de li pacti e zuramento fe el suo figliolo Ladislao, e prega quella la intenda, bene, vui trovariti, che va contra dio e la rasone e de suo padre e de suoi fratelli.

Item notifica ala prefata illustrissima signoria vostra, che altre volte ha mandati soi ambassadori per questo, e pregato zo, e che li concedessi el castello ha nome Homis, che lui aveva tolto al re de Hungaria, e vui el tollesti a lui, dio sa e vui per che casone et per fin al di presente non la mai potuto avere; per la qual cossa humelmente prega la prefata serenita vostra li dia el dicto castello per l amore de questi tempi, che vui sapeti, azo potesse venire a quello cum soi figlioli e cum lo havere e richezza, che dio gli ha prestado, e li condure el suo havere per miglior guardia e seguranza; e se de questo castello volessi da lui pizaria o fede, lui la dara. Questo castello sera come in le man vostre; e se da poi la serenita vostra et volesse indreto, non li sera parola alguna, per che el restituera de bona voglia, vui sapeti lo utile ne haveti de esso.

Item notifica a la prefata, e dice: vui aveti aldito e vezuto, che tempi i son stati sopra de lui, e come e sempre arente le man del Turco, e non ha navilii a questi tempi che son de bisogno, per la qual cossa humelmente prega la prefata signoria vostra, che in alturio li date una galia cum li soi fornimenti senza li homini; e questa per simili bisogni son stati e possa tenire a Nerenta, in la quale potesse salvare le sue persone. Se questo non puo esser piaza dar li una galia per la intrada a Cataro, che ha al anno ducati vi cento. Son passati parecchi anni non ha habiuto niente de la predicta intrada come altre volte ve sta dicto per sua parte; el resta avere piui de ducati 4000; li vostri conti de Cataro per vostre letere non li ha voluto dare nulla, scampando lui da li pagani. Li Ragusei li mando una galia, e sopra de lui se son ben pagati. Lui sa ben, che havete bisogno de galie al presente e de altre cosse.

Item notifica ala prefata, come altre volte ha mandato ambassadori ala signoria vostra, dimandando, li concedesse victuarie a Castel novo, e cussi la prefata signoria vostra comando ali conti de Cataro e de Budua e Antivaro, che non li sia dato impazo pur non sia cossa contro la signoria vostra. Li conti vostri non hanno voluto fare nulla. Per letere vostre li avete mandato e commandamenti. In ogni cossa li da impazo. E adesso la prefata signoria vostra aveva deliberato, che non comprasse frumenti ne biave in le terre vostre, elo per questa cason non ha voluto in quelle mandar a comprare ne frumenti ne biave, ma aveva mandato da Scanderbech, che comprasse frumenti in le sue terre, e cussi ne compro parte, parte dono del suo proprio. El vostro conte de Antivaro tolse formento e farine e la barca. E el conte segondo ho intesso soto man ha tolto la mita de le farine, e l altra mitade venduta, e la barcha, che

valeva ducati 35, la venduta al suo cavalero per ducati 14. Veda la signoria vostra, a che modo le tractado. A lui le vostre lettere non li vale niente; ne li vostri commandamenti vole obedire. Se de questo illustrissima signoria po esser qualche rasone, piaza de farla, perche sapia, che al presente li e de gran bisogno. Dove che e passato questo cam per el suo paese, ha desfacto biave, vigne, solo ha lassata la terra nuda e desfacti tuti li molini, e per questo averia mandato per la casa sua li fosse portata farina masenada. Lui haveria creduto ali soi bisogni, se avesse mandate al conte de Antivaro, che lui li avesse mandato del suo proprio. El conte de Antivaro de questo trova la scusa, e dise: questa lettera non val niente, perche non scrive quelli del conscio de li desi ne de lavogaria, e per questo ha mandato tute queste lettere e sopra de tuto pensariti; e prega come fratello vostro, e bon citadino, sopra de tuto li sia facto spazamento.

Item notifica como ha habiuto gran danno da questo can, e guarda e aspecta ogni zorno se non ha qualche provedimento da la signoria vostra et da li boni christiani, hara ancor pezor danno. Per la qual cossa prega ve dignate darli aiuto cum soldati o denari. Li furnimenti de li soi castelli son venuti a mancho: azo questo cam non piglia suo paese e castelli, perche el suo paese e scala e passo a tuta Croatia e Dalmatia, poteti extimare, se perde el suo paese a che etiam prega, se questo cam cercasse fare pase cum la prefata signoria vostra, che anche lui lo vogliate acceptar come vostro bon fratello et citadino.

Secreta cons. rogat. XXI. c. 203., u mlet. arkivu.

CCXC. God. 1463. 18. studenoga, u Mletcih.

Upućuje se knez spljetski o raznih poslovih tičućih se Bosne.

1463. 18 novembris. Comiti Spaleti et oratori nostro ad illustrissimum ducem sancti Save. Vostre letere fra le altre dade soto di xvii. del passado recevessemo, per le qual ne significasti per le summe instantie facteve per lo illustrissimo Ladislao, e dechiaration di suo pericoli, avevi asentido darli tre nostre insegne de s. Marco et a Juanus nostro provisionado fanti 40, de la qual cossa, quantumque ne fusse grata ogni persecution et expulsion de Turchi et ogni recuperation de quelle parte per gloria del signor dio e salute de fedeli, tamen per rispecto de la liga e confederation facta cum la maestà de re de Hungaria, quale ha delibera andar in Bossina, desiderosi non li causar alcun sospecto, che pretendiamo aver alguna participation de dominio in quel regno, volemo che cum quel bel modo ve sera possibile dobia operar cum el dicto conte Ladislao, che le insegne nostre non le volia adoperar salvo ne le terre e luogi suo paternal, per ricuperation di qual per l affection li havemo. Non ne e ingrato li abia prestado dicti favori nostri. Vui veramente ambassador per che per aver satisfacti i nostri commandamenti, ne ave piu volte facto dimandar licentia, semo contenti debia repatriar ben informado de tute nove e condition de quelle parte. A vui veramente conte dechiaremo, che per cason dela confederation avemo cum el serenissimo re de Hungaria non e de nostra mente, che in le cosse de la

banessa faça alcuna cossa sença expresso nostro commandamento. Ben ve porta tamen humanamente cum lei. De parte 141, de non 7, non sinceri 11.

Secreta cons. rogat. lib. XXI. c. 208., u mlet. arkivu.

CCXCI. God. 1463. 23. studenoga, u Mletcih.

Daje se odgovor nadvojvodi Albertu u poslovih Trsta.

MCCCCLXIII. die XXIII novembris. Illustri domino Alberto archiduci Austrie et cet. Illustris et excelse frater carissime. Ea est vetus amicicia et benivolentia nostra in inclitam domum Austrie, ut quecumque nobis veniant, non possimus nisi in optimam partem accipere. Celsitudo vestra litteris suis per hunc nuntium nobis redditis de nobis plurimum questa est, graviter et moleste ferens, quod presertim adversus Tergestinos arma sumpserimus, et quedam alia tentaverimus contra imperatoriam maiestatem. Nobis profecto magnopere displicet, illustrem dominationem vestram ea de nobis concepisse, que ab omni mente nostra aliena sunt. Cupidi semper fuimus cesaree maiestati in omnibus morem gerere, et excellentem domum Austrie omni semper affectu et amore precipuo prosecuti sumus. Neque consuevimus pro maiorum nostrorum more, nisi inviti et pulsi arma movere, quando quidem et equitatem et honestatem colere studuimus. Postquam enim Tergestini insolentissimi viri preter fas et ius violente et facto in contumeliam nostram iacturamque gravissimam subditorum nostrorum fregerunt occuparuntque stratas victualium et rerum, que continue per superiora tempora Justinopolim et ad alia loca nostra conduci solebant, nunquam cessarunt verbis et factis impudentissime agere contra nos. Quesivimus sepe per viam quietis differentias illas tollere. At quanto cum eis honestius agere studuimus, tanto semper insolentius et protervius se gesserunt, indignis et spurcissimis verbis et factis nos quotidie provocantes. Successit ob id, quod nonnullos equites ex nostris misimus prope illa confinia, qui super nostro stratas custodirent, nemini inferrent iniuriam, sed ut Musolachi non cogerentur preter velle suum cum victualibus magis ad unum quam ad alium locum se conferre. Tergestini superbissimi in nostros equites super nostro fecerunt insultum, quorum plerique vulnerati et aliqui cesi sunt. Ex quibus et multis aliis violentiis et iniuriis laccessiti et provocati, tandem post incredibilem pacientiam nostram tolleratam ultra quam per annos duos processimus ad eorum proterviam propulsandam; non quidem ut rem ingratam aut molestiam faceremus imperatorie maiestati, sed quia omnia divina et humana iura disponunt, ut vim vi repellere liceat. Doluimus sepe litteris nostris et etiam cum oratoribus maiestatis sue, qui ad nos fuerunt, de huiusmodi insolentiis Tergestinorum, sed non profuit nobis quicquam. Tergestini sui iuris semper esse voluerunt, nemini unquam obedientiam prestiterunt, omnia pro sua nequitia et levitate facere semper conati sunt. Nolumus, aut ulla ex parte contendere intendimus de dominio aut iurisditione Tergesti, qui pro maxima affectione nostra in serenitatem suam inque excellentiam vestram tale semper cuperemus esse imperium suum, quale ipsamet desiderat. Hoc dixisse volumus, ut excellentia vestra iustam causam nostram, quamque honeste moti sumus, intelligat. Sed quid

tandem in re ista Tergestinorum secutum sit, paucis absolvemus. Romanus pontifex per medium reverendissimi domini cardinalis Niceni legati de latere hic existentis pro rebus contra perfidos Turcos gerendis multum exhortari nos fecit pro pace Tergestinorum. Nos, sicut a natura datum est nobis, decrevimus iniuriarum suarum oblivisci; et per operam reverendissime paternitatis sue veniam et pacem dedimus Tergestinis, iussimusque gentes nostras ab eorum obsidione castra movere, quod fecimus eo libentius, quo existimavimus, gratum id et acceptum admodum futurum esse prefate imperatorie maiestati ac dominationi vestre. In his quoque litteris suis excellentia vestra commemorat differentias quasdam portus Naonis et Istrie. Pro his, que ad portum Naonis pertinet, nihil dicere opus est, quoniam iam diu inter oratores imperiales et nostros, qui illuc se contulerunt, soleniter facta fuit transactio et conclusio debita inter partes. Pro quanto vero ad differentias limitum et confinium Istrie spectare potest, iussimus semper subditos illos nostros cum Pisinensibus et aliis subditis imperialibus quiete et pacifice vicinare. Neque in rebus illis voluimus unquam nec volumus nisi quantum honestas et equitas patiantur. Sumus denique in queque grata et placita celsitudini vestre omni tempore paratissimi. De parte 144, de non 1, non sinceri 1.

Secreta cons. rog. vol. XXI. c. 206., u mlet. arkivu.

CCXCII. God. 1463. 26. studenoga, u Mletcih.

Izabran za novoga vrhovnoga pomorskoga kapetana Orsat Justiniano.

MCCCCLXIII. die XXVI novembris. Unusquisque intelligere potest ex litteris lectis huic consilio, quam necessarium et expediens sit cum omni studio et celeritate consulere et providere expeditioni nostre Amoree ac etiam securitati et conservationi status et rerum nostrarum partium levantis, ne propter tarditatem provisionum ipse vires nostre, que tantum important, aliquod incommodum patiantur. Et vir nobilis Ludovicus Lauredano procurator ecclesie sancti Marci, impresentiarum capitaneus noster generalis maris pluribus litteris suis et novissime cum maxima instantia requisierit, quod per nostrum dominium fiat electio et provisio eius successoris, tam propter senium quam invalitudinem persone sue, et conveniat benignitati nostri dominii non gravare cives suos ultra quam pati possint. Vadit pars, quod in nomine Jesu Christi salvatoris nostri et in bona gratia, crastina die eligi debeat unus capitaneus generalis maris loco predicti ser Ludovici per scruptinium in consilio rogatorum, et per duas manus electionum in maiori consilio, qui possit eligi de omni loco et officio, et officio continuo, illis modis, salario, prerogativis et conditionibus omnibus, quibus electus fuit idem ser Ludovicus. Teneatur respondere infra terciam diem a die electionis sue, nec possit refutare sub pena ducatorum v centum, et si refutaverit pro eundo extra, teneatur transire Alpes, aut Quarnarium et stare mensibus sex. Post cuius electionem teneatur collegium quamprimum venire ad hoc consilium pro providendum ad recessum et commissionem suam. De parte 160, de non 8, non sinceri 4.

Electus ser Orsatus Justinianus miles procurator sancti Marci. Acceptavit.

Sec. cons. rog. vol. XXI. c. 207., u mlet. arkivu.

CCXCIII. God. 1463. 29. studenoga, u Mletcih.

Obavieššuju se zapovjednici zadarski o savezu sklopljenu sa burgundskim knezom i papom.

Pro felici confederatione contra Teucrum. Christoforus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Nobilibus et sapientibus viris Luce Mauro de suo mandato comiti et Donato Barbaro capitaneo Jadre fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Potuistis forsitam iam antea intelligere confederationem et coligantiam solemniter celebratas preteritis his diebus in Roma inter summum pontificem, illustrissimum dominum ducem Burgundie et nos adversus perfidissimum hostem Turcum, contra quem romanus ipse pontifex et dominus dux cunctis eorum viribus ad tempus novum personaliter profecturi sunt, ut nichil eorum omnium, que fieri possint ad propulsandum et exterminandum eum pretermittatur. Nos quoque et si in presentiarum in aperto bello sumus cum isto immanissimo hoste, ad id tempus cumulatoribus viribus totisque conatibus nostris adversus eum processuri sumus. Requisitique nuper et persvasi a pontifice maximo, policiti ei sumus, cum persona nostra propria ad hanc sanctam expeditionem proficisci. Et ita auxiliante deo cum effectu facturi sumus, comittaturique beatitudinem suam. Erunt etiam in hac expeditione comites, ut confidimus, de aliis potentibus christianis, ita ut favente altissimo, cuius res agitur, tenendum sit, Cristi fideles felicem exitum reportaturos esse. Hec vobis significanda duximus, volentes, ut comunicato consilio istius fidelissime comunitatis nostre, ea sibi nota faciatis, quemadmodum ad officium nostrum in veros cives et fideles nostros pertinere existimamus. Datum in nostro ducali palatio die XII novembris, indictione XII., MCCCCLXIII. Recepte die 29 novembris 1463.

„*Ducali e terminazioni.*" *II. 51., u zadar. arkivu.*

CCXCIV. God. 1463. 29. studenoga, u Mletcih.

Nalaže se poslaniku u Ugarskoj, da na sve pazi i obaviesti.

MCCCCLXIII. die XXVIIII. novembris. Ser Joanni Aimo militi oratori nostro ad serenissimum regem Hungarie. Delate sunt nobis littere vestre die XV novembris presentis, quibus inter cetera gratissime intelleximus adventum vestrum ad partem Sclavonie proximas regno Bossine, et regie maiestati Hungarie apud Jaiçam existenti. Nam ferebatur, quod ob invalitudinem persone vestre remanseratis in loco quinque ecclesiarum, quod profecto nobis molestum erat tum respectu persone vestre tum quia per distantiam vestram a rege non videbamus iuxta desiderium nostrum exequi per vos posse nostra mandata. Operam quoque vestram et diligentiam per vos adhibitam, ut idem serenissimus rex transiret Savam, et ad impresiam illam Bossine se conferret, laudamus plurimum et merito commendamus, quoniam, ut non dubitamus, pro vestra prudentia vos optime intelligere, quanto magis procedetur ex omni parte ad inferrendum bellum contra perfidum hostem Turcum, tanto melius tantoque utilius erit, ut a diversis partibus propulsatus, et in Amorea et alibi res gerrende feliciores successus reportare possint: circa quam rem contenti

sumus et volumus, quod apud serenitatem suam agatis quicquid a vobis fieri possit. Advisantes vos, quod omni nostro studio apud romanum pontificem accuratissimam operam adhibemus, ut sua sanctitas tam per missionem unius reverendissimi legati ad prefatum serenissimum regem, quam per provisionem pecuniarum, omnes favores possibiles impendat maiestati sue, et per ea, que habemus, tenemus ita cum effectu sequi debere per modum, quod serenitas sua tempore novo validis viribus et cum potenti exercitu, auxiliante deo, ad exterminandum hostem magnanime procedere poterit, quemadmodum etiam pontifex maximus ac illustrissimus dominus dux Burgundie et nos personaliter, et cunctis viribus tam mari quam terra, duce deo facturi sumus, sicut per alias seriosius vobis scripsimus. Confidimus namque in superna clementia, quod hostis iste undique propulsabitur cum eterna gloria serenitatis sue et aliorum principum christianorum, qui ad hanc sanctam expeditionem profecturi sunt. Nosque non cessamus continue conducere et expedire gentes equestres et pedestres, et similiter galeas, quas mittimus contra hostem. Scimus etiam summum pontificem reliquas curas omnes deposuisse, et similiter prefatum ducem Burgundie, et ad nihil aliud attendere, quam ad hanc sanctam expeditionem.

Placuit preterea nobis plurimum intelligere, quod fueritis et sitis vigilans et intentus propter ea, que regie maiestati potuerint seu possent refferri, quod pretendere voluerimus ad res Bossine, et quod iustificaveritis et iustificaturus sitis cum propria virtute causam nostram, sicut superioribus nostris litteris vobis scripsimus. Et hoc idem dicimus de banatu Croatie. Demumque volumus, quod de successibus rerum illarum curiosius sitis litteris vestris nos certiores efficere. De parte 137, de non 0, non sinceri 0.

Secreta cons. rogat. vol. XXI. c. 208., u mlet. arkivu.

CCXCV. God. 1463. 11. prosinca, u Mletcih.

Dozvoljeno, da Ninjani nose svoje proizvode u Zadar.

Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis nobilibus viris de suo mandato comitibus et capitaneis Jadre et None ceterisque rectoribus et offitialibus nostris Dalmatie presentes litteras inspecturis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Moti suplicationibus fidelissime comunitatis nostre None, cum nostro consilio decem concessimus ac tenore presentium concedimus, quod formentum et farinam et quoscumque redditus suos e Nona Jadram defferre et defferri facere possint ad libitum ipsius comunitatis. Quare cum dicto nostro consilio vobis scribimus et mandamus, quod aliquo alio nostro mandato in contrarium faciente non obstante, dictam concessionem nostram eidem civitati observetis, facientesque inviolabiliter observari; advertentes, ne pretextu huius nostre concessionis dicti reditus alio defferrantur quam ad dictam civitatem nostram Jadre. Data in nostro ducali palatio die II decembris, indictione XII, MCCCCLXIII. L. S. Peregrinus Tiricus notarius et None cancellarius scripsit, subscripsit et sigillavit.

Ex libro IV: „Privileggi della magnifica comunità di Nona" c. 127, u zadar. arkivu.

CCXCVI. God. 1463. 12. prosinca, u Mletcih.

Odgovori na molbe dubrovačkih poslanika.

1463. 12 decembris. Che se responda a Ragusei in questa forma: Come i hano per experientia cognoscudo non havemo auta menor cura de i pericoli suo e de la salude e conservation sua de quella havemo auta del stado nostro, perche etiam avanti che fossamo vegnudi alla guerra cum el Turcho, come da poi havemo facto per salude de fedeli, commettessemo ale galie nostre havesseno non menor cura de la defension e salude sua che de i luogi nostri. Et in el facto di formenti non obstante el grandissimo bisogno nostro a sustegno de l armada nostra e de tanti populi, tamen a cason non fosseno prevegnudi da caso subito concedessemo a loro quello, que ad alcun di luogi nostri de Dalmatia non avemo voluto concieder, i quali erano in mazor pericolo cha loro. Hora essendo mudade le condition de le cosse, e non sotozasendo loro ad alcun periculo, et essendo si l armada nostra come tute quelle parte de fedeli in gran necessita de formenti, dubitando nui la causa christiana per tal mancamento non patisse senestro cum pericolo de tuti fedeli, et per questo postponendo la commodita de questa nostra cita, per segurta de quella impresa havemo convenuto per diverse parte del mondo proveder a un ducato del staro é piu segondo el se pora aver. La qual cossa avendo facta in nui per non inferir incommodita e pericolo a questa santa impresa, non savessamo altramente e confortar e consegliar quella sua communita dovesse far, et maxime essendo certificati, haverge tracto bona quantita de le parte de Albania.

Ala parte de navilii dixeno esser sta retenuti, cureremo averne information da i rectori nostri, et auta et intexa la cossa, li responderémo; e cum queste e quelle altre parole aparera sia spacado el dicto ambassador. + 137 — 1 — 1.

Secreta consilii rogat. lib. XXI. c. 213., u mlet. arkivu.

CCXCVII. God. 1463. 13. prosinca, u Mletcih.

Poslaniku Skenderbega odgovara se na njeke molbe.

MCCCCLXIII. die XIII decembris. Quod ad declarationes capitulorum magnifici domini Scanderbegi, quas spectabilis dominus Paulus Gassulus miles illius orator nomine suo fieri petit, respondeatur, et ad primum dé gente italica mittenda, nos esse contentos magnificencie sue satisfacere, ipsamque gentem, sicuti promisimus, mittere, quam volumus durante bello cum Turco cum magnificencia sua stare et perseverare, ut adversus ipsum crucis inimicum magnanime facere possit, sicuti in solita virtute sua confidimus, quibus gentibus de duobus in tribus mensibus de suis pecuniis satisfieri faciemus, adeo quod utiliter servient.

Ad secundum: quod pecunie ipse dentur nuntio, quem idem magnificus Scanderbegus mittet et dari ordinabit, respondeatur: nos nulla alia causa provisorem nostrum ad illas partes mittere statuisse nisi pro faciundis cum magnificencia sua provisionibus ad huiusmodi bellum neccessariis, cui pecunias stipendiariorum ipsorum mittemus, ut gentes ipse contente diligenter inserviant.

Ad tertium: quod requirit et supplicat, sibi diffinite responderi de galea et navi, quam petit, et sint ad petitionem magnificencie sue in aliquo convenientiore et accomodatiore portu, qui magnificencie sue et prefectis ipsius triremis et navis videbitur, respondeatur: quod quamquam primis capitulis nostris magnificencie sue super hac parte responderimus, nos in Dalmatie et Albanie partibus non unam sed plures galeas esse habituros, quas ad omnem requisitionem suam esse ordinavissemus; tamen pro satisfactione petitionis sue mittemus unam galeam comiti nostro Catari, quam ad omnem requisitionem magnificencie sue armatam sibi et in ordine mittere debeat. Ad partem navis etiam dicimus, quod mandabimus etiam ipsi comiti nostro, quod et unum et duo et plura navigia de maioribus et melioribus, que habebit, sibi mittere debeat quotiens requisierit, ut rebus suis consulere possit, ad quem magnificencia sua mittere poterit, quando sibi videbitur, quoniam galeam et navigia ipsa sine temporis intermissione habebit, quia idem comes ita in mandatis expresse habet, cui efficaciter scribatur.

Ad quartum: quod vult et supplicat, quod pax cum Turco fieri non possit nisi in ea ipse etiam includatur cum dominio, quod ad presens tenet, respondeatur: quod si ad praticam aliquam pacis cum Turco veniemus, eam nullo pacto concludemus nisi in ea incluso ipso magnifico domino Scanderbego tanquam nostri dominii commendato, qui versavice teneatur non posse cum ipso Turco pacem facere nisi cum consensu et voluntate nostra. Preterea teneatur ad omnem nostri dominii requisitionem Turcho bellum indicere.

Ad quintum: quod vult diffinite particulariterque declarari, si accidente casu, quem deus avertat, quod ex dominio peleretur, quam provisionem illustrissimum dominium sibi, uxori et heredibus suis faceret, et quo in loco esset intentio dominii, ut maneret, respondeatur: etsi nobis persuademus et firmiter tenemus ob magnas provisiones, que adversus Turcum fient, id non esse casurum, tamen ut intelligat dominium nostrum magnificentie sue esse affectum, ei promittimus, accidente casu, quem deus avertat, quod si e dominio pelleretur, ultra provisionem annualem quam a nostro dominio habet maxime pro defensione civitatum et locorum nostrorum partium Albanie alios ducatos v. centum singulis annis dare, cum quibus magnificencia sua cum uxore, liberis et familia honorifice vivere poterit; de loco vero sumus contenti, ut aut in insula nostra Liesne aut Curzole, ubi magnificencie sue placebit, habitare possit, in altera quarum stare statuet, sibi de convenienti habitatione provideri faciemus.

Ser Jacobus Lauredanus, ser Victor Capello, sapientes consilii, ser Dominicus Georgio sapiens terre firme. Volunt suprascriptam partem cum hac conditione. Et quoniam tam magnificus Scanderbegus quam Lecha Duchaynus nullam in capitulis suis de aquisitione aliqua mentionem faciunt, nihil super ea re dicatur, ymo verba in his et Leche capitulis posita amoveantur. De parte 93.

Ser Franciscus Balbi consiliarius et sapientes ordinum. Volunt, quod dicatur: quod quicquid aquiret, sit suum, excepta Avalona, Chunina et Pyrcho locis maritimis. De parte 28, de non 4, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum lib. XXI. c. 214., u mlet. arkivu.

CCXCVIII. God. 1463. 13. prosinca, u Mletcih.

Daje se odgovor na molbe podnesene od poslanika Leke Dukajina.

MCCCCLXIII. die XIII decembris. Quod ad capitula porrecta per fratrem Eugenium ordinis minorum et magistrum Petrum a Diploidis, nuntios magnifici Leche Duchayni, respondeatur: et

Ad primum: Nos arbitrari fidem provisionemque nostri dominii magnificencie sue notam esse debere, quam cuique inviolate servare semper curavimus. Et sicuti magnificencia sua scire debet, partem villarum, ob devotionem et fidem magnificorum quondam Nicolai et Brage Duchayno erga nostrum dominium, Nicolao Duchayno eorum nepoti concessimus. Quamobrem non videmus, quomodo, salvo honore et fide nostri dominii, eas sibi concedere possimus. Partem vero iurisditionis loci nostri Dagni esse, sine quibus locus ipse nudus penitus maneret; et sicuti magnificencia sua memorie habere debet, ville ipse per formam pacis, quam suprascriptus frater Eugenius nuntius suus ad instantissimam requisitionem magnificencie sue cum nostro dominio conclusit, nobis remanserunt. Et sicuti magnificencie sue pacem ipsam servavimus ac servare pro more nostro intendimus, conveniens est, quod magnificencia sua itidem erga nos faciat, ac loca ipsa, que idem frater Eugenius parvi valoris asseveravit, pro commoditate ipsius loci nostri Dagni dimittat. Verum ut intelligat devotionem et fidem suam nostro dominio gratam esse, sumus contenti pro optima nostra in illum dispositione magnificencie sue singulis annis de provisione ducatos III centum dare.

Ad secundum respondeatur: quod licet teneamus id accidere non posse ob magnas et validas provisiones, que adversus Turcum undique fient, tamen si casus accideret, quem deus avertat, providebimus ei de loco pro habitatione sua ac victui adeo, quod cum filiis suis honorifice vivere poterit.

Ad tertium respondeatur: quod si ad pacem cum Turco veniemus, nullo modo eam concludemus, nisi in ea incluso ipso domino Lecha tanquam nostri dominii commendato. Ipse vero versa vice cum Turco ipso pacem facere non possit sine voluntate et consensu nostri dominii, cui ad omnem nostram requisitionem bellum indicere teneatur.

Ad quartum respondeatur: nos esse contentos requisitioni sue satisfacere, id est, quod non sit sub magnifico domino Scanderbego silicet sub provisore nostro, seu quovis alio rectore nostro partium ipsarum.

Ad quintum respondeatur: quod fiat, ut petitur. De parte 127, de non 2, non sinceri 4.

Hec sunt capitula suprascripti domini Leche Duchayni.

Commissione a vui frater Eugenio e a vui maistro Piero de tuto quello havete a domandar ala serenissima signoria de Venesia per parte de mi Lecha Duchayno.

Primo domandate, che la prefata serenissima signoria me renda tute quelle ville, le quale tenia avanti tolesse la terra del Dagno, zoe la Zapa cum tuti li soi confini e tuta la Rogamania perfino ala preda tagliata, nominando particularmente tute le ville, commenzando ala prima de la Zapa etc.

Prima Ranesa cum sancta Maria de Galina.

item Pocerami
item Selita
item Fereri
item la Baba
item la mita de li grutti
item li Grammisi
item Malici
item Lixosi
item base tre che sono ali Steuranchi
item li Trossani.

Vile de la Rogomania:

Primo li Dodice
Lissani
La Virda
Medoia
Sacoli
Venlini
Merristi.

Item domandariti, che segundo che Turchi mi discaciassino del mio paese, che la prefata signoria me dia uno luogo che possa stare cum mei figlioli, e proveda al mio viver.

Item che faciando paxe cum lo Turcho, che mi si incluso in quella como suo ricommandato.

Item non voglio essere soto Scanderbego; ma son ben contento esser soto qualunque rector o proveditore voglia la prefata signoria, e stare sempre a sua obedientia.

Item domando, che se Scanderbego me fesse guerra, che la sua serenissima signrria me dia aiuto; e simile se mi la fesse al dicto Scanderbego, so contento aiuti lui.

Secreta cons. rogat. vol. XXI. c. 214., u mlet. arkivu.

CCXCIX. God. 1463. 28. prosinca, u Mletcih.

Pruža se pomoć u vojnicih ugarskomu kralju.

mcccclxiii. die xxviii decembris. Confert plurimum securitati status nostri Dalmatie, ac amicicie et unioni nostre cum serenissimo rege Hungarie et requisitioni per maiestatem suam facte comiti nostro Spaleti de pulvere a bombarda et gentibus, sicut per virum nobilem Antonium de Priolis regressum ex partibus illis huic consilio relatum est. Propterea vadit pars, quod ex ballistariis et peditibus nostris, qui sunt in Sibinico et Spaleto, mittantur ad favores ipsius regis usque cl. in cc. sub gubernatione Jacobi Arditi comestabilis nostri, et mittantur de presenti pecunie accipiende ex omni loco pro duabus pagis dictorum ballistariorum et peditum. Mittantur quoque de presenti cum una velocissima barcha Sibenicum et Spaletum barilia centum pulveris a bombarda videlicet quinquaginta pro loco. Et scribatur rectoribus Sibenici et Spaleti, quod si rex Hungarie requiret pulverem a bombarda, subito mittere debeant ad serenitatem suam libere et gratis vel totam dictam pulverem vel illam bonam partem, que eis videbitur. Mittant quoque balistarios et pedites predictos cum omni celeritate. Et scribant circa hoc regi in bona et convenienti forma. Et scribatur comiti Sibenici, quod de balistariis de Pirano, qui illic sunt, sequi subito debeat, quantum ei scribet comes Spaleti. Landen-

turque et commendentur per literas nostras, quantum rectores ipsi fecerunt in satisfaciendo requisitioni prefati regis. De parte 128, de non 4, non sinceri 4.

Senato. Mar. vol. VII. c. 143., u mlet. arkivu.

CCC. God. 1463. 30. prosinca, u Mletcih.

Občina hvarska nudi Mletčanom, da će sama oboružati jednu galiju.

1463. 30 decembris. — Fidelissima comunitas nostra Liesne nostro dominio obtulit armare unam galeam, supplicans, ut illam sibi mittere dignemur. Quamobrem vadit pars, quod respondeatur, eiusmodi oblationem suam nostro dominio fuisse gratissimam, supplicationi cuius, occurrente casu, contenti erimus satisfacere, illamque sibi mittemus, ut armetur illis modis et conditionibus, quibus armate fuerunt alie galee nostre in aliis civitatibus nostris Dalmatie. + 146 — 10 — 0.

Senato Mar. vol. VII. c. 143., u mlet. arkivu.

CCCI God. 1463. 31. prosinca, u Mletcih.

Republika po svom poslaniku u Ugarskoj izpričuje se, što više nemože davati kralju svotu od 3000 dukata.

1463. 31 decembris. — Ser Joanni Aimo militi, oratori nostro ad serenissimum regem Hungarie. Reddite sunt nobis littere vestre diei ultimi novembris decursi, que nobis displicentiam non modicam attulerunt, intellectis his, que scribitis de murmurationibus factis de nobis in exercitu regie maiestatis Hungarie post reditum reverendi domini episcopi Modrusiensis oratoris sui tam pro rebus Bossine, quam ex quo non dederimus favores ullos pecuniarum eidem serenissimo regi. Intelleximus quoque, quod retulerit vobis circa res istas reverendi domini episcopi Collociensis et Varadinensis. Et respondentes vobis cum nostro consilio rogatorum dicimus, quod pro quanto pertinet ad negotia Bossine superioribus nostris literis satis intelligere potuistis, si de rebus illis impedire nos volumus nec ne, sed de hoc etiam experientia, que rerum magistra est, omnes amodo certissimos reddere potest de sinceritate animi nostri penitus alieni a rebus illis. Comiti vero Vladislao filio illustris ducis Stephani sic instantissime requirenti, dati fuerunt per nostros aliqui modici et ut ita dixerimus minimi favores, ut quedam loca patrimonii sui occupata per Turcos, recuperare posset.

Secr. cons. rogat. lib. XXI. c. 218. t., u mlet. arkivu.

CCCII. God. 1464. 13. siečnja, u Mletcih.

Jako bolesnomu knezu hvarskomu dozvoljeno, da podje van Hvara, a da stavi mjesto sebe svoga sina.

1463. 13 ianuarii. — „Nobilis vir ser Franciscus Sagredo comes Liesne ob labores, quos sustinuit proximo tempore in novitatibus illarum partium pro securitate et bono illius loci, contraxit infirmitatem gravem,

quam adhuc periculose patitur, et ad humanitatem nostri dominii pertineat dare ei comoditatem, qua possit valitudinem suam curare"; ideo ei permissum inde exire, ponendo loco sui suum filium Albanum Sagredo. + 110 — 2 — 6.

Senato Mar. vol. VII. c. 145., u mlet. arkivu.

CCCIII. God. 1464. 28. veljače, u Mletcih.

Nalaže se knezu spljetskomu, da čuje od banice zadnju rieč glede Klisa.

1463. 28 februarii. — Comiti Spaleti. Audivimus „quantum scripsistis nobis circa facta magnifice banisse et Clisse"; sed contra ea, que vobis scripsimus antea, nunc „volumus, quod per illum cautum et secretum modum, qui prudentie vestre videbitur, detis operam intelligendi ultimam intentionem dicte banisse circa modos et conditiones, cum quibus locum illum Clisse nobis consignari contenta sit." + 159 — 3 — 4.

Secr. cons. rogatorum, lib. XXI., u mlet. arkivu.

CCCIV. God. 1463. 2. ožujka, u Mletcih.

Mletčani šalju poslanika kralju ugarskomu, da mu čestita radi pobjeda u Bosni, da mu ponudi 60.000 dukata, ako udari na Turčina itd.

MCCCCLXIII. die secundo martii. Quod fiat commissio viro nobili Francisco Justiniano ituro oratori nostro ad serenissimum regem Hungarie in hac forma.

Nos Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro Francisco Justiniano dilecto civi nostro, quod vadas honorabilis orator noster ad serenissimum regem Hungarie, accelerando iter tuum quanto studio et diligentia poteris. Nam ut nosci, mittimus te principaliter, ut intersis conorationi regie maiestatis sue, que in dominica proxima palmarum fieri decreta est: ideoque ut plane intelligis, ob temporis angustiam magnopere neccessarium est, quod in solicitando viam tuam nullum tempus ammittas.

Quando applicueris Budam seu ad locum, ubi se reperiet idem serenissimus rex, est nostre intentionis et volumus, quod cum verisimiliter istic etiam futurus sit vir nobilis Joannes Aymo miles orator noster apud serenitatem suam, secum te reperire debeas, et sicut decens est, comunicare secum hanc instructionem tuam, ut unite procedere possitis ad exequendum hec nostra mandata.

Deide volumus, quod simul detis operam adeundi presentiam serenissimi regis, et sub litteris nostris credentialibus, quas tibi fecimus exhiberi, factis per te nomine nostro omnibus illis decentibus salutationibus et amplissimis oblationibus, quas noveris opus esse ad patefaciendum sibi amorem et animi nostri sinceritatem, expones, quod firmavimus diu id institutum in nobis, ea affectione et integerrima benivolentia per continua tempora regiam serenitatem suam prosequi, ut profecto omnem eius sublimationem et gloriam iocundissimam semper non secus quam propriam habituri simus. Et quando iam pridem tum litteris oratoris nostri tum fama publica intelleximus prosperos eius successus in Bossina,

summum quippe gaudium et immensam leticiam sumpsimus tum pro honore dei, cuius causa agitur imprimis, tum quia omnis splendoris et amplitudinis celsitudinis sue, pro magnitudine amoris nostri, magna ex parte vere participes reputari possumus. Congratulamur itaque quantum possumus maiestati sue pro huiusmodi felicibus eius successibus, congratulamur quoque quammaxime, quod optatum tempus advenerit, quo meritissimam eius coronam sua serenitas susceptura sit; pro quo quidem gaudio nostro apertius declarando apud alium oratorem nostrum mittere te statuimus ad eius presentiam, ut felici coronationi sue intersis, utque nomine nostro ea omnia agas, que decus maiestatis sue conspicere possint. Et cum his et aliis benivolis, affectuosis et accommodatis verbis, que tue prudentie videbuntur, exequi quam diligentius curabis hanc nostram intentionem.

Quemadmodum nosci scripsimus anteactis diebus ad prefatum Joannem oratorem nostrum per duplicatas litteras nostras, quod offerre deberet serenissimo regi florenos LX. mille nomine nostro, eunte maiestate sua cum exercitu suo extra regnum suum contra perfidos Turcos per illos terminos, et sicut in litteris ipsis nostris cavetur, quarum exemplum ad informationem tibi dari fecimus. Reddimur autem certi, quod orator ipse noster litteras nostras acceperit, et mandata nostra omni studio adimplere curaverit. Sed nihilominus quia summum in modum cupimus, quod rex ipse quanto celerius quantoque potentius possibile sibi sit contra Turcum comunem hostem se paret, exeatque in castra tali tempore, quod hostes prevenire possit, sicut ad consequendam victoriam magnopere necessarium esse tenemus, hanc commissionem ostendes prefato oratori nostro, sumusque contenti et volumus, quod captato tempore esse debeas cum serenitate sua, ubi etiam unite secum eris, quodque declarata per eum optima et sincerissima dispositione nostra in serenitatem suam, commemorataque, sicut opus erit, oblatione nostra, studeat cum verbis et rationibus sepenumero sibi scriptis, et cum de aliis, que expedire videbuntur, exhortari et inducere maiestatem suam ad effectum predictum, et ad solicitandum apparatus suos. ut celeriter esse possit in castra ad propulsandum rabiem immanissimi hostis cum eterna laude et immortali gloria sua. Certificando serenitatem suam, quod quanto possumus studio curavimus et curamus tam apud summum pontificem quam apud alios principes cristianos, ut et ipsi etiam favores suos prestent maiestati sue, ut potentius et melius procedere possit, speramusque et confidimus, operam hanc nostram bonum fructum parituram esse. Romanus quoque pontifex res omnes suas disponit, ut ad sanctam hanc expeditionem proficiscatur. Id ipsum illustrissimus dominus dux Burgundie facere studet. Nos quoque ultra vires terrestres, quas tam in partibus Amoree quam Albanie quotidie incessanter augere studemus, disponimus cum persona propria auctis viribus tam nostris maritimis quam terrestribus ad hanc sanctam expeditionem auxiliante deo proficisci, et comites esse pontifici maximo et prefato illustri domino duci.

Habemus quoque apud serenissimum regem Franchorum unum oratorem nostrum, qui litteris suis dierum XXVIII et XXVIIII ianuarii decursi significavit nobis optimam mentem et dispositionem maiestatis sue, que optulerat X mille bellatores armatos et bonarum gentium ad hanc sanctam

expeditionem, sed necesse fore commemorabat, quod vel concordia vel treugue sequerentur inter serenitatem suam et regem Anglie, que existimabantur locum habiturum esse, maximeque interveniente mandato summi pontificis, inhibente regibus illis bellum sub censuris respectu fidei etc. Quam inhibitionem papa iam fecisse tenemus. Sequentibusque concordio seu treuguis antedictis, rex Anglie proculdubio mittere contentus esset saltem v. mille bellatores sub ductu illustris ducis Burgundie. Remanserat insuper bene contentus rex Franchorum, quod exigerentur decime in regno suo, indulgentie, et bulle summi pontificis publicarentur, ex quibus haberetur magna summa pecuniarum. Cum itaque auctore deo omnia bene disponantur, virtuti et magnanimitati regie maiestatis Hungarie summopere convenit, veluti catholico principi, omni studio eniti, ut ex parte sua in honorem dei eternamque memoriam suam nihil de possibilibus pretermittat, ut hostis iste ubique exterminari possit; procurate itaque prudenter exequi hanc nostram intentionem.

Jussimus consignari tibi duos pannos deauratos, deferendos tecum, quos volumus dono presentari serenissimo regi, quando et sicut et cum illis bonis et utilibus verbis, que vobis oratoribus videbuntur.

Quemadmodum nosci, res nostre in partibus Amoree non nisi bene succedunt, sicuti etiam scripsimus pridem oratori nostro, qui impresentiarum est apud prefatum regem. Verum quid demum acceperimus per litteras regiminis nostri Corphoy diei XIII februarii prope decursi, de conflictu dato Flambulario Amoree videbis per copiam litterarum, quas tibi fecimus exhiberi, quod novum, ubi et sicut opus erit, comunicari poteris.

Et quoniam relatum est, serenissimam reginam eius consortem defunctam esse, si forte id secutum esse, volumus, quod de casu suo condoleatis cum rege nomine nostro, sicut noveritis expedire.

Postquam prefatus serenissimus rex coronatus fuerit, sumus bene contenti et volumus, quod decursis sex vel octo diebus, sumpta bona et grata licentia ab maiestate sua, studeas redire in patriam de mente et intentione regis, de novis et aliis omnibus occurrentibus amplissime instructus. Volumus namque apud maiestatem suam remanere prefatum Joannem Aimo oratorem nostrum, ut solicitare et exequi possit nostra mandata.

Si forte aliquo casu non esset, nec ita cito esse posset apud serenissimum regem prefatus orator noster, eo casu volumus, quod tu solus exequaris hec nostra mandata.

Fecimus tibi consignari nonnullas litteras credentiales in tui personam ad illos dominos, qui erunt penes regiam maiestatem, ut eos visitare possis sub litteris ipsis nostris cum illis pertinentibus et affectuosis verbis, que tue prudentie videbuntur. De parte 149, de non 1, non sinceri 4.

Secreta cons. rogat. XXII. c. 2., u mlet. arkivu.

CCCV. God. 1464. 12. ožujka, u Mletcih.

Piše se poslanikom u Ugarskoj, neka izravno ponude kralju 60.000 dukata i praha za tvrdjave u Bosni po potrebi, i da milanezki vojvoda daje 3000 vojnika.

MCCCCLXIIII. die XII martii. Ser Joanni Aimo militi et ser Francisco Justiniano oratoribus nostris ad serenissimum regem Hungarie. Delate sunt nobis littere vestri Joannis dierum XVIII et XXI februarii nuper decursi, ex quibus significastis nobis, quid tunc usque scribendum vobis occurrit. Inter cetera vero per litteras XXI. intelleximus accepisse vos litteras nostras, quibus iussimus vobis cum deliberatione nostri consilii rogatorum, quod essetis cum regia maiestate Hungarie, sibique offerre deberetis LX. mille ducatos, ut melius et potentius posset procedere contra Turcos, per illos modos et sicut in ipsis nostris litteris seriosius cavetur. Id ipsum aliis nostris rescripsimus vobis, et etiam per instructionem datam vobis Francisco plane potueritis intelligere. Et quamquam per dictas litteras diei XXI. videamus, vos Joannem super re ista fuisse cum serenissimo rege pro exequendis mandatis nostris, non tantum, pro quanto scribitis, sufficienter intelligere possumus, quod maiestati sue specifice et clare feceritis oblationem ipsorum LX. mille ducatorum, sicut fuit et est nostra intentio; quam inter cetera in eisdem litteris agitis mentionem. Quod si de aliis potentatibus cristianis contribuent regi favores suos, confiditis avantagiare nos de summa pecuniarum, quam iussimus per vos offeri. Et quoniam conditiones rerum et temporum occurrentium instant solicitantque, ut cum omni celeritate et studio agantur quecunque agenda sunt, nam Turcus in expediendis et exequendis rebus suis lentus aut tardus esse non solet, scribendas has nostras duximus, mandantes vobis, quod si forte non fecissetis oblationem prefatorum LX. mille ducatorum specifice et integre, sicut ad vos scripsimus, eam facere debeatis per terminos, et sicut habetis in mandatis a nobis; quoniam ut optime intelligere debetis, quanto oblatio nostra liberior erit, tanto regia maiestas promptior et expeditior esse poterit ad accelerandum exercitum et validiores conatus suos contra hostem. Res bene feliciterque gerende, ut scire potestis, potissimum in celeritate consistere solent. Curate itaque quam diligenter exequi mandata nostra.

Si serenissimus rex mittet oratorem suum ad has partes, quemadmodum eam facturam esse scribitis, videbimus eum leto animo et libenter.

Preterea quia scribitis maiestatem suam dixisse vobis de necessitate pulveris a bombarda, quam patiuntur loca sua Bossine, dicimus, quod in Spaleto et Sibinico habemus de pulvere a bombarda, de quo rectores illi nostri libenter et gratis dabunt nuntiis, qui nomine sue serenitatis illic ad eos se conferent; et ita contenti sumus et volumus, quod maiestati sue dicatis, advisantes vos, quod iussimus rectoribus ipsis nostris, quod usque ad barilia CL. libere dari faciant nuntiis maiestatis sue.

Dici fecistis nobis vos Joannes, quod habetis opus duobus bonis equis pro persona vestra. Nos vero, ut satisfaciamus vobis, contenti sumus, quod emi faciatis in illis partibus duos bonos equos, ut eos in opportunitatibus vestris habere possitis.

Notum vobis facimus, illustrem dominum ducem Mediolani optulisse libero et prompto animo mittere ad hanc sanctam expeditionem unum ex filiis suis legitimis, ac dominum Tristanum filium suum naturalem cum equitibus II mille et peditibus mille gentium italicarum, bene in puncto, quas mittere optulit per viam Albanie contra Turcum. De qua re volumus, quod etiam noticiam detis serenissimo regi.

Accepimus instrumentum lige celebrate inter regiam maiestatem et nos, quam solemniter et periucundo animo publicari faciemus die dominica palmarum, sicut vos Joannes ad nos scripsistis. De parte 159, de non 1, non sinceri 2.

Secr. cons. rogat. vol. XXII. c. 3., u mlet. arkivu.

CCCVI. God. 1464. 13. travnja, u Mletcih.

Poslaniku u Ugarskoj glede novca obećana kralju i praha od kralja zahtjevana.

MCCCCLXIIII. die XIII aprilis. Ser Joanni Aymo militi oratori nostro ad serenissimum dominum regem Hungarie. Binas litteras vestras, ac viri nobilis Francisci Justiniano militis unite nobis scriptas accepimus datas XXVIIII. et XXXI. martii prope decursi, quibus significastis nobis coronationem regie maiestatis Hungarie et reliqua omnia gesta per vos in executionem mandatorum nostrorum, pro quibus omnibus prudentiam et diligentiam vestram commendamus.

Inter cetera autem intelleximus, quantum dicitis habuisse a serenissimo rege circa materiam pecuniarum, quas petit iuxta oblationem factam per vos secundum nostra mandata, et etiam circa maiorem summam mittendam Segnam pro hac prima vice ex causis et respectibus in litteris vestris contentis. Et respondentes vobis cum nostro consilio rogatorum, dicimus, quod sumus magnopere cupidi, quod regia maiestas iuxta ferventem dispositionem et optimum propositum, quod eam habere videmus procedendi magnanime contra Turcum, cum omni celeritate gentes et vires suas expedire studeat; quantoque potentius et celerius istud fiet, tanto melius et utilius erit, ut in dei nomine cum eterna laude et gloria serenitatis sue agere possit contra immanissimum hostem. Nos autem iuxta oblationem factam dabimus operam mittendi quamprimum Segnam florenos hungaros XX. mille, ita quod per totum presentem mensem pecunie ipse erunt Segne cum ordine, quod consignentur nuntio, quem idem serenissimus rex cum litteris et mandato mittet illuc ad recipiendum pecunias antedictas.

Preterea quia maiestas sua habere cupit a nobis milliaria XX. pulveris a bombarda, cuius precium excomputari habeat in pecuniis, que sibi mittentur post has primas, dicimus, quod quia desiderium nostrum est in cunctis possibilibus sue serenitati satisfacere, sumus bene contenti complacere sibi de quantitate istius pulveris iuxta requisitionem, ideoque advisate nos de loco, ad quem missuri sumus ipsum pulverem, et quando, quum illum quamprimum mittere curabimus.

Si serenissimus rex non commemoraret seu commemorari faceret vobis quicquam de oratoribus suis mittendis in Italiam et ad romanum ponti-

ficem ex causa in litteris vestris contenta, volumus, quod vos etiam nihil aliud de re ista dicere aut promovere debeatis. Sed si forte diceretur vobis quicquam, eo casu respondere poteritis, quod serenitas sua disponere potest, sicut sibi videtur. De parte 169, de non 0, non sinceri 1.

Secreta cons. rogat. vol. XXII. c. 11., u mlet. arkivu.

CCCVII. God. 1464. 25. travnja, u Puteolu.

Sicilijanski kralj Ferdinand podieljuje Dubrovčanom njeke povlastice.

Ferdinandus rex Sicilie etc. omnibus notum facit, quod venerunt ad suam presentiam magnifici viri Nicolaus Simonis de Bona et Marinus Georgii de Goze oratores magnifice civitatis Ragusii, rogantes aliquas gratias pro ipsorum civitate, quas ipsis concedit.

„Se digne essa maesta, che gli mercanti Ragussei e subditi dessi, che con li navilii venerano insu le fiere o mercati per le terre, cita e luoghi del suo regno con le robe e mercadantie lora, se per casone delo temporale cattivo o vero per corsari non si potesse partire durante lo tempo dela fiera o del mercato dal detto luogo, possano stare dieci o vero quindici zorni passato lo tiempo della fiera over mercato: e non siano costretti ne tenuti a pagar nulla delle robe e mercadantie loro come al tempo dela fiera, dummodo non comprano ne vendeno cosa alchuna; e se alcuna cosa vendeserno o vero compraserno, siano tenuti appagare di quello, che venderano over conprarano in quegli di dopo la fiera lo dretto dele doane e fondechati quello che doverano. Placet regie maiestati."

„Item se occorese, chel mercadante over subdito Raguseo si agravarse dila stima eserli facta iniusta dille robe e mercadantie suoe per lo dohaniero, chel consulo degli Ragusei over vice consolo Raguseo nel stimare delle dette robe e mercadantie achordar non si potesse, intervengha fra dessi maistro portulano della regia maiestate over viceportulano, e quella stima se fazza nella terra, cita e luogho, dove in prima arivasse quel tal Raguseo per vender le sue robe overo marchadantie, tegnase quella stima, dove unquam serrano portate da poi quele merchadantie o vero quelle robe. Placet regie magestati."

„Item se occorese, che Raguseo over subdito de Ragusei portasse le sue robe overo mercantie darechavo a Ragussii, non potendole vendere nel regno di tal robe e merchadantie, non sia tenuto ad alcun pagamento dele dohane e fondechati. Placet regie maiestati."

„Item chel regimento del Ragussi nel regno di sua maiestà possa eleger o ver creare uno over piu soy consoli tanto Ragussei quanti regnicola, e che abia a iudicare tanto fra gli Ragussei, li qual fosserno nel dicto regno in litighii civili quanto fra Ragusseo e forestier, e Ragusseo e regnicola, lo qual adomandasse alchun Ragusseo over subdito de Ragussei con modi, condicion e consuetudine, secondo esta usato fina al presente. Placet regie maiestati."

„Item che gli navilii Ragussei e di subditi Ragussei non siano tenuti piu apagare la imposta nova, zoie carlini quindeci per navilio, ma solo larboraglo antico zoe tari tre per navilio. Placet regie maiestati."

„Item che gli navilii o vero patroni e marinari Ragussei e subditi di Ragussei abiando pagato una volta lo panatico et ancoragio nele terre o vero cita del suo regno dove si trovara, e partendose di quella terra over citta e arrivando per fortuna in una altra terra over citta del suo regno, non siano tenuti e pagare in quella terra ne panatico ne ancoragio, atento che una volta le pagato; altro tanto se partendo di una terra e andasse in un altra del suo regno per cercar nolo. Placet regie maiestati."

„Item che gli patroni e marinari deli navilii Ragussei e subditi loro possano portar arme per la citta, dove si trovarano, quando sono per spazcarsi, dummodo honeste. Placet regie maiestati ad eorum defensam et nullius offensam."

In ultimo rex iubet omnibus locumtenentibus in regno, ut ista omnia observent in pena ducatorum mille et sue indignationis.

Datum in civitate nostra Putheolorum . . . die xxv. mensis aprilis, xii indictionis, anno a nativitate domini MCCCCLXIIII. regnorum vero nostrorum anno septimo. Rex Ferdinandus.

Originale pergamenum in secreto archivio Viennae.

CCCVIII. God. 1464. 21. lipnja, u Mletcih.

Republika po svom poslaniku bodri kralja ugarskoga, da jednom udari na Turčina.

MCCCCLXIIII. die xxi iunii. Ser Joanni Aymo militi oratori nostro apud serenissimum dominum regem Hungarie. Ultime, quas a vobis habuimus, sunt diei quarti instantis ex Buda, per quas curam et diligentiam per vos adhibitam, et quam incessanter adhibetis, ut iste serenissimus rex in campum exeat, cognovimus. Intelleximus etiam, quas causas maiestas sua pretendit et allegat pro honestanda et iustificanda mora et dillatione sua, que iudicio nostro retardare maiestatem predictam non debent. Nam vir nobilis Franciscus Justiniano iam liber est, ut scribitis, et illum propediem hic futurum non dubitamus. Expectare vero, quod summus pontifex sit in mari, non est necessarium neque ad propositum rerum bene gerendarum; quoniam quanto hostis undique citius premitur, tanto rebus comunibus sue maiestatis et nostris commodius et utilius est. Et quoniam ex partibus levantis litteras habuimus a capitaneo nostro generali maris, ut maiestati sue noti sint exitus illarum rerum, exemplum litterarum predictarum vobis mittimus presentibus introclusum, volentes et vobis mandantes cum nostro consilio rogatorum quod cum maiestate predicta subito receptis presentibus esse debeatis, cum qua nova predicta comunicetis et addatis, nos propterea animum nequaquam ammisisse, sed omni studio, cura et diligentia nostra armasse subito, et armare vigiter bonum numerum galearum et etiam navium pro mittendo subsidium capitaneo nostro generali. In Amoream misisse, et de presenti mittere validum et bonum numerum copiarum tam equestrium quam pedestrium, munitionum et aliarum innumerabilium rerum, ingentes facere et mittere apparatus, viresque viribus addere continue non desistimus, ut pro parte nostra viriliter hostem non solum reprimamus, sed etiam opprimamus; et nulli dubium

est, quod si maiestas ipsa de presenti in castris se reperiret, progredereturque in ditiones hostis, maximum fructum et gloriam parva difficultate et sine periculo maiestas ipsa consequeretur, cui omni studio, vigillantia et assiduitate suadere et inducere nitamini, ut omni iam sublata dilationis causa, ceteris posthabitis curis, exire festinantissime velit, et in illum locum hostem invadere, qui ad propositum rerum gerendarum magis conveniat. Noscis pro vestra prudentia, quantum importet, quantumque rerum conditiones exposcant, ut ille serenissimus rex faciat se sentire, ut hostis vires consiliaque distrahantur. Propterea ad consuetam diligentiam et studium vestrum omnem addatis cumulum, et nihil, quod per vos quoquomodo dici, fieri et tentari possit, pretermittete pro optinenda huiusmodi intentione nostra, et de die in diem nos de omnibus facite certiores.

Mittimus insuper vobis copias litterarum et novorum habitorum ex Corphoo et ex Neopacto, ut omnia, que undecunque habemus, qualiacunque sint, intelligatis, et cum isto serenissimo domino rege communicetis. De parte 133, de non 0, non sinceri 0,

Secreta consilii rogatorum vol. XXI. c. 20., u mlet. arkivu.

CCCIX. God. 1464. 21. lipnja, u Mletcih.

Odgovara se poslaniku u Rimu glede ono 2000 krstaša došavših iz Saske, i priobćuju mu se viesti iz Moreje.

MCCCCLXIIII. die XXI iunii. Oratori nostro ad summum pontificem. Reddite sunt nobis littere vestre dierum XII et XIII presentis, ex quibus inter cetera intelleximus quantum scribitis, romanum pontificem dixisse vobis de illis II. mille crucesignatis de Saxonia, qui se reduxerunt versus Anchonam, et oblati sunt vobis per beatitudinem suam etc. Circa quam partem respondentes cum nostro consilio rogatorum dicimus, quod licet in hac expeditione contra Turcos maximis aliis rebus et expensis impliciti simus, sumus tamen contenti acceptare oblationem sanctitatis sue de predictis crucesignatis, cum hoc, quod accipiantur homines utiles et armati, et qui, sicut scribitis, habeant pecunias, cum quibus per menses sex servire possint, et alii inutiles et inermes remittantur, sicuti etiam beatitudo prefata commemorat. Quas gentes utiles et in puncto levari faciemus in Ancona, ad quem locum brevi mittemus duas naves nostras armatas portate butarum ultra mille, super quibus crucesignati transitum liberum et passagium comodum habebunt in Amoream, in qua re tractabuntur quantum ad victum, sicut tractavimus reliquas gentes nostras, quas misimus in Amoream, que habuerunt panem, stramen et aquam pro equis suis in passagio isto suo. Curabitis igitur quamprimum hanc intentionem nostram romano pontifici declarare illis pertinentibus et accommodatis verbis, que vestre prudentie videbuntur. Et de quanto habebitis a beatitudine sua, et de omnibus, que circa hoc expedire videbuntur, et presertim de numero tam equitum quam peditum, qui ab aliis inutilibus diligenter, sicut prefertur, reddetis nos quamprimum vestris litteris certiores.

Intelleximus preterea quantum scribitis de romano pontifice, qui melius solito se habebat, quodque beatitudo sua persistebat in solito suo

proposito discedendi et veniendi versus Anconam. In hac autem re expectamus certius intelligere a vobis, quid secutum est.

Scripsimus pridem vobis nova, que habuimus de partibus Amoree. Nunc autem significamus vobis, quod per recentes advisationes habitas per viam Spaleti, noticiam habuimus, quendam capitaneum sive Bassa Turcorum cum equitibus III. mille et ultra ingressum esse in Bossinam, tantumque ultra penetrasse, quod ad unam dietam vel circa proximum se fecit Spaleto, et ut certiores facti sumus ultra animas III mille cepti, asportavitque ex provintia Bossine.

Mittimus quoque his implicita exempla quedam litterarum nuper habitarum a regimine nostro Corphoy, et a viro nobile Bernardo Bembo, que nonnulla nova continent partium Amoree, ut ea omnia pontifici maximo et aliis, qui vobis videbuntur, significare possitis. De parte 121, de non 11, non sinceri 1.

Secreta cons. rog. vol. XXI. c. 21., u mlet. arkivu.

CCCX. God. 1464. 24. lipnja, u Mletcih.

Pod kaznom nalaže se sindikom, da se stave na put za pomorske zemlje.

1464. 24 iunii. — Quod sindici eligendi, ituri ad partes maritimas, obligati sint omnino recedere et ire cum galeis de proximo ituris ad partes Baruti sub pena ducatorum v centum pro quolibet eorum; et non possit dictus terminus eis elongari, nec presens pars revocari sub eadem pena. De parte 608, de non 14, non sinceri 5.

Maggior consiglio. Regina c. 51., u mlet. arkivu.

CCCXI. God. 1464. 25. lipnja, u Mletcih.

Mletčani odgovaraju poslaniku ugarskomu biskupu kninskomu idućem u Rim.

MCCCCLXIIII. die XXV iunii. Quod reverendo patri domino . . . episcopo Theniniensi, oratori serenissimi regis Hungarie, qui nuper ad presentiam nostram venit et presentavit nobis litteras regis eiusdem, et explicavit nobis profectionem suam ad summum pontificem, et numerum gentium equestrium et pedestrium, quas sua serenitas paravit pro exeundo in castra, declaravitque magnum numerum gentium, quas Turcus habet in Servia, Bulgaria et Macedonia, et magnos apparatus victualium et aliarum rerum, quos facit in partibus illis, ut et in Bossina ut alibi cristianos exterminare conetur, quibus malis ut obviari possit, maiores vires necessarie sunt ipsi regi, ut hosti potenter se opponere possit, sperareque de optata victoria. Proficiscitur ob id orator iste ad summum pontificem, ut sanctitas sua provideat etc. sicut per serenissimum dominum ducem huic consilio relatum est, respondeatur:

Quod intelleximus, quantum sua reverendissima paternitas non minus prudenter quam eleganter nobis exposuit. Agimusque gratias regie serenitati Hungarie pro his omnibus, que nobiscum comunicari fecit, asserens etiam pro sua humanitate nostrum consilium sequi velle, cognoscimus id procedere ab consueta benivolentia, quam gerit nostro dominio. Et quidem

pro ea singulari affectione et intrinseca caritate, quam ad serenitatem suam habemus, vellemus semper et cuperemus omnia succedere ad vota maiestatis sue. Laudamus plurimum, quod ipse orator ad presentiam romani pontificis se conferat, quo celerius esse possit, declaraturus, quantum in mandatis habet a serenissimo rege. Quodque omnem operam dare studeat, ut summus pontifex provideat, et pecuniarios favores prestet regie maiestati, sicut et nos magnopere cupimus. Et ob id scribimus etiam in efficaci forma ad oratorem nostrum, qui est apud beatitudinem suam, ut apud eam operetur et agat quicquid possibile sibi fuerit.

Verum quoniam summe necessarium esse cognoscimus, quod serenissimus rex amplius differre non habeat ad exeundum in castra, hortari et rogare volumus quantum possumus maiestatem suam, ut que per ea gerenda sunt contra hostem, celeriter agat, sicuti etiam pluribus litteris scriptis ad oratorem nostrum apud serenitatem suam sibi dici fecimus. Cum noster hostis in Amorea et aliis diversis partibus a nostris gentibus terrestribus molestetur et offendatur, et similiter per classem nostram maritimam in omnibus provintiis et locis suis ex parte maris sibi inferratur bellum, existimare non possumus, quod Turcus magnum numerum gentium tenere possit ad oppositum regie maiestatis, quia coactus est notabilem summam gentium tenere occupatam contra vires nostras. Ideoque rogamus paternitatem ipsius oratoris, ut scribere libeat serenissimo regi hanc mentem nostram, hortarique et rogare eum ad exeundum in castra, nec amplius differendum, ut sicut auxiliante deo sperandum est, gloriosam famam et victoriam reportare possit.

De adventu autem et de expositione prefati oratoris et de responso nostro scribatur et detur noticia oratori ad summum pontificem, cui mittatur copia istius responsi nostri. Et similiter etiam mittatur exemplum ipsius responsionis ad oratorem nostrum apud regiam maiestatem Hungarie. De parte 128, de non 0, non sinceri 0.

Secr. cons. rog. vol. XXII. c. 23., u mlet. arkivu.

CCCXII. God. 1464. 28. lipnja, u Mletcih.

Dozvoljava se komorniku pažkomu, da može potrošiti 200 litara na popravku svoga stana.

Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Nobili et sapienti viro Dominico Bragadino de suo mandato ituro camerario Pagi, fideli dilecto, salutem et dilectionis affectum. Concedimus vobis cum nostro consilio rogatorum, quod pro reparatione et aptatione domus vestre residentie possitis expendere libras ducentas de pecuniis nostri comunis.

Data in nostro ducali palatio, die XXVIII iunii, indictione XII. MCCCCLXIIII.

Ab extra: Nobili et sapienti viro Dominico Bragadino ituro camerario Pagi.

Izvornik na pergamenu u mlet. arkivu.

CCCXIII. God. 1464. 19. srpnja, u Mletcih.

Piše se knezu kotorskomu, da popa Paltasića radi prevare pod dobrom stražom pošalje u Mletke.

1464. 19 iulii. Comiti Catari. Accepimus his diebus litteras vestras diei xxvi iunii prope preteriti, quibus nostro dominio significastis, presbiterum Natalem Paltha-ich preter formam mandati sui ultra duo prima capitula, hoc est pecuniarum cruciate et Murlachorum illustris ducis Stefani et magnifici Ladislai filii sui, ut ipsis literis latius tangitis, nonnulla alia capitula malitiose impetrasse. Que res nostro dominio molesta est. Ex quo omnia illa capitula, preter illa duo prima pecuniarum cruciate, cum nostro rogatorum consilio revocare statuimus, ac tenore presentium revocata esse volumus ac si nunquam impetrata et a nostro dominio concessa fuissent. Verum quia res huiusmodi nobis admodum displicet, quia, quemadmodum scribitis, non parvam inter nobiles et populares istius civitatis nostre confusionem et periculum inducere potuisset, vobis significamus, casum ipsum advocatoribus nostri comunis commississe, ut illo intellecto, adversus eum procedat, sicuti iustitia requiret, quem sub bona custodia carceribus nostris presentandum mittetis ad requisitionem suprascriptorum nostrorum advocatorum comunis. Item quicquid scripturarum in huiusmodi re sumi pro declaratione casus fecissetis, ad ipsos advocatores mittatis. + 72 — 1 — 5.

Senato Mar. vol. VII., u mlet. arkivu.

CCCXIV. God. 1464. 23. srpnja, u Mletcih.

Poslaniku pri papi: o srećnom dolazku pape u Jakin, i da će se dužd 29. tek. staviti na put.

MCCCCLXIIII. die XXIII iulii. Oratori nostro ad summum pontificem. Reddite nobis fuerunt littere vestre XVIII presentis Ancone date, quibus inter cetera certiores facti sumus de adventu summi pontificis Anconam, quod felix fortunatumque sit. Magnopere certe letati sumus eo nuntio; nec quicquid optatius audire potuissemus. Qua de re nostris verbis gratulabimini sanctitati sue tam de incolumi et felici adventu suo, quam quod nulla ratione et respectu habito et valitudinis et etatis, ardenti desiderio suo superaverit asperitates viarum. Verum ut sanctitas sua intelligat promptitudinem et alacritatem animi nostri ad ea, que agenda sunt, volumus et cum nostro consilio rogatorum mandamus vobis, ut verbis convenientibus dicere beatitudini sue debeatis, nos continue accelerasse res pertinentes ad profectionem nostram; et ita, ut omnia ad optatum exitum deducantur, deliberavimus, ut triremes nostre die mercurii proximi recenseantur, seu ut vernaculo sermone utamur, circam faciant; et die dominico XXVIIII presentis speramus deo duce conscendere triremem, et celeriter ire ad conveniendum sanctitatem suam. De parte 98, de non 1, non sinceri 0.

Secreta cons. rogat. lib. XXI., u mlet. arkivu.

CCCXV. God. 1464. 2. kolovoza, u Mletcih.

Poslaniku u Ugarskoj: da se dužd ukrcao i odlazi u Jakin k papi, odakle će dalje, da je sultanov brat u rukuh papinih, i da se prah i novac poslao u Senj za kralja.

MCCCCLXIIII. die II augusti. Ser Joanni Aymo militi oratori nostro apud serenissimum regem Hungarie. Reddite sunt nobis littere vestre dierum X, XII et XIII iulii prope decursi, quibus inter cetera significastis nobis successus rerum istarum, ac expeditionem et progressus gentium regie maiestatis Hungarie, ut contra hostes Turcos procedere possit. In qua re diligentiam per vos adhibitam laudamus, ut serenitas sua impresiam illam, feliciter incoatam, auxiliante deo gloriose perficere possit. Nos vero, qui hic instruximus et paravimus classem, nuntiamus vobis, quod in dei nomine ascendimus personaliter triremem nostram, et una cum aliis triremibus consiliariorum et aliorum nobilium nobiscum designatorum quamprimum discedamus, profecturi cum omni studio et celeritate ad urbem Ancone ad visendum et faciendum reverentiam debitam romano pontifici, ut divino aspirante numine opus sancte expeditionis una cum sanctitate sua feliciter prosequamur.

Intelleximus quantum scribitis de puero isto fratre Turci penes summum pontificem existente, quem serenissimus rex Hungarie libenter habere vellet ex causis et respectibus in literis vestris contentis. Et respondentes dicimus, quod ut facti sumus certiores summus pontifex ipsum, qui erat in Spoleto, secum Anconam conduxit, cum firma intentione ducendi eum super classe sua, existimans eum rebus gerendis ex hac parte satis posse facere. Unde non videmus, quid pro nunc in re ista facere possimus. Et ita volumus, quod serenitati sue nostra parte dicatis. Verum, si imposterum videbimus, maiestati sue satisfacere posse, id libenter faciemus.

Misimus superioribus diebus Segnam bonam partem pulveris a bombarda requisitam per regiam maiestatem, et reliquum etiam onerari fecimus misimusque his diebus Segnam, ut sua serenitas pulverem ipsam ad omnem eius requisitionem habere possit.

Intellectis his, que scripsistis nobis de favore pecuniario exhibendo serenissimo regi in terminis tribus etc., respondemus vobis, quod inter hos dies mittemus Segnam octo usque XL. mille florenos, quos sua maiestas ad libitum acceptum mittere poterit. De parte 72, de non 2, non sinceri 0.

Secreta consilii rogatorum vol. XXII. c. 29., u mlet. arkivu.

CCCXVI. God. 1464. 24. kolovoza, u Mletcih.

Napuljski kralj Ferdinand dozvoljuje Dubrovniku izvoz solitra iz njegove zemlje.

Ferdinandus dei gratia rex Sicilie, Jerusalem et Hungarie: quibuscumque capitaneis etc. pro munitionibus magnifice civitatis Ragusine, quam semper proprie mutuam amiciciam beneficiis prosequi studuimus et maxime in presentiarum propriam oppressionem, quam effera Turcorum gens et infidelis minari videtur, concessimus eidem et concedimus per presentes libenti animo, quod per nuntios et factores suos presentium

ostensores possit extrahere ex nostra provincia Appulie et principatus a quibusvis portubus . . . cataria ducenta xx salnitrii . . . ad ipsam Raguseorum civitatem . . . quando eis libuerit, solutis tamen iuribus curie nostre ex inde debitis; et hoc etiam contra quemcumque in contrarium, quoniam pro re ipsa et pro salute tocius rei publice ragusine ac tutela intemerate catholice fidei esse dignoscitur.

Datum in felicibus castris nostris prope Vastum Amonis . . . die xxiiii agusti, anno domini millesimo ccccLx quarto, regnorum nostrorum anno septimo. Rex Ferdinandus.

Originale pergamenum in c. r. archivio secreto Viennae.

CCCXVII. God. 1464. 2. rujna, u Mletcih.

Poslaniku u Ugarskoj, da se nastoji kupiti Klis, te da o tom obaviesti kralja, je da bi li na to privolio.

mccccLxiiii. die ii septembris. Ser Joanni Aimo militi oratori in Hungaria. Meminimus alias a vobis litteras habuisse ex Ciasina diei xvi ianuarii preteriti, per quas inter cetera ad nos scripsistis, maiestatem illius serenissimi domini regis vobis comisisse, ut ad nos scriberetis, quod de rebus ad suam maiestatem spectantibus habere non vellemus per alium medium quam sue serenitatis, quoniam requirentibus nobis aliquid, maiestas sua ostenderet desiderium suum faciendi nobis rem gratam. Postquam litteras ipsas habuimus, vobis circa id aliud scribendum non existimavimus, non occurrente presertim materia, qua huiusmodi regiorum promissorum experientia facere necessarium esset. Impresentiarum vero queritante banis-a, uxore quondam magnifici Pauli Sperancich, vendere locum Clissii, proposita oblataque nobis materia hec, nos, qui ob interesse status nostri videre non vellemus locum illum, locis nostris adeo finitimum, in alienas manus devenire, respectu maxime Turcorum, ob ea que occurrere possent; advisati preterea et certificati, banissam ipsam cum circumvicinis dominis assidue practicare, utque locum illum penitus alienare constituit, et dicit et affirmat, se id licite libereque facere posse, aures oblationi prefate banisse prestare non inconveniens iudicavimus. Et volumus mandamusque vobis cum nostro consilio rogatorum, ut nacti opportunitatem, cum omnibus illis bonis, dulcibus et accommodatis verbis, que vestre prudentie videbuntur, de re hac maiestati illius serenissimi regis noticiam dare debeatis, et opportune ac convenienter memoratis amplis et liberalibus verbis et promissionibus sue regie serenitatis, eidem declarate, nos certissime nobis persuasisse maiestatem suam contentissimam fore, ut locus ille in manus nostras potius quam alienas deveniat ob sinceram et mutuam nostram benivolentiam animoque nostrorum indissolubilem coniunctionem. De hac eadem re ultra regiam maiestatem volumus, ut sermonem etiam faciatis cum illis ex prelatis et baronibus regni, qui vobis videbuntur huic rei propitii esse posse. Et si, ut speramus, maiestas regia vobis respondet, gratum id ei esse, gratias convenientes nostro nomine prefate regie maiestati agetis, et nos quamprimum per festinantissimum cursorem certiores faciatis. Si vero mainstas ipsa difficilem se redderet, et rem huiusmodi tum sibi tum prelatis et baronibus

molestam futuram scandalosamque intelligeretis, volumus, ut eidem maiestati dicere debeatis, quod ad nos scribetis, quia aliquid in re hac facturos nos creditis, quod serenitati sue ingratum esse aliquo modo possit. Et si in re ulla unquam diligens fuistis, sitis in hac, ut quamprimum per vestras litteras de regis ipsius intentione certiores reddamur.

Et ex nunc captum sit, quod cum cognato banisse, hic pro re hac existenti, practicari debeat et promitti ad partem usque ad summam ducatorum xx mille solvendorum in illis terminis, qui collegio visi fuerint, ostendente tamen nobis et aperte declarante per privilegia et scripturas autenticas libertatem, quam asserit habere, possendi locum supradictum licite libereque alienare. Et hec intentio nostra declarari eidem cognato debeat sub illa forma verborum idonea et convenienti, que collegio visa fuerit. Et tamen concludi non possit sine expressa licentia huius consilii. De parte 82.

Secreta cons. rogatorum vol. XXII. c. 33., u mlet. arkivu.

CCCXVIII. God. 1464. 26. rujna, u Mletcih.

U poslu novaca križoboja, koji su se imali poslati ugarskomu kralju.

Pro denariis mittendis ad dominum regem Ungarie de ratione cruciate. Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Luce Mauro de suo mandato comiti et Petro Balastro capitaneo Jadre fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Mandamus vobis cum nostro consilio rogatorum, quod nuntio serenissimi regis Hungarie, qui cum littera sue serenitatis ad vos veniet, petens denarios illos de ratione cruciate, quos vobis consignavit capitaneus noster generalis maris, et consignare debeatis, sumpta tamen ab ipso prius omni cautione possibili ac declaratione. Date in nostro ducali palatio die xxvi septembris, indictione xiii, mcccclxiiii.

A tergo: Magnificis et generosis comiti domino Luce Mauro et domino . . . capitaneo, rectoribus Jadre.

Littere oratoris Ungarie pro eadem causa.

Magnifici et generosi etc. La nostra illustrissima signoria per sue letere me ha concesso, che debi ala maesta de questo serenissimo re dir, che essendo el nostro illustrissimo principo in Anchona, a quelo fo consigna ducati 29114 tra oro e moneda dal sacro collegio di reverendissimi signor kardenali, denari de la chruziata da esser dati ala maiesta de questo re per sovencion de questa impresa contra Turchi; et in dite letre me scrive quela illustrissima signoria, diti danari sarano a Zara ne le man de vostra magnificencia. Et io havendo cusi dito ala maiestade regia, perche cusi mi hera comesso, onde questa soa maiesta ha deliberato mandar miser Michiel de Dobriza protonotario de la cancellaria regia per tore la sopradita summa de denari. Io acerto vostra magnificencia dito miser Michiel vien con mandato regio, et cusi ho intention de la soa maiesta, che esso misser Michiel habia la soprascritta summa per portar a soa maiesta. E perche si in ducati x. mille monete qui serano conduti, quele qui non se pora spender salvas cha cum molto interesso et danno, soa maiesta me ha comesso ve debi scriver, se quele

se potesse cambiar in oro. Piaza a vostre magnificencie cusi far cum mancho danno se puo, ne voria de danno oltra ducati 150. Conforto vostre magnificencie fazi el dito miser Michiel sia ben tratado et honorado, perche he homo dabene, he sara molto grato ala maiestade regia, se li sara fato bon portamento, e che li sia provisto di barche per tornar a Segna ho andar ha altro loco, come li piazese per venir qui et seguramente lo possa condur, che questo al honor de la nostra illustrissima signoria se convien. Non altro mi ricomando. Ex felicibus regiis castris apud Maroth die 24 mensis setembris 1464. Johannis Emo miles orator etc. Recepte die 5 octobris 1464.

A tergo: prudenti et circumspecto N. nuntio illustrissimi dominii Venetorum pecunias per sanctum colegium cardinalium nobis in facto fidei oblatas, in Jadra habenti, nobis dilecto. Commissio propria domini regis.

Mathias dei gratia rex Hungarie, Dalmacie et Croacie etc. Prudens et circumspecte vir nobis dilecte. Misimus hunc fidelem nostrum honorabilem magistrum Michaelem de Dobrenze lectorem et canonicum ecclesie Boatunsis, ut levet summam illam, que per sanctum collegium cardinalium apud manus illustrissimi ducis Veneciarum deposita erat, defferatque ad nostram maiestatem. Vos ergo requirimus, quatenus summam predictam assignetis manibus prefati magistri Michaelis hominis nostri, presentesque superinde pro expeditoria reservetis apud vos. Dedimus et ipsi magistro Michaeli plenam facultatem dandi vobis super eadem summa expeditoriam plenam. Datum circha vadum Zanoc sabato proximo post festum beati Mathei apostoli et evangeliste, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, regni nostri anno septimo, coronationis vero primo. Recepte 5 mensis octobris 1464.

A tergo: magnificis comiti et capitaneo rectoribus Jadre nobis dilectis. Commissio propria domini regis.

Mathias dei gratia rex Hungarie, Dalmacie et Croacie etc. Magnifici nobis dilecti. Accepimus ab oratore nostro, qui apud pontificem maximum erat, a sacro reverendissimorum dominorum cardinalium collegio illustrissimo duci vestro consignatam fuisse quondam pecuniarum summam nobis danda. Et a magnifico oratore veneto Joanne Emo consiliario nostro cerciores facti sumus, illustrissimum dominium eam ad vos misisse. Idcirco fidelem nostrum honorabilem magistrum Michaelem lectorem et canonicum Boatunsem nuntium nostrum latorem bgt presentium ad vos mittimus. Rogamus, ut eam predicto nuntio nostro consignare velitis, ac dare modum, ut cum ipsis pecuniis ad Segnam navi tute se confere valeat. Si vero ipse pecunie ad Spalatum misse fuissent, date operam, rogamus, ut nuntius ipse noster ad locum illum pro pecuniis navigare possit. Datum in desensu nostro exercituali in vado Racha fluvii Sanoc die dominico proximo post festum beati Mathei apostoli et evangeliste, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, regni nostri anno septimo, coronationis vero primo. Recepte die 5 octobris 1464.

Ego Michael de Dobornzen lector Novazinensis, ambascator domini regis, nomine maiestatis in Jadra a domino Luca Mauro comite Jadrensi recipi sachulos sigilatos xxviiii in auro, alig. vero xxv sachulos maiores monetis diversis plenos iuxta computum in eisdem sazis signatum.

A tergo: magnifico ac preclarissimo equiti domino Joanni Emo pro illustrissima dominatione Veneciarum etc. apud sacram regiamque maiestatem Ungarie etc. oratori dignissimo.

Magnifice et preclarissime eques et frater honorande. Receuti letere dela regia maiestade e dela magnificencia vostra, per exequtione de quello ho cognisuti a miser Michiel prothonotario dela regia maiestade ne la vostra nominato groppi vintinove doro, neli quali sono ducati 29114 zoe vintinovimillia centoquatordese, e monete groppi vinticinque, li qual qui sono stati mandati per la nostra illustrissima signoria di raion dela cruciata; del recever de quelli piazavi a mio contento farme avisato. Da Venecia non altro da novo, oltra quello vi scrissi pocho avanti per miser Nicolo Testa. Valete. Ex Jadra die 5 mensis octobris 1464. Lucas Mauro Jadre comes.

A tergo: serenissimo ac sacratissimo domino domino Mathie dei gratia Hungarie Croacieque etc. regi invictissimo.

Serenissima sacraque maiestas iuxta continentiam literarum maiestatis vestre, quas hodie reverenter accepi, nuntio vestro ellegantissimo magistro Michaeli lectori et canonico etc. consignavi groppos sive saculos vigintinovem auri, in quibus sunt ducatorum vigintinovem centum quatuordecim millia, et groppos monetarum vigintiquinque, quos habui ab illustrissima dominatione mea Venetiarum de ratione cruciate, quos michi imperavit ad omnem requisitionem maiestatis vestre debere consignare. Proque indilate consignavi. De quorum receptione dignetur maiestas vestra suis litteris me reddere cerciorem. Cuius maiestati plurimum me commendo. Ex Jadra die 5 mensis octobris 1464. Lucas Mauro Jadre comes.

De resignatione suprascriptorum denariorum reddita fuit notitia per litteras missas per dominum Chaterinum Dalmerio illustrissimo dominio nostro die octavo octobris 1464.

„Ducali e terminazioni“ II. c. 58., u zadar. arkivu.

CCCXIX. God. 1464. 29. rujna, u Mletcih.

Obavieščuje se poslanik u Ugarskoj o raznih stvarih, koje su se dogadjale u zemljah republike.

MCCCCLXIIII. die XXVIIII. septembris. Ser Joanni Aimo militi oratori nostro ad serenissimum Hungarie regem.

Ternas litteras vestras accepimus diei primi, secundi et VI. septembris, ex quibus intelleximus quecunque scribitis et memoratis, et in primis de negotio memorabili oppidi Jaice ac de optima dispositione regie maiestatis progrediendi ulterius et fortissime bellum inferendi comuni hosti etc. Respondentes itaque, plurimum diligentiam et prudentiam vestram comendamus, gratissimaque omnia habuimus. Nos vero, ut maiestas prefata alacrius bello isti et necessario et glorioso incumbat, simulatque accepimus, reverendum prothonotarium nuntium regium pervenisse Segnam causa rei pecuniarie, providimus per proprium nuntium mittere ad ipsum locum Segne VIII. m. hungarorum, quos non dubitamus, quin celerime illo perlata sint. Volumus proinde, et cum nostro consilio rogatorum mandamus vobis, ut de hoc noticiam detis regie maiestati, quam omni studio

vestro et inductione verborum inanimare enitemini, ut magnanime progrediatur, et fructus belli vincendo recipiat. Nec per nos stabit, imposterum quin hoc idem fiat, et pecunie quam promptissime maiestati sue mittantur.

Preterea ut maiestas regia intelligat, nos ulli rei possibili, que conferre habeat huic bello, deesse nolle, probantes id quod dicitis et memoratis de copiis nostris Albanie, ut silicet appropinquante ad illa loca vicina et finitima Albanie exercitus maiestatis regie, ad omnem requisitionem vestram unire se debeant cum ipso exercitu, qua validius et unitis viribus hostes et loca hostilia impetantur. Deliberavimus scribere de hoc provisori nostro et mandare, ut modo possibile sit, ita faciant gentes nostre ad omnem vestram requisitionem. Et eo magis hoc fecimus, quod satis certo scimus, hoc sitis facturus cum multa circumspectione et securitate rerum nostrarum.

Verum ut de rebus peloponnesiacis, que feliciter auxiliante deo succedunt, ac de iis, que per oratorem Oçuncassani ad presentiam nostram constituti nuper habuimus, maiestas regia particeps fiat, mittimus vobis presentibus inclusa exempla. In Albania etiam, sicut superioribus his diebus accepimus, magnificus Scanderbegus et cetere copie nostre magnanime contra hostilia loca prodierant, et bellum gerebant. Classis nostra multo validior et numerosior accessu capitanei nostri generalis maris, quem iam expediv imus comitatum XII. triremibus, non stabit otiosa, sed acriter loca hostil·a infestabit, ac ferro ignique vastare conabitur.

Dabitis item noticiam serenissimo domino regi, decem legatos, quos designavimus ad summum pontificem gratulandi gratia creationi sanctitatis sue, propediem discessuros esse, per quos non desistemus operam dare apud pontificem maximum et studere rebus omnibus, que conducere habent huic sancte expeditioni. Nec dubitamus, quin sanctitas sua optime erit disposita.

Et ex nunc captum sit, ut in opportuna forma scribatur provisori nostro in partibus Albanie. Item quod pro expeditione excursorum accipiantur pecunie de omni loco et officio. De parte 107, de non 3, non sinceri 0.

Secreta cons. rogat. vol. XXII. c. 40., u mlet. arkivu.

CCCXX. God. 1464. 29. rujna, u Mletcih.

Banica hrvatska nudi Mletčanom Kliš.

MCCCCLXIIII. die XXVIIII. septembris. Venit ad nostrum dominium magnificus vaivoda Juanus cognatus magnifice domine banisse Margarite comitisse Clisii eius nomine, locum illum nostro dominio offerens pro ducatis XXX. mille, et tandem ad ducatos XXV. mille descendit. Quem locum omnes qui de Dalmatie partibus noticiam aliquam habent, affirmant clavem esse et stabilimentum civitatis nostre Spaleti, tum etiam civitatum nostrarum Tragurii et Sibinici.

Quamobrem vadit pars, quod in dei nomine locus ipse accipiatur cum pertinentiis suis pro summa ducatorum XX. mille, tercium quorum hic solvatur habita consignatione loci ipsius usque unum annum, tercium

inde usque unum alium annum, reliquum vero tercium usque unum annum, adeo quod solutio ipsa in triennio fiat, et per collegium illis accommodatioribus verbis, quibus fieri poterit. Respondeatur: Dominium nostrum esse contentum locum ipsum pro suprascripta pecuniarum summa accipere, inquantum ipsa magnifica domina banissa nobis det privilegia serenissimi Hungarie regis, quibus sicuti nobis affirmavit, eandem magnificam dominam banissam ipsum locum Clisii tenere atque possidere tanquam locum patrimonii sui; et si in suprascripti temporis spacio concludi non posset, collegium habeat libertatem de practicando et concludendo de tempore ipso, sicut melius fieri poterit.

Preterea mandetur nobili viro Jonnni Aimo oratori nostro ad regem Hungarie, quod nactus temporis opportunitatem de huiusmodi re dare debeat noticiam sue maiestati et omnibus humanioribus dulcioribusque verbis, quibus poterit, persuadeat, considerato maxime multos esse, qui locum illum habere aspirant, melius esset, quod ad nostras perveniret manus quam aliorum dominorum, qui illum ardentissime habere cupiunt. Quod nos facilius credere facit, cum memoria teneamus verba, que alias sue maiestatis nomine nostro dominio scripsit. De parte 58, 65.

Sapientes consilii. Volunt quod suprascripto vaivode Juano respondeatur: Nos grato animo audisse quecumque nostro dominio nomine ipsius magnifice domine banisse retulit, ad cuius commoda ob affectionem, quam nostro dominio habere videtur, esse inclinatos. Et quia in huiusmodi re Clisii stamus quodamodo suspensi, precipue non videntibus nobis illa privilegia, que dixit ipsam magnificam dominam banissam habere, quibus suprascriptus sibi tanquam patrimonium suum concessus est, deque illo disponere ad libitum potest. Quamobrem videntibus nobis illa, ac rem ita se habere intelligentibus, particularius respondebimus, faciemusque de rebus, que eidem magnifice domine banisse grate erunt et de contentu suo. De parte 18.

Sapientes terrefirme. Volunt quod pro pondere materie huius in alium diem differatur, ut melius accommodatiusque consuli possit. De parte 59, 74, de non 4, non sinceri 1, 2.

Secreta cons. rog. vol. XXII. c. 40., u mlet. arkivu.

CCCXXI. God. 1464. 5. listopada, u Mletcih.

Odgovara se svaku hrvatske banice, koj je nudio na prodaju republiki osim Kliša još dvie druge tvrdjave, da je ona ugovarala jedino za Kliš.

1464. 5 octobris. — Fuit collegium cum cognato magnifice banisse super facto Clisii et facta ei propositione iuxta huius consilii deliberationem, ipse respondit, non habere in commissionem concludendi aliquid de Clisia sine oppidis Petrovaç et altero oppido in suis capitulis oblato cum petitionibus per eum factis, sicut alias huic consilio lectum fuit; et declarato ei, quod pratica nostra semper fuit de Clisia, et quod circa illam prosequi intendebamus, ipse firmus stetit, affirmans, se de Clisia sine aliis oppidis practicare nolle ullo modo. Pro dominio vero nostro non faciat se implicare in rebus illis, que nobis non nisi laborem et difficultatem possent afferre, propterea vadit pars:

Quod eidem cognato dici debeat, intentionem nostram et omnes nostros sermones fuisse circa Clisiam solummodo, circa quam, si ipse vult nobiscum practicare, apti sumus venire ad honestam secum compositionem et conclusionem, quum de aliis oppidis intentio nostra non est se implicare. Verum prefatam dominam bannissam certiorem nostro nomine faciat, quod pro eius tutella et status sui conservatione faciemus inposterum, quecunque nobis possibilia fuerint, non secus ac pro elapso fecimus. De parte 82, de non 5, non sinceri 4.

Secreta cons. rogat. vol. XXII. c. 42., u mlet. arkivu.

CCCXXII. God. 1464. 8. listopada, u Mletcih.

Republika obaviešćuje papu, da je novce, koje on šalje ugarskomu kralju, poslala mu putem Zadra, a da se kralj nalazi u Bosni, gdje je Turke kod Jajca pobjedio.

MCCCCLXIIII. die VIII octobris. Summo pontifici. Acceptis proxime litteris a sacro reverendissimorum dominorum cardinalium collegio VI presentis datis, per quas inter cetera nobiscum agunt placere sibi, pecunias nobis Ancone obsignatas, ad locum tutum delatas esse, unde mittendus orator per sanctitatem vestram, eas ex conducto inter nos ad serenissimum regem Hungarie deferre possit. Non absonum censuimus, rem ipsam pecuniariam, ut se habet, repetere, et quemadmodum ab ordine sacri collegii non discrepavimus per litteras nostras sanctitati vestre notam facere. Nos beatissime pater ut primum Ancona discedentes huc pervenimus, percupidi satisfaciendi intentioni et desiderio sacri collegii, mittendas curavimus cunctas pecunias, sicuti eas habuimus in auro et argento, Jadram, locum nempe opportunissimum et commodissimum, et quem nos sepenumero in transmittendis nostris pecuniis promissis regi pro hac sancta expeditione propter opportunitatem situs delegimus et usi sumus. Preterea dedimus noticiam per litteras nostras XXVI augusti datas maiestati regie de transmissione ipsarum pecuniarum, et similiter misimus litteras habitas Ancone a sacro reverendissimorum dominorum collegio, quo maiestas prefata pecunias ipsas tuto acceptum mitteret. Nam ut novit sanctitas vestra nisi rex presidiaria cohorte sua deferri ad se curaret pecunias ipsas missas, impossibile foret, ut tuto Hungariam deferrentur. Hoc idem fieri solet quotiens pecunias promissas maiestati sue mittere habemus. Nec est dubitandum, quin maiestas prefata, acceptis litteris sacri collegii et nostris, quippe que merito conformes esse debent ordini predicto, et pro continentia earum consequenter rem ipsam pecuniariam maiestas sua curare habebit: firmo aliquo presidio eas accipi et deferri ad se curaverit. Sed tanto opportunior fuit locus Jadre, quantum rex iam producat in castra. Nam ut inspicere sanctitas vestra poterit ex introclusis exemplis litterarum, que nuper ad sanctitatem vestram dedimus, maiestas regia nonmodo in aciem valido exercitu magnanime prodiit, sed multo animatior et alacrior pulcherrimo illo et memorabili facinore apud Jaiçam, ubi truculentissimus christiane fidei hostis Turcorum tyrannus turpissime reiectus et fugatus quodammodo fuit, prosequitur expeditionem, fortissime illaturus bellum Turcis ipsis et locis suis. Enimvero

maiestas sua sustinenda est, et omni ope et subsidio fovenda hoc tempore maxime, quo bello acriter incumbit, eiicere atque penitus exigere e regno bosinensi Turcos innititur. Quod quidem regnum christiane reipublice utpote tutamen et claustrum plurimi stat, facile enim fuit Turcis inde ad loca serenissimi imperatoris atque adeo Sagabriam usque, hoc est ad foces Italie intrepide et petulanter execurrere. Hec omnia pro officio nostro declaranda et memoranda duximus sanctitati vestre, ut rem omnem, ut se habuerit, recte et ordine intelligat. Quod etiam impresentiarum scribimus sacro reverendissimorum dominorum cardinalium collegio in responsionem suarum ad nos litterarum.

Post hec accepimus solita nostra reverentia breve sanctitatis vestre, per quod inter cetera scribit, instituisse precibus nostris satisfacere, et nobis dare in patriarcham nostrum Venetiarum reverendissimum dominum Gregorium Corrarium, quo nihil gratius nobis fieri potuisset. Gratias agendo sanctitati vestre tantas, quantas animus noster capere potest. De parte 107, de non 1, non sinceri 4.

Secr. cons. rog. vol. XXII. c. 43., u mlet. arkivu.

CCCXXIII. God. 1464. 9. listopada, u Mletcih.

Upućuje se poslanik u Ugarskoj, neka nastoji, da kralj uztraje u poduzeću; kako da se vlada u poslu Klisa; i da će mu izabrati nasliednika.

mccccLxiiii. die viiii octobris. Ser Joanni Aimo militi oratori in Hungaria. Complures litteras vestras hisce diebus accepimus, quarum proxime fuerunt xviii., xviiii. et xx. preteriti, et illis fuerunt alligate bine littere replicate; quibus omnibus litteris multa nobis scripsistis et vestra diligentia et nostra noticia digna, pro quibus studium vestrum solitum commendamus. Et respondentes vobis dicimus, gratum admodum nobis fuisse, quod regia illa maiestas ad Savam flavium magno exercitu traiecturum pervenerit. In qua re cernimus suasiones vestras plurimum profuisse. Ob quam rem vobis cum nostro consilio rogatorum iubemus, ut posthac etiam serenitati sue suadere non desistatis, ut ab ea parte hostem quamdiu per temporis conditionem licet, prosequi, et urgere perseveret, quemadmodum et nos terra marique facimus, et sumus facturi. Intelleximus preterea ea, que nobis commemorastis circa suffragium mittendum. Id quippe Segnam superioribus diebus misimus, et fuit ducatorum viii mille. Sed si forte ad adventum nuntii sue serenitatis non applicuit, causa fuit tempus adversum. Si paululum illic nuntius distulisset, forte, quod secretarius noster cum pecunia ipsa appulisset. Quod ad denarios cruciate attinet, ut commemorastis in tria tempora dividendos, vigilantiam vestram commendantes, dicimus, quod priusquam nobis littere vestre redderentur iuxta ordinem sacri collegii reverendissimorum dominorum cardinalium, illos Jadram miseramus, quos secundum litteras ipsorum et ordinem prefatum, iussimus binis litteris nostris rectoribus Jadre, ut nuntio regio illius maiestatis litteras deferenti consignarent, cautione et declaratione, ut par est, sumpta. Quos denarios, quoniam existimamus ad hunc diem fuisse consignatos, provisio alia per nos fieri non potest. Et ita dicimus de pecuniis argenteis in aurum ut scripsistis

commutandis. Bene vos monemus, ut suadeatis illi regie maiestati, quod ad prefatarum pecuniarum dispensationem illum ordinem sequi placeat, quem in litteris prefatorum reverendissimorum cardinalium contineri vidit, ut imposterum ad aliud suffragium promptiores esse possint.

Quod ad oppidum Clisii attinet, de quo iam bis ad nos scripsistis, regiam illam maiestatem vobis dixisse, ne nos impediamus, respondemus, quod licet arbitremur, vos probe meminisse, que vobis scripserimus circa materiam istam proximis litteris nostris, tamen non immemores verborum regiorum, videlicet ut peteremus si quid vellemus, quoniam repulsam non haberemus. Sperabamus, quod nunc item non diffidimus, vestra opera haud difficulter regiam maiestatem nobis esse morem gesturam. Nunc vero, quoniam res hec tanti a sua maiestate fieri videmus, eius voluntati statuimus non adversari. Et propterea cum nostro consilio rogatorum vobis iniungimus, ut captato tempore serenitatem suam adeatis, exponetisque, quod attenta sincera et firmata amicitia ac societate, que inter nos est, non modo facere, sed ne cogitare quidem quicquam vellemus, quod ingratum esset voluntati sue serenitatis. Sed videntes hoc tempore oppidum Clisii, distans multum a sue maiestatis locis in alienas manus esse venturum, moti conditione loci ipsius, his qui rem nobis promoverunt, aures adhibuimus. Et cum statum sue maiestatis et nostrum unum et idem iudicemus, id non estimabamus maiestati sue ingratum fore, immo nobis persuaseramus veniente loco ipso in manus nostras, serenitatem suam illud esse in manibus suis iudicaturam. Et in hanc sententiam omnibus illis prudentibus verbis et modis utemini, qui nobis ad inducendum serenitatem suam aptiores et accommodatiores esse videbuntur. Quod si facta omni modesta et possibili instantia videritis non posse optinere, ut sua maiestas contentetur, sumus contenti, quod eidem dicatis, quod tanti facientes suam maiestatem quanti facimus, decrevimus omnino nihil contra eius voluntatem attentare, et de oppido Clisii, quando id sue serenitati placet, nos nullo pacto impedire; et quicquid actum erit in causa, quamprimum nos vestris litteris reddetis certiores.

Instituit sumus pontifex istuc mittere reverendissimum archiepiscopum Cretensem nobilem nostrum prelatum dignissimum, legatum apostolicum, quem in dies expectamus. Id vos latere noluimus, ut de hoc ipso serenissimo regi noticiam dare possitis.

Quoniam totiens et tam instanter veniam repatriandi flagitastis, licet operam vestram et ingenium tantis rebus utilissimam et tam necessariam esse iudicemus, contenti tamen sumus, ut postulatis vestris satisfaciamus, quod in dei nomine postquam regia maiestas ad hiberna se contulerit, de rebus omnibus et novis illarum partium particulariter edoctus, ad nostram presentiam redeatis.

Et ex nunc captum sit, quod in primo consilio eligatur unus alius orator ad serenissimum regem Hungarie, qui hinc proficisci teneatur, ubi intellectum erit regiam illam maiestatem ad hiberna se contulisse; et eligatur cum omnibus conditionibus et modis, quibus fuit vir nobilis Joannes Aimo miles. De parte 103, de non 3, non sinceri 0.

Secreta consilii rogatorum vol. XXII. c. 44., u mlet. arkivu.

CCCXXIV. God. 1465. 8. siečnja, u Mletcih.

O razmirici obstoječoj medju obćinom i biskupom osorskim.

1464. die octavo ianuarii. Viget maxima discordia inter fidelem communitatem nostram Auseri et reverendum episcopum loci ipsius, qui nostro dominio magna querimonia exponi fecit, episcopatum et domos Abbatie sancti Petri ruere, ipsumque dominum episcopum, qui uti par est in suo episcopatu residere deberet, Pagi habitare etc. Quam ob rem vadit pars, ut de huiusmodi rebus informatio habere possit, quod mandetur comitibus nostris Chersi et Auseri et Arbi, qui locus vicinus est, quod Auserum se conferrat, unaque cum ipso comite Auseri omnia, pro quibus differentia orta est inter partes ipsas, particulariter minutinque oculata fide intelligere ac videre omnes, qui eis huiusmodi rerum declaratione adducerentur, omnesque possibiles declarationes summere, deque omnibus, que habuerint, nostro dominio diligenter significare, ut habita informatione deliberari possit, sicuti iustitie et equitati convenire videbitur. De parte 79, de non 7, non sinceri 12.

Senato Mar. vol. VIII. c. 1., u mlet. arkivu.

CCCXXV. God. 1465. 13. siečnja, u Mletcih.

Nalaže se poslaniku u Ugarskoj, neka čestita kralju na postignute uspjehe, i zahvali što je odbio ponude turske za mir, te odobri, što se povukao u zimske stanove.

MCCCCLXIIII. die XIII ianuarii. Oratori nostro apud serenissimum regem Hungarie. Tam litteris vestris diei XVII novembris preteriti, quam exemplo litterarum regie serenitatis Hungarie scriptarum ad reverendissimum dominum episcopum collocensem, et ad vos, quod misistis nobis, intelleximus successus maiestatis sue optentionemque locorum, de quibus in eisdem litteris agitur mentio. De reliquis etiam occurrentibus remansimus informati, vestramque diligentiam et prudentiam commendamus, volentesque, quod detis operam adeundi presentiam regie maiestatis Hungarie, congratulando vos nomine nostro de successibus suis, quos profecto pro nostra singulari benivolentia in celsitudinem suam gratissimos habuimus; utendoque circa hoc illis bonis et utilibus verbis, que ad patefaciendum hunc optimum animum nostrum expedire noveritis.

Per easdem litteras vestras intelleximus requisitionem quam dicitis factam fuisse nomine Turci illi serenissimo regi de salvoconductu concedendo duobus eius oratoribus pro tractatu pacis et denegationem prefati regis etc. Et commendata solertia vestra pro huiusmodi advisatione, dicimus, videri nobis, maiestatem suam prudenter deliberasse, et merito iudicasse idem, quod nos continue iudicavimus, qui per diversas vias tentati et requisiti de pace ab eodem Turco, et per viam cancellarii baiuli nostri Constantinopolis anno superiore, postea per viam Grecie, et inpresentiarum per viam Albanie et per medium Scanderbegi, semper iudicavimus et iudicamus, has esse artes et cautos modos Turci, non ad finem pacis, sed pro melio satisfaciendo libidini sue; et semper quod aliquid momenti haberemus in dicta materia, que maiestati sue et nobis

communis est, cum eadem maiestate immediate communicaremus, tenentes indubie, eamdem maiestatem ratione predicta erga nos illud idem esse facturam.

Post hec alias litteras vestras accepimus datas xxvii novembris et secundo decembris, quibus inter cetera intelleximus, exercitum serenissimi regis Hungarie, ob incomoda passa, ob temporum acerbitatem, et propter alios necessarios respectus ab oppugnatione castri Suvernich discessisse. Quam rem non nisi prudenter et cum bona deliberatione per serenitatem suam factam tenemus, obstantibus presertim hyeme et aliis necessitatibus antedictis. Id ipsum etiam, sicut nuper accepimus, in Amorea gentibus nostris evenit, que contra arcem Misithrarum castrametate erant, et ab incommodis coacte absque tamen alia lesione se ab illa impresia dimoverunt. De quibus omnibus, volumus, quod maiestati sue noticiam detis illis pertinentibus verbis, que vobis videbuntur. De parte 133, de non 26, non sinceri 5.

Secreta cons. rogat. vol. XXII. c. 59., u mlet. arkivu.

CCCXXVI. God. 1465. 17. veljače, u Mletcih.

Ovlašćuje se duždevo vieće, da odgovori na molbe podnesene od poslanika Ladislava sina hrcega Stjepana sv. Save i drugih gradova dalmatinskih.

1464. die xvii februarii. Venit ad nostrum dominium orator unus illustris domini Ladislay, filius illustris comitis Stefani sancti Save, nonnullas res satis parvi momenti a nostro dominio petens. Et ne impediantur res huius consilii, vadit pars, sicuti sepe fieri solitum est, quod idem orator et nonnulli partium Dalmatie et Albanie per collegium expediri possint. De parte 102, de non 7, non sinceri 1.

Senato Mar. vol. VIII. c. 11., u mletačkom arkivu.

CCCXXVII. God. 1465. 26. veljače, u Napulju.

Sicilijanski kralj dozvoljuje Dubrovčanom izvoz žita iz Pulje.

Ferdinandus rex Sicilie etc. notum facit magnificis viris Joanni Ferrerio consiliario et comisario nostro ac Tristano de Queralt militi magistro portulano in provincia Apulie etc., permisisse civitati Ragusii, quod extrahere possit de pecunia Apulie currus centum grani et centum ordei, rogante nobile viro Marino de Michaelibus sacrarum literarum professore pro dicta magnifica communitate oratore nuper apud nos. Jubet ergo ipsis, quod permittant Raguseis extrahere certam quantitatem bladi, solvendo dohane iura solita.

Datum in Castellonovo Neapolis . . . xxvi. februarii mcccclxv. indictione xiii. regnorum nostrorum anno octavo. Rex Ferdinandus.

Originale pergam. u c. kr. tajnom arkivu bečkomu.

CCCXXVIII. God. 1465. 1. ožujka, u Mletcih.

Šalje se poslanik, da pomiri Stjepana hrcega sv. Save sa sinom Ladislavom.

1465. 1 martii. — Misit ad nos nuper duos suos oratores illustris duchas Stefanus sancti Save, exponentes capitula compositionis inter se et magnificum Ladislaum filium suum nullam penitus executionem habuisse,

imo sua omnia maiore in discordia quam unquam esse, non sine parvo periculo status nostri partium Dalmatie et Albanie, supplicantes, ut operam nostram interponere vellimus. Quamobrem vadit pars, quod per collegium eligi debeat unus noster orator ad ipsum illustrem ducham et Ladislaum filium suum pro componendis eiusmodi differentiis suis cum illo mandato, quod ei per collegium dabitur. Et proficiscatur cum famulis septem eo in numero computato uno notario cum famulo suo. + 131 — 1 — 1. Electus ser Marinus Bono. Refutavit. Ser Ludovicus de Canali. Acceptavit.

Senato Mar. lib. VIII., u mlet. arkivu.

CCCXXIX. God. 1465. 14. ožujka, u Mletcih.

Poslaniku u Ugarskoj šalje se pismo za kralja, i obaviešćuje se, da je već imenovan njegov nasljednik.

mcccclxv. die xiiii martii. Ser Joanni Aimo militi oratori nostro ad serenissimum regem Hungarie. Delate sunt nobis littere vestre dierum xviii, xx et xxii februarii prope preteriti. Et cum eis simul accepimus litteras regie serenitatis Hungarie. Quid autem post susceptionem litterarum nostrarum, diei presertim xxx ianuarii preteriti pro exequendis mandatis nostris apud maiestatem suam facere studueritis, et quid in rebus Turcorum, pro quibus serenitas sua in Italiam et ad nos, successiveque ad romanum pontificem mittere constituit oratores suos cum pleno mandato circa ea omnia, que in vestris litteris seriose caventur, intelleximus optime, prudentiamque, studium et diligentiam vestram laudamus et magnopere commendamus. Ad litteras autem ipsius serenissimi regis pertinenter respondere curavimus per litteras nostras, presentibus alligatas, quarum exemplum ad informationem vestram vobis mittimus his implicitum, volentes et mandantes vobis cum nostro consilio rogatorum, quod litteras ipsas quamprimum maiestati sue exhibeatis cum illis bonis, accommodatis et affectuosis verbis circa effectum litterarum, quas ad serenitatem suam scribimus, que noveritis expedire; dicendoque sibi, quod de colloquiis per vos habitis cum maiestate sua dedistis nobis per litteras vestras plenam noticiam, sicut ad officium et debitum vestrum pertinet; ostendetisque et patefacietis sibi affectionem et optimam dispositionem nostram erga serenitatem suam, cum qua constanter in bona unione et federe nostro perseveraturi sumus. Quodque oratores, quos ad nos et successive ad pontificem maximum serenitas sua mittere statuit, libenter videbimus et pro nostra affectione in maiestatem suam gratissime suscipiemus; qui nulla ex parte defuturi sumus eorum omnium, que splendori, commodis et glorie sue conducere possint.

Intellecta instantia, quam nobis facitis, ut patriam repetere possitis, operam omnem adhibuimus, eligendi unum oratorem loco vestri, qui est vir nobilis Franciscus Sanudo, eumque speramus infra breves dies hinc expedire. De parte 110, de non 0, non sinceri 0.

Intelleximus quantum scripsistis nobis de argento accepto per comitem Goritie illi subdito regie maiestatis Hungarie, in qua re etiam sua serenitas per eius litteras ad nos scripsit. Nos qui affecti sumus serenissimo

regi, cupimusque sibi in cunctis possibilibus morem gerere, fecimus et libenter facturi sumus in re ista, quicquid a nobis fieri poterit. Cumque idem comes sit de proximo huc personaliter venturus, secum erimus super hoc, et nihil pretermittemus, ut intentio prefati serenissimi regis locum habeat.

Preterea quid innovaverit contra subditos Sibenici bannissa Clisse, videbitis per litteras comitis nostri Sibenici, quarum exemplum mittimus his implicitum, volentes, quod super hoc quamprimum sitis cum serenissimo rege, gravando rem istam illis convenientibus verbis, que noveritis expedire, et dando operam, quod regia maiestas mandet banisse predicte, quod omnino restituet animalia, que tanta violentia et iniuria accipi fecit. Quoniam si id tandem facere recusabit, excusati erimus, si honori nostro et indemnitati nostrorum aliter providebimus.

Quanta instantia vir nobilis Joannes Aimo miles, qui iam per biennium stetit orator noster apud serenissimum regem Hungarie, petierit, et impresentiarum petat licentiam repatriandi, ex litteris suis lectis huic consilio intelligi potest. Quantum vero honestum et conveniens sit, quodammodo peticio hec sua exaudiatur, maxime ex iis, que etiam scribuntur circa hoc nostro dominio per prefatum regem et etiam per ipsum oratorem nostrum de adventu oratorum ipsius regis in Italiam, omnes comprehendere possunt.

Propterea, vadit pars, quod eligatur de presenti per scrutinium in isto consilio, unus noster honorabilis orator ad prefatum regem, qui possit eligi de omni loco et officio. Respondeat statim, si erit presens in isto consilio, vel cras ad tercias, si non esset presens. Ducat secum illam familiam et equites, quos secum duxit dictus orator noster. Renuntiare non possit sub pena ducatorum cc. Teneaturque discedere per totum presentem mensem sub pena predicta, et vadat cum illa instructione, que videbitur isti consilio. De parte 110, de non 0, non sinceri 0.

Quod supersederi debeat electio oratoris ad serenissimum regem Hungarie usque ad adventum huc oratorum regie maiestatis Hungarie, qui recesserunt ex Buda xx. februarii et hic dietim expectantur. De parte 59.

Secreta cons. rogat. vol. XXII. c. 75., u mlet. arkivu.

CCCXXX. God. 1465. 16. travnja, u Mletcih.

Odgovor mletačkoga senata poslanikom ugarskim.

MCCCCLXV. die XVI aprilis. Quod reverendissimo patri domino . . . episcopo quinque ecclesiarum ac magnifico domino Joanni de Roçgon, primariis consiliaris et oratoribus serenissimi domini regis Hungarie, qui venerunt ad presentiam nostram, et exposuerunt ea, que per serenissimum dominum ducem huic consilio explicata sunt, respondeatur:

Quod periocundo animo intelligimus, quantum reverendissima paternitas et dominationes sue nobis parte regie serenitatis Hungarie prudentissime et elegantissime nuntiarunt. Agimus in primis maiestati sue pro humanis verbis et affectuosis oblationibus suis, quas procedere certi sumus ab amore precipuo, quo nos prosequitur sua serenitas, tantas gratias, quantas animus noster capere potest. Neque ad cumulum amicitie et

indissolubilis charitatis nostre in serenitatem suam opus esse putamus longiorem nos orationem complecti, quandoquidem omnes prosperos eius successus, omne decus, gloriam et amplitudinem suam non minus quam propriam cupiamus. Intelleximusque gratissime optimas conditiones regni sui, unionemque procerum suorum, et quod habundet militibus. Audivimus etiam perlibenter, quod res Turci perfidi hostis in declinationem sint; pro quibus omnibus maiestati sue congratulamur. Nec satis eam laudare possumus pro optimo proposito et ardenti desiderio suo ad magnanime propulsandum accerrimum hunc persecutorem nominis christiani, ex quo in celis eterna premia in terris vero immortalem gloriosam consecutura est.

At quoniam, ut ipsi domini oratores retulerunt nobis, regia maiestas intelligere expectat litteris nostris, quo nomine et qua spe impresiam istam prosecutura sit, et quid potentatus facturi sint, et in specie dominium nostrum, dicimus, quod existimamus, non multum opus esse patefacere promptitudinem animi nostri nostrumque desiderium ad rem istam, quoniam ab ipsa experientia magistra rerum id potuit plane intelligi. Tenuimus hoc superiori tempore ob hanc specialem causam apud summum pontificem legationem nostram; nihil studii nihil diligentie pretermisimus, pro favore et desiderato effectu huius rei. Noviterque etiam misimus ob id ad beatitudinem suam oratorem nostrum. Pontifex maximus, qui non potuisset nec posset melius esse dispositus ad rem istam, vocavit iampridem ad se ob hanc causam oratores potentatum Italie. Estque res ista per dei clementiam ad bonos terminos constituta. Cumque ipsi domini oratores principaliter ad romanum pontificem designati sint veluti ad supremum caput christianorum, hortamur dominationes suas, ut ad beatitudinem suam proficiscantur, apud quam certi sumus omnia eos facile consecuturos esse, que convenienter et eque impetrari possint, quoniam ut diximus omnia iam bene disposita sunt, eritque istic continue noster orator, qui nullum studium, nullam operam pretermittet, ut comunibus suis et nostris desideriis satisfiat. Nos quoque ex nunc dicimus, quod ultra ea, que tam mari quam terra fecimus et facimus contra hunc hostem, parati semper sumus pro serenitate sua et pro sancta hac expeditione facere promptis animis quicquid a nobis fieri possit, sicut ab ipsis effectibus ostendemus. De parte 142, de non 12, non sinceri 6.

Secr. cons. rogat. vol. XXII. c. 79., u mlet. arkivu.

CCCXXXI. God. 1465. 20. travnja, u Mletcih.

Riešeno, da se namah dade 300 dukata poslaniku Leke Dukajina.

1465. die xx aprilis. Quoniam ob motus Johannis Zernoevich contra subditos et loca nostra multum facit pro dominio nostro, ut vicinos dominos nobis teneamus propicios, et inter alios spectabilem Lecham Duchaynum, qui illis vicinus est, et multum rebus nostris favere potest; vadit pars, quod pro dando oratori suprascripti Leche, qui hic est et cum multa instantia petit provisionem suam, dari debeant quanto citius fieri potest et de primis denariis de deposito et de omni alio loco, unde prius haberi poterint, ducati trecenti auri et cum bonis et gratis verbis expediatur, ut ad dominum suum redire bene edificatus possit. De parte 142, de non 7, non sinceri 3.

Senato Mar. vol. VIII. c. 22., u mlet. arkivu. *

CCCXXXII. God. 1465. 22. travnja, u Mletcih.

Meće se uciena na glavu Ivana Crnoevića radi veleizdaje.

1465. 22 aprilis. — Quum faciende sunt omnes possibiles provisiones, ut loca supposita civitati nostre Catari, que instigatione Joannis Cernoevich a nostra deviarunt obedientia, ad eam redeant, et Joannes ipse, perfidus inimicus status nostri, perfidie sue penas sentiat; vadit pars, quod iuxta ea, que per oratores fidelissime comunitatis nostre Catari dominio nostro memorantur, eidem Joanni imponatur talea librarum x. mille monete venete, dande videlicet illi vel illis, qui illum aut vivum darent in manus et fortiam nostri dominii vel quoquomodo interficerent. Et propterea habeat videlicet interfector sive capiens unam domum dono a nostro dominio in illa civitatum nostrarum, ubi eam magis voluerit, et stipendium equorum duorum ad latinam in vita sua; et scribatur omnibus rectoribus nostris Catari et inde supra, ut vel publice vel secrete tractando rem hanc, prout melius et conducibilius fore iudicaverint, procurent, ut si possibile sit aliquo modo effectum sortiatur. Item auctoritate huius consilii expresse et efficaciter mandetur comiti Catari et quibuscumque rectoribus nostris a Cataro supra, ut aliquem ex hominibus et subditis prefati Joannis venire aut versari non permittant in aliquo locorum nostrorum, neque cum subditis et hominibus nostris aliquo modo practicare vel rem aliquam emere sive vendere, aut aliquo alio modo directe vel indirecte contrectare, et hoc idem dicatur de adherentibus et sequacibus suis, vel ei quoquomodo faventibus, quin immo ubilibet locorum nostrorum habeantur et tractentur pro hostibus, capianturque et carcerentur; et si qui ex subditis nostris clam contrafacere niterentur, cadant ad illas graves penas, que rectoribus imponende viderentur.

Item opportune et convenienter scribatur omnibus rectoribus nostris a Cataro supra, ut cum eodem comite et inter se etiam intelligendo, succurratur et opituletur cum omnibus viribus et posse eorum pro recuperatione comitatus et locorum a fide et devotione nostra deviatorum, sicut collegio visum fuerit.

Item dicatur oratoribus Catari, quod galeas nostras subtiles, quas decetero in levante missuri sumus, ad civitatem illam nostram declinare faciemus pro hortamine illorum fidelissimorum civium nostrorum et pro favore etiam rerum illarum, sicut devote supplicarunt.

Et quum oratores ipsi intercetera petierunt et supplicarunt, ut ad civitatem illam mittamus pro custodia ipsius pedites centum, scribatur provisori nostro Albanie, et ei detur noticia de hac peticione, comittaturque, ut ipse, qui est super negotio, et intelligit exigentiam rerum, iuxta illorum exigentiam provideat custodie eiusdem civitatis, sicut ei necesse fuerit. + 104 — 4 — 0.

Secr. cons. rogat. vol. XXII. c. 85., u mlet. arkivu.

CCCXXXIII. God. 1465. 10. svibnja, u Mletcih.

Doznačeni su novci za poslanika idućega hrcegu Stjepanu sv. Save.

1465. die x maii. Quod pro expeditione oratoris nostri ad illustrem dominum ducham Stefanum sancti Save accipiantur de ratione depositi

et qualibet alia ratione, unde celerius haberi poterint, ducati ducenti, ut sine temporis intermissione possit recedere, sicut opus est. De parte 118, de non 0, non sinceri 1.

Senato Mar. vol. VIII. c. 25. t., u mlet. arkivu.

CCCXXXIV. God. 1465. 22. svibnja, u Gradcu.

Karlo, knez korbavski spovieda, da je prodao njeko imanje, da namiri dug.

Nos comes Carolus Corbavie etc. natus comitis Caroli etiam comitis Corbavie etc. Significamus omnibus et singulis quorum interest et coram quibus presentia hec nostre littere pervenerint, qualiter nos quibusdam nostris indigentiis magnis, sine quibus in illo tempore esse non poteramus, et habuimus a nobili viro Cregliaç Petrichievich viginti quattuor ducatos auri boni et legalis ponderis Venetorum, et pro ipsis suprascriptis ducatis vendidimus unam sortem terre nostre nobilitatis perpetuis temporibus pro nobili sibi et suis heredibus in nostra villa vocata Buchovichi in Liccha, supra qua sorte residet vilicus nomine Millum, quod ipse et sui heredes possint tenere, gaudere, vendere, donare et pro anima dare, cum omnibus pertinentiis, quomodocumque pertinentibus eidem uni sorti, quemadmodum quibuscumque aliis in illa villa existentibus, et possit manutenere sicut quamcumque aliam terram suam, cum omnibus aquis, campis, pascuis et comunibus et cum omnibus pertinentiis, ut superius continetur. Et si aliquis de nostra parentella molestaret vel aliquis alius, quod nos debemus et nostri heredes coram quocumque iudicio deffendere. In quorum omnium testimonium pro maiori fide sibi concessimus has nostras litteras sub nostro sigillo pendente. Date et sigillate in Cotuchia in Gradaç currentibus annis domini 1465. mensis maii in die sancte Elene imperatricis.

„Ducali e terminazioni“ II. c. 61 retro, u zadars. arkivu.

CCCXXXV. God. 1465. 30. svibnja, u Mletcih.

Mletačka republika obaviešćuje budvanskoga načelnika o odgovoru danu poslanikom one obćine.

Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Ludovico Bembo de suo mandato vice potestati Budue et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Fideles oratores istius communitatis postulant, ut cum Nicolaus Stratovich ob calcem habitam a commune Budue isti communitati debitus sit perperorum centum quinquaginta, dignemur sibi concedere, quod vendi possint de suis bastinis pro talis debiti satisfactione, et communitati ipsi satisfieri; et rem aliter non intelligentes, has nostras ad vos dare instituimus, quibus iubemus, quod si compertum vobis erit, Nicolaum ipsum, ut oratores antedicti retulerint, debitorem esse de bonis ipsius ipsi communitati, ut iustum est esse censemus, satisfacere debeatis.

Et quoniam questi quoque sunt, rectores nostros istic dispensasse de quibusdam terrenis sitis in loco Costagniza, arva nonulla et terrena, quod ad suum officium minime (spectat), nobis significare debeatis, ut subinde uecerni possit, quod iustitie conveniet.

Ad estremum supplicantibus oratoribus ipsis, ut certam frumenti quantitatem e locis nostris intra culphum concedere dignaremur, prout fidelium ipsorum ipsi communitati concsssimus per patentes litteras nostras et capitula ipsa, ut staria mille tantum exportare e locis suprascriptis possint, hac tamen conditione adita, quod quocies aliquam frumenti quantitatem istic devehi faciet, nuntii ipsius communitatis ferant secum litteras rectorum locorum, in quibus illud fuit boneratum. Et propterea vobis mandamus, ut quociens frumentum istic deportabitur, advertatis ut littere huiusmodi una et vobis perferant, et computum frumenti, que deportabunt, teneri faciatis, ne sub huius nostre concessionis pretextu maior quantitas extraeretur, et in hoc vestrum studium apponite, ne dominium nostrum defraudetur.

Datum in nostro ducali palatio die xxx maii, indictione 13, 1465.

Listina u mlet. arkivu naposeb.

CCCXXXVI. God. 1465. 27. lipnja, u Mletcih.

Pruža se pripomoć kastelanu barskomu, zasužnjenu od Ivana Crnoevića, da se izkupi.

1465. die xxvii iunii. Fidelissimus Venetus noster Baldesar Perdutius castellanus castri nostri Antibari per provisorem nostrum Albanie ac potestatem Antibaris ad cuiusdam passus missus hinc inde, ne Ivanus Cernoevich rebellis noster ad subditorum nostrorum damna transiret, ab eodem Ivano dolo eorum, qui erant secum, captus et captivus miser detinetur, a quo magna petitur talea, quam solvere non potest, nisi cum totali ruina familie sue. Et quoniam a nostro dominio de stipendio certam pecuniarum sumam habere debet, humiliter supplicat, ut ei de ipsa mercede sua subvenire dignemur. Sitque pium hanc suam supplicationem honestissimam exaudire; vadit pars, quod mandetur comiti et capitaneo nostro Scutari, a camera cuius civitatis camera Antibari singulis annis habere debet yperpera quingenta pro subventione illius civitatis nostre iuxta formam partis xxiii februarii 1449 in hoc consilio capte, que iam multos annos nihil habuit, ut de eo, quod habere restare per litteras potestatis Antibari certus factus fuerit, ei subvenire debeat, quarum pecuniarum subventione ac aliis, quas ex rerum suarum venditione recuperabit, se ipsum redimere possit, ac suam sustentare familiam. De parte 123, de non 3, non sinceri 2.

Senato. Mar. vol. VIII. c. 31, u mlet. arkivu.

CCCXXXVII. God. 1465. 3. srpnja, u Mletcih.

Daje se odgovor Jakovu de Bona Dubrovčaninu, koj je predlagao mir u ime cara turskoga.

mcccclxv. die iii iulii. Quod respondeatur Jacobo de Bona Raguseo etc. Quod intelleximus, quantum nobis prudenter exposuit circa pacem ineundam cum domino Turco, in qua re laudamus plurimum operam et diligentiam suam, meritoque inducimur ad ea, que honorem et commodum suum concernant. Loquentesque secum aperte, sicut cum nobis ipsis

faceremus, dicimus, quod ex naturali inclinatione nostra nesciremus recusare pacem, dummodo secura haberi possit pro nobis et pro regia maiestate Hungarie, cum qua federe devincti sumus. Magnifacientesque prudentiam et experientiam suam, ac tenentes, quod in re ista omni affectione et integritate se geret, medium hoc suum acceptamus, gratissimumque habemus.

Estque rei veritas, quod considerare diligenter voluimus cirsa negotium huius pacis, videturque nobis, quod non possemus habere pacem tutam pro nobis et serenissimo rege Hungarie, nisi haberemus Amoream et Mithilenas; et regi Hungarie daretur, quod sibi restat de Bossina, et aliud quod conferre habeat securitati istius pacis. In qua pace etiam comprehendantur domini christiani, qui nobiscum sunt. Ideoque dicimus, quod contenti sumus, quod in dei nomine sumat laborem redeundi ad Mamutbassa per illam meliorem viam, quam magis utilem iudicabit, utendo secum circa rem istam illis prudentibus verbis et modis, quos conducibiliores et utiliores esse noverit ad bonum exitum istius materie. Sumusque contenti, quod cum quanto habere poterit a prefato Mamutbassa de firma intentione domini Turci circa conditiones istius pacis, sicut prefertur, redire studeat ad nos, quo magis instructus possibile fuerit; quem advisare volumus, quod summus pontifex, qui nobilis noster est, ut prosequatur hoc bellum, ultra bonam quantitatem pecuniarum, quam dedit et daturus est regi Hungarie, ardenti studio quesivit, et continue querit cumulare pecunias exponendas in hoc bello Turci; quod commemoramus sibi, ut omnia sciat, sicut nos. Demumque dicimus ei, quod quia sumus et semper sibi esse intendimus sincere affecti, si per operam suam conducet hanc pacem, utemur erga eum tali munificentia et gratitudine, quod ipse et posteri sui meritam causam habebunt de nobis semper restare contenti.

Et quia detulit litteras baiuli nostri Constantinopolis, dirrectivas fratri suo, que etiam locuntur de hac pace, deque adventu suo ad nos, decrevimus, quod frater ipsius baiuli respondere debeat pertinenter ad ipsas litteras, que testimonium afferent, quod idem Jacobus personaliter ad nos fuerit. Et cum responso nostro regrediatur ad prefatum Mamutbassa. Nec videtur nobis, attenta fide, quam capimus de ipso Jacobo, mittere cum eo alium nuntium nostrum.

Dicatur quoque ipsi Jacobo, nos esse contentos, quod premissa omnia communicare debeat cum baiulo nostro Constantinopolis.

Prefato autem Jacobo dari debeant in hoc suo recessu ducati centum pro expensis suis. De parte 30.

Secreta cons. rogat. vol. XXII. c. 101., u mlet. arkivu.

CCCXXXVIII. God. 1465. 3. srpnja, u Mletcih.

Drugi predlog o odgovoru, koj se imao dati Jakovu de Bona, koj je u ime cara turskoga predlagao mir.

MCCCCLXV. die III iulii. Quod egregio Jacobo de Bona Raguseo, qui pro materia pacis cum Turco ex Constantinopoli huc se contulit, explicavitque, quantum habuit a Mamutbassa circa rem istam, sicut isti consilio relatum est, respondeatur:

Quod intelleximus, quantum nobis prudenter exposuit circa materiam pacis cum domino Turco, in qua re laudamus plurimum operam et diligentiam suam, meritoque inducimur ad ea, que honorem et commodum suum concernant; loquentesque secum aperte, sicut cum nobis ipsis faceremus, dicimus, quod ex naturali inclinatione nostra nesciremus recusare pacem, dummodo secura haberi possit pro nobis, et pro regia maiestate Hungarie, cum qua confederati sumus; magnifacientesque prudentiam et experientiam suam, ac tenentes, quod in re ista omni affectione et integritate se geret, medium hoc suum habemus gratissimum, sumusque contenti, quod sumat laborem redeundi ad Mamutbassa, dicendo sibi, quod optulit nobis parte illustris dominationis sue pacem securam cum domino Turco, non solum pro tempore ipsius Mamutbassa, sed etiam pro toto tempore vite domini sui, quodque si attendere volumus ad hanc pacem, mittamus cum eo nuntium nostrum, et quod nos sumus bene et sincere dispositi devenire ad pacem securam cum domino suo pro nobis et serenissimo rege Hungarie confederato nostro, in qua etiam comprehendantur dominii christiani, qui nobiscum sunt. Sed quoniam non est nobis aliter declarata in particulari securitas istius pacis, in qua securitate consistit principale fundamentum istius rei, videtur nobis, quod idem Jacobus redire debeat ad ipsum Mamutbassa, ut inteligat conditiones et securitatem istius pacis, cum quibus ad nos solicite revertatur. Nosque ex nunc dicimus, quod intellecto in particulari, quod pax secura, sicut prefertur, haberi possit, reperiemur prompti et optimamente dispositi deveniendi ad conclusionem istius pacis. Declaramus etiam ipsi Jacobo, quod quia sumus et semper esse intendimus sibi sincere affecti, si per operam suam conducet hanc pacem, in remunerationem bonorum operum et laborum suorum libere sibi donabimus ducatos x. mille, semperque per effectus ostendemus sibi, quanta sit in eum affectio nostra.

Dicatur quoque ipsi Jacobo, nos esse contentos, quod premissa omnia comunicare debeat cum baiulo nostro Constantinopolis.

Preterea si in colloquiis, que per deputatos ad hoc habebuntur cum ipso Jacobo, replicabit quicquam circa securitatem huius pacis, sicut pridem fecit, seu etiam si aliud non diceret circa hoc, debeant ipsi deputati in colloquiis suis incidenter commemorare sibi, quantum dixit circa hanc securitatem, ac etiam factum Amoree et aliorum locorum.

De nuntio, quem nunc requisivit secum mitti, dicatur sibi, quod attenta fide, quam capimus de persona sua, et ex his que diximus, non videtur nobis pro nunc cum eo mittere alium nuntium nostrum, sed ad declarandum, quod venerit ad nos, ordinabimus ser Bartholomeo Barbadico fratri ipsius baiuli, quod respondere debeat ad litteras suas, quas detulit idem Jacobus, et littere ipsius responsionis consignabuntur sibi, reddende ipsi baiulo nostro.

Et quoniam prefatus Jacobus suasit nobis, ut ob predicta non resistamus a provisionibus debitis ad hoc bellum, dicatur sibi per deputatos, quod cognoscentes eum sic loqui ex affectione quam nobis gerit, sibi regratiamur, volumusque eum certum esse, quod in faciendo per omnes modos provisiones opportunas, nihil omittimus, nec omissuri sumus, ut res nostre bene succedant, sicut in divina bonitate confidimus.

Eidem autem Jacobo dari debeant in hoc suo recessu ducati centum pro suis expensis. De parte 99, de non 1, non sinceri 1.

Quod ad litteras scriptas per baiulum nostrum Constantinopolis ser Bartholomeo Barbadico fratri suo, idem ser Bartholomeus respondere debeat in ea pertinenti bona forma, que declarabitur per collegium. De parte 125, de non 0, non sinceri 2.

Secreta cons. rogat. vol. XXII. c. 101., u mlet. arkivu.

CCCXXXIX. God. 1465. 4. srpnja, u Mletcih.

Šalje se pripomoć Kotoru proti Ivanu Crnoeviću.

1465. die quarto iulii. Civitas nostra Katari statui nostro importantissima, ob novitates Ivani Cernoevich non in parvo periculo constituita est, oratores cuius nostri dominii subsidium humiliter supplicant. Quamobrem vadit pars, quod galee Baffa et Priola, quarum supracomiti primi electi fuerunt, omni celeritate armari expedirique debeant, et in subsidium illius mitti. Item mitti debeant pedites quinquaginta sub uno probo comestabile nostro, sicuti collegio videbitur. Preterea quia voluntates eorum, qui a nostro dominio defecerunt, et aliorum sunt quibusdam domisculis aliciende, captum sit, quod de ratione depositi et de omni alio loco et officio, solutis obli ationibus primum factis, accipi debeant ducati 1500, de quibus emantur pani illorum colorum, qui collegio videbuntur, donandi et distribuendi inter illos, qui comiti nostro Kathari ac provisori ad illas partes mittendo videbuntur. Et quia camera suprascripte civitatis nostre ob novitates exhausta est, sitque illi pro provisionibus opportunis opus pecuniis, mandetur regimini nostro Corphoy, quod eo mittere debeat maranos duos sale oneratos pro duobus caricis. De parte 125, de non 11, non sinceri 1.

Senato Mar. vol. VIII. c. 32. t., u mlet. arkivu.

CCCXXXX. God. 1465. 16. srpnja, u Mletcih.

Naputak poslaniku odlazećem u Ugarsku.

MCCCCLXV. die XVI. iulii. Commissio ser Francisci Venerio, oratoris ad regem Hungarie proficiscentis: Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro Francisco Venerio dilecto civi et fideli nostro, ut quanto diligentius per te fieri potest, solicitando iter tuum, accedas orator noster ad serenissimum dominum regem Hungarie. Et in hoc tuo itinere, quoniam viam Alemanie et terrarum serenissimi domini imperatoris facere instituisti; si occurreret, quod eius maiestatem alicubi invenias, illam nostro nomine visitabis, et sub litteris nostris credentialibus, quas tibi dari iussimus, facies convenientes et honorificas recommendationes, offeresque nos, statum et queque nostra ad honores et beneplacita sue serenitatis, cum omnibus illis amplis, gravibus et idoneis verbis, que tue prudentie occurrent; postremo dices, te ire legatum nostrum ad serenissimum dominum regem Hungarie pro negotiis comunis belli contra Turcum. Et sumpta bona grataque licentia, solicitabis iter tuum Hungariam versus, quanto diligentius poteris.

Postquam deo duce in Hungariam applicueris et presentiam regiam adiveris, presentatis litteris nostris credentialibus, factisque omnibus illis amplis et dignis salutationibus et oblationibus, que honori dignitatique maiestatis sue et nostro fuerunt convenientes; sub illa forma verborum, quam gravem dignamque iudicaveris, dicere et exponere debeas, quod te misimus ad presentiam sue regie celsitudinis, existimantes, ei rem gratam et iucundam facere pro mutua nostra benivolentia et coniunctione, et ut commodius de tempore in tempus de rebus occurrentibus mutuo communicare possimus. Postea subiunges, quod sicut eius serenitatem optime cognovisse non dubitamus per reditum ad se oratorum suorum, nos apud summum pontificem continue tenuimus et tenemus oratores nostros, procurantes solicitantesque serenitatem suam ad prestanda subsidia regie maiestati sue, quorum assidua opera addita, tam optime inclinationi dispositionique eiusdem beatitudinis secutum est, quod oratoribus ipsis dati per eandem beatitudinem fuere ducati LVII mille, quos ad maiestatem ipsam delatos iam non dubitamus, optimumque animum summi pontificis ad favores et subsidia eidem maiestati conferenda tutandamque et erigendam rem christianam oratores ipsi optime intelligere potuerunt. Nos vero, et si gravissimis et pene innumerabilibus impensis gravemur, numerosissime classis et multarum terrestrium copiarum, in diversis locis, aliarumque infinitarum rerum, quas singilatim numerare difficile et tediosum esset, eidem tamen maiestati dare anno presenti polliciti sumus ducatos L. mille, quorum XV. mille oratoribus ipsis hic fecimus numerari. Residuum vero usque ad summam ducatorum L. mille de tempore in tempus iuxta rerum exigentiam dare supplereque dabimus operam.

Oratores ipsi intercetera nobiscum egerunt de subsidiis anni futuri, quibus respondimus, quod summus pontifex eis dixerat, se in festis natalitiis declaraturum, quid in ipso futuro anno facturus esset. Unde nos eodem tempore visis rerum successibus et audita pontificis deliberatione, melius et particularius loqui, et mentem nostram distinctius declarare poterimus. Quod eidem maiestati tu quoque declara.

Oratores insuper ipsi nobis inter loquendum maximam existimationem fecisse visi sunt de generali expeditione facienda, sine qua difficile videtur, hostem hunc acerrimum et robustissimum posse exterminari. Cui rei nos omni cura, studio et diligentia nostra semper invigilavimus et apostolicam sedem regesque et principes christianos et litteris et oratoribus monere, excitare impellereque conati sumus; sed aut culpa temporum, aut pro conditionibus statuum et principatuum tante rei forma modusque dari hucusque non potuit.

Volumus preterea, ut omnibus bonis et accommodatis verbis, que prudentie tue videbuntur, hortari et inducere nitare regiam maiestatem predictam ad exeundum in castra, procedendumque magnanime contra inimicum, ut summus pontifex reliqueque potentie intelligant, subsidia prestita rebus christianis singulariter profuisse, et ad maiora prestanda, et consequenter ad sanctam generalem expeditionem ferventius disponantur; et hoc non solum primo congressu et hac prima collatione facies, sed etiam de tempore in tempus, sicut rerum conditiones requirent, temporumque occasiones se se tibi prebuerint, quas tu illic melius cognosces et videbis, quam nos hic tibi impresentiarum memorare possimus. Ope-

rerisque quantum tibi licuerit, ut pecunie, tam per summum pontificem quam per alios collate, utiliter fructuoseque expendantur.

Post hec omnia dices, quod sicut oratoribus sue regie maiestatis, dum hic apud nos essent, diximus, ex Constantinopoli per varias vias et media de pace tentati fuimus. Inter que media per quemdam Raguseum, ad nos missum, Mamutbassa pacem securam et honorificam nobis optulit, requisivitque, ut aliquem ex nostris illuc mitteremus.* Cui respondimus, neminem ex nostris mittere aliquo velle. Sed quando nobis exprimetur declarabiturque huiusmodi secure et honorifice conditiones pacis pro eadem maiestate et pro nobis, qui per amorem et coniunctionem nostram unum et idem sumus, tunc una cum ea maiestate respondebimus.

* Cui respondimus, ut prius aliis feceramus.

Ocurrit, ut post discessum a nobis oratorum sue maiestatis despotus Leonardus de s. Maura, de cuius verbis et introducta mentione pacis, et responsione nostra eidem regie celsitudini et per virum nobilem Joannem Aimo militem oratorem nostrum et per litteras nostras noticiam superioribus mensibus dedimus, huc ad nos misit nuntium quempiam suum ex Constantinopoli, ut ipse asserit, venientem, qui nomine eiusdem Bassa plurimum nos ad pacem est hortatus, offerens illam securam et honorificam, requisivitque, ut aliquem ex nostris nobilibus ad portam mitteremus. * Nos vero eidem nuntio respondimus eademmet verba, que despoto ipsi prius dici feceramus, et quod aliquem ex nostris mittere nullo modo eramus dispositi. Hoc est, quod in hac materia mentionis pacis ad hunc usque diem secutum est, quod sue tamen maiestati pro debito et officio nostro, ut est, ita declaratum voluimus. Et si forte occurreret, quod maiestas regia a te requireret, quenam dispositio esset dominii nostri circa pacem cum Turco, respondebis, quod per ea, que comprehendere potes, ipsa dominatio nostra, dummodo porrigerentur conditiones honorabiles et secure pacis pro eadem maiestate et pro nobis, iudicaret, utile fore ad practicam ipsam attendere, attento maxime, quod pondus omne huius belli est super humeris sue maiestatis et nostri dominii, et relique christianorum potentie inter se dissidentur discordiis, bellisque plurimum sunt involute. De parte 58, de non 4, non sinceri 6.

* Nos vero, visis tot requisitionibus tantisque oblationibus Turci, circa huiusmodi pacem nullam eidem nuntio responsionem fecimus, sed teneri hic eum deliberavimus tantisper, donec maiestate ipsa de hoc advisata consultius convenientiusque ex communi sententia utriusque nostrum respondere possimus. Mandamus igitur tibi, ut de responsione eiusdem regis, deque verbis et mitibus eius, et de eo, quod pro tua opinione iudicaveris de mente et intentione sua, nos quamprimum per velocissimum nuntium facias certiores.

Et si forte eadem maiestas a te peteret, quenam esset intentio nostra in hac materia, volumus, ut ei respondeas, quod consideratis rerum conditionibus et difficultate pro presenti generalis expeditionis, pondereque immenso expensarum, et periculis etiam tum sue serenitatis tum nostris, qui soli omnium christianorum tantam molem sarcinamque fecimus, opinionis nostre esset, ab apparatibus belli et ab ipso bello nequaquam propterea abstinentes, quin immo illi vehementius incumbentes, non spernere etiam hanc practicam pacis; et de responsione eiusdem serenitatis per velocissimum nuntium nos advisa. De parte 72.

Per litteras in Christo patris domini episcopi cretensis, legati apostolici, sumus advisati, regiam maiestatem predictam ab eodem Bassa de pace similiter fuisse requisitam. Quod prefatus dominus archiepiscopus nobis significat ab eadem maiestate habuisse, cum ordine, ut id nobis denotare deberet. Unde regie celsitudini sue gratias ages nostro nomine, quam in re hac ut in ceteris omnibus pari affectione et benivolentia ince dere videmus nobiscum.

Demum eris curiosus et diligens in scrutando et persentiendo rerum omnium successus, et tam pacis quam belli novorumque omnium in diem occurrentium, et per continuas tuas litteras perque nuntios frequentes et celeres nos optime et distincte instructos et advisatos tenebis, ut iuxta exigentiam tibi scribere possimus.

Volumus, ut cum reverendo domino archiepiscopo cretensi legato communices, quantum rebus nostris conducere iudicaveris.

Visitabis nostro nomine et sub litteris nostris credentialibus reverendos dominos archiepiscopos Collociensem et Strigonensem, faciesque omnes illas salutationes et oblationes, que convenientes fuerint, et prudentie tue videbuntur.

Volumus demum, ut adolescentulum illum fratrem Turci, quem oratores regii secum in Hungariam conduxerunt, benigne humaneque videas et suscipias, nostro nomine salutes, et quecunque commoda potes, ei conferas, comendesque eum regie maiestati diligenter nomine nostro.

Addita hec verba fuerunt per dominium cum collegii parte.

Secr. cons. rogat. vol. XXII. c. 104., u mlet. arkivu.

CCCXXXXI. God. 1465. 25. srpnja, u Mletcih.

Riešeno, da se izplati Nikola de Albertis, koj se je kao vodja spljetske galije sjajno držao.

1465. die 25 iulii. Quoniam nobilis civis noster spalatensis Nicolaus de Albertis, qui iuxta relationem dominio nostro datam per capitaneos nostros generales nostre maritime classis et fideliter et animose se in cunctis rebus nostris gessit tempore, quo fuit supracomitus galee in Spaleto armate contra Turcos, petiit humiliter de solutione debita sui salarii sibi provideri. Attenta fide, devotione, probitate et obedientia dicti Nicolai, vadit pars, quod de denariis officii nostri salis dentur ipsi Nicolao ducati trecenti auri, sicut quibuscumque aliis supracomitibus nostris factum est. Et per officiales nostros armamenti videantur et solidentur rationes servitus sui; quibus visis et solidatis, mandetur rectori nostro Spaleti et successoribus, quod provideat, ut per cameram nostram Spaleti ipsi Nicolao integre satisfiat de toto eo, quod comperietur ipsum restare ultra dictos ducatos trecentos. De parte 146, de non 2, non sinceri 0.

Senato Mar. vol. VIII. c. 34., u mlet. arkivu.

CCCXXXXII. God. 1465. 13. kolovoza, u Mletcih.

Poslanici, koji idu u Mletke radi javnih posala, dobit će nagradu, za koju neplaćaju desetine.

Oratores habeant salarium, et decimas non solvant salarii. — Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Ludovico Baffi comiti Sibenicensi et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Venit nuper ad nos egregius doctor artium dominus Ambrosius Michetich orator istius nostre fidelissime communitatis, exponens, ordinatum fuisse per nos, quod prius quam mittantur oratores sibenicenses ad nostrum dominium, habeant licentiam nostram veniendi, quod si absque licentia venerint, de expensis non provideatur per camaram nostram, sicut consuetum erat; de qua inovatione sive ordine nostro communitas ista fidelissima gravari videtur, cum venire possit non tantum pro agendis communitatis sue sed pro rebus conservationem status nostri concernentibus, destinare oratores, qui si expectare deberent licentiam nostram, posset aliquando rebus agendis incomodum et iacturam afferre; et propterea supplicabat, ut ordinem ipsum revocare dignaremur. Nos vero, licet satis convenientibus causis decreverimus adventum oratorum nobis intimandum esse, attamen, ut supplicationibus prefate nostre communitatis satisfaciamus, sumus contenti, quod oratores suos ac capta licentia vestra mittere possit, si vobis videbitur causam missionis fore necessariam, et habeant ipsi oratores pro expensis, quod a camera nostra habere consueverunt. Prefatus dominus Ambrosius etiam nobis exposuit, medicos, rectores scolarum, cancelarios et aromatarium compeli ad solutionem decime salariorum suorum iuxta leges nostras, ad que servanda minime tenentur iure privilegiorum suorum, que videre voluimus; quod cum satis manifestum sit ipsos omnes minime tenere, et alias in hac causa cum nostro consilio rogatorum declaraverimus non subiacere, impresentiarum pro servandis privilegiis et fide nostra declaramus et terminamus, medicos, rectores scolarum, cancelarios et aromatarium pro salariis suis a camara nostra accipiendis gubernatoribus nostris nihil dare debere, non obstante lege et decreto nostro de solvendis decimis, quod decretum non intendimus sancitum esse pro inobservatione privilegiorum concessorum dicte fidelissime communitati nostre.

Preterea ut communitas ista nostra habeat magistrum artium et saggittarum, volumus, quod non obstantibus, ordinibus nostris, in quibus cavetur, quod Dalmatini in ista civitate stipendium habere non possint, ipsum magistrum scribere possitis ad custodiam porte pro pagha sua, licet sit Dalmatinus, et ipso defficiente, alium subrogare valeatis. De trireme redditura provisum faciemus capitaneum nostrum generalem, ut eam ad exarmandum remittat. Ceterum quia nobis commemoravit fortificationem istius civitatis, quam summopere desideramus, imponemus successori vestro, ut accuratissime invigilare debeat circa perfectionem operis predicti, ut quidquid per vos prudentissime inceptum fuit, per eum diligentissime perficiatur.

Data in nostro ducali palatio die XIII. augusti, indictione XIII. MCDLXV.

Diplom. siben. in bibl. palatina Viennae. Cod. suppl. 541. p. 131.

CCCXXXXIII. God. 1465. 13. rujna, u Mletcih.

Odgovara se na molbe Škendrbega.

1465. 13 septembris. — Quod ad capitula nostro dominio nomine magnifici Scandarbegi per reverendissimum dominum archiepiscopum Dyrachii porrecta, respondeatur, et primo ad primum huius tenoris, videlicet. Che la vostra illustrissima signoria reffaci la compagnia de 500 cavalli et 500 fanti Taliani per quella più presta via che sia possibile, la qual compagnia se desfece et fugi via per la disobedientia de misser Cimarosto capetanio, el qual li levò da l'impresa, et contra la volontà del dicto signor andò a Durazzo, et etiam per manchamento de denari, che non li fo mandati per la signoria vostra. E che la dicta compagnia stia et perseveri appresso el dicto signor durante bello cum Turchis, azocchè se possino adoperar. E che a quella non sia facto altro capetanio appresso lui, e che li pagamenti de quelli siano mandati al dicto signor et non a provededor ne altri, chome li fo promesso. de do in tre mexi. Et e cussi necessario, azo che per le raxon ch el dicto signor assigna, non intravegna de questa compagnia quel che intravene de l'altra, ma se fazi el dover. E che le contento, sia appresso lui commessario, che veda, chome se spende tal danari.

Responsio. Nos sicuti notum est nostre promissioni abunde satisfecisse, gentesque nostras equestres pedestresque ad illum magnificum dominum misisse, que sicuti dicit debitum suum non fecerunt, nobis sane molestum fuit, quum nulla alia ratione tantam impensam fecimus, nisi pro utilitate status magnificencie sue et nostri, refectioni quarum gentium superveniente hyeme non videtur nobis tempus pati esse aliquam provisionem ad presens faciundam, sed tempore veris curabimus requisitioni sue magnificentie satisfacere.

Ad secundum. Domanda che la vostra serenita proveda sopra el facto de la galia et navilii, si chè quando le richiedera, non li vengano a meno, chome fò facto linstade passata per la impresa, et questo inverno quando non haveva bisogno Cataro, chome al presente ha.

Responsio. Si sue magnificentie satisfactum non fuit, id nulla alia causa accidisse, nisi quod intelligentes nos magnam a Turcho classem parari statuisse, classem nostram magno triremium numero fortem facere, ac potentis classis nostre obiectu periculum, quod statui suo, nostro totiusque christianitatis imminebat, propulsare. Et quemadmodum superius dicimus, cum hoc hyemis tempus idoneum sit veri satisfacere sibi curabimus.

Tertio. La ricorda, che la vostra signoria fortifici Scutari, pero che porta periculo.

Responsio. Recordamenta magnificentie sue nobis grata fuisse, super qua re licet provisor noster ad illas partes mandatum a nostro dominio habeat, tamen illud efficatius reiterabimus, ut civitas ipsa penitus fortificetur, et ita eidem provisori nostro efficacissime scribatur.

Quarto. El domanda che la vostra signoria scriver se degni al summo pontifico, che la soa santita habia per recomandato el dicto signor in farli parte de centomillia ducati, che la soa santità ha promesso in adiutorio de coloro, che combateno contra Turchi, poichè esso signor com-

bate continuamente, et sta in gran spexe, et niun el sovien de danari, chome se fa ad altri.

Responsio. Fiat ut petitur, et scribatur in ea forma, que collegio videatur.

Quinto. El domanda, li sia restituito et pagato li frumenti et navilii tolti per li nostri rectori et galie, e chel sia dato si fato ordene da qui inanzi, che li so frumenti, chel manda a donar o per altri so bisogni, non siano tochati.

Responsio. Nos veram et certam informationem habuisse, eiusmodi frumenta non sue magnificentie sed aliorum fuisse, quod si suum fuisset, non aliter illud tractari fecissemus, ac si nostrum proprium fuisset.

Sexto. El domanda, le sia pagato qui certi danari, chel die haver dala camera de Scutari, che sono ducati a perperi 4 per ducato. E simelmente 600 ducati, chel die haver dale razion vechie in fin pochi di.

Responsio. Nos novam super sale ad cameras nostras illarum partium fecisse provisionem, adeo quod firmiter tenemus, magnam pecuniarum summam exigi debere, nec magnificentie sue obliti fuimus, quia suprascripto provisori nostro stricte dedimus in mandatis, quod sue magnificentie penitus satisfacere debeat. De parte vero, quam hic habere debet, ordinabimus eam sibi dari ab officio nostro rationum veterum.

Et ita fiat iuxta formam partis.

Septimo. El domanda, che la vostra signoria daga plena libertà al suo provededor sopra li vostri subditi etc. Et aricordia, ch el fazia utele provision, ch el dicto provededor possa acordar la montagna di octo anni, et la Xenta; che se la fosse stada acordata, chome aricordo el dicto signor, non saria intravenuto, quel che occorse.

Responsio. Misisse ad illas partes provisorem nostrum cum pleno mandato et libertate providendi ad omnia, que statui nostro sueque magnificentie utilia esse videbit: quo cum de huiusmodi re magnificentia sua conferre poterit, ut fiat illa provisio, que rei huic utilis videbitur. Et ita mandetur eidem provisori.

Et quia superscriptus dominus archiepiscopus sue specialitatis nomine nonnulla alia capitula porrexit, captum sit, quod per collegium expediri possint. Require ad collegium. De parte 135, de non 1, non sinceri 1.

Li frumenti tolti sono questi.

Le galia morexina zoe Januzo greco comito piglio stera 400 de formento et stera 4 de fave, porci 17.

Misser Andrea da Molin fo podesta de Budna piglio stera 400. La vostra signoria li scrisse el restituisse li formenti, e perchè el fo morto, la lettera non fo presentada. Tutta la so robba è venuta a Veniexia. Al tempo, che mori re Alphonso, fu pigliato al dicto signor uu navilio de sal; el sal li fo reso per la vostra signoria et el navilio è restato a Durazo per ducati 125.

Misser Marco di Prioli fo conte a Catharo tolse un navilio nolizato pel signor predicto, per el qual mandava a donar al signor Vladislao certo formento, et a uno mercadante fiorentino a Ragusi stera 50 per

veluto tolto per nome del dicto signor per la chorte a uno ducato el staro; el restitui el formento del signor Vladislao, e quello del signor no, ma el vende a perperi $3^1/_2$ el staro, et el navilio per ducati 30, li qual el dicto signor Scandarbego pago al dicto patron.

Senato. Mar. lib. VIII., u mlet. arkivu.

CCCXXXXIV. God. 1465. 17. rujna, u Mletcih.

Pošto je prietila pogibelj, da Novo u Buki padne u tudje ruke, nalaže se knezu kotorskomu, da mu pomogne, a kapetanu galije istarske, da onamo prodje, da ga obrani. O svem tom obavieščuje se hrceg Stjepan sv. Save.

1465. 17 septembris. — Comiti Catari. Quia hac hora ad nostram noticiam pervenit, castellum illustris ducis Sthefani reperiri in maxima angustia, et periculum esse, ne in manus alienas deveniat, providimus subito remittere istuc ad vos festinatissime presentem triremem nostram, prefecto nobile viro ser Christophoro de Priolis pro securitate et subsidio dicti loci et rerum nostrarum istinc. Et quanquam non dubitamus, quin pro vestro studio et diligentia, intellecta necessitate dicti loci, cum sitis finitimus, et quanti stet securitati et conservationi civitatis nostre Catari castellum ipsum non ignoretis, opportune provideritis; tamen volumus et mandamus vobis, ut facere debeatis omnes provisiones tam mittendo ballistarios istinc quam aliter, et presertim presentia dicte nostre triremis, quod dictus locus Castelli Novi conservetur, ut non perveniat in alienas manus, cum securitate tam istius civitatis nostri Catari. Scribimus autem presentibus alligatas prefato illustri duci Sthefano, ut intelligat, nobis maxime cure esse securitatem dicti loci. + 96 — 0 — 0.

Ser Christophoro de Priolis supracomito nostro. — Nui ve comandemo, che subito recevudo el presente nostro comandamento debie ritornar a drieto al luogo nostro de Cataro con ogni celerita, navigando sollicitissimamente. Et questo, perche nui semo fatti certi, el castello de Novi trovarse in grandissimo pericolo, et capitando in man daltri, saria con evidentissimo pericolo de la cita nostra de Cataro. Et pero scrivemo al conte nostro del dicto luogo le alligate, aço el façi ogni provision necessaria per securta del ditto castello. + 96 — 0 — 0.

Illustri domino duci Sthefano. — Audito hoc die, castellum Novum excellentie vestre in maxima angustia reperiri, et non parum periclitari, ne in alienas manus deveniat, subito remittendam curavimus ad illa maria triremem nostram, quam inde causa nostri negotii non parvi momenti in Istriam accieramus. Ac item scripsimus et commisimus comiti nostro Catari, ut providere securitati et conservationi dicti loci debeat, et omnia facere, ne in alienas manus deveniat. Quod ideo fecimus, quia bonum et securum statum excellentie vestre non secus quam nostrum proprium pro mutua nostra benivolentia et coniunctione existimamur. Denotando excellentie vestre, nos iam designasse oratorem nostrum ad vestram illustrem dominationem, qui hinc ad quatuor dies expeditus discedet. + 96 — 0 — 0.

Secreta cons. rogat. vol. XXII., u mlet. arkivu.

CCCXXXXV. God. 1465. 12. listopada, u Mletcih.

Pita se knez spljetski, je li preuzeo Neretvu i krajinu dozvolom hrcega Stjepana; da mu stoji na razpolaganje galija, koja se nalazi kod Kotora; da ako se približi kralj ugarski, potroši na darove do 100 dukata.

1465. 12 octobris. Ser Jacobo Marcello comiti Spaleti. Diebus proximis accepimus complures litteras vestras, quarum ultime fuerunt diei 25 et 26 mensis septembris proximi. Ad quas respondere distulimus. Nunc autem per presentem barcham scribendum cum nostro consilio rogatorum putavimus ad ea, que nonnichil momenti esse censuimus. Et primum de negotio Narente et Craine, credimus vos accepisse loca illa scitu et voluntate illustris ducis Sthephani. Et placet nobis, nec minus placet, quod provideritis conservationi eorum, atque operam dederitis obviare, ne per Raguseos aliquid innovetur. Quibus volumus dici et intelligi faciatis verbis humanis, si oportuerit, nostre intentionis esse, postquam loca ipsa sese nobis dediderunt, tueri et conservare ea omnino, et nihilominus secum bene et amice vicinare, et ita re ipsa in commerciis mutuis intelligent. Verum ut in omnem eventum non desint vobis vires pro conservatione dictorum locorum et existimationis nostre, deliberavimus et volumus, ut triremis nostra, cui preest nobilis vir Christophorus de Priolis, que reperitur in mari Catarensi, si oportuerit hac de causa, sit presto et adnaviget Narentam ad omnem nuntium et requisitionem vestram. Et ita scribimus et iniungimus per alligatas prefato supracomito, faciendo etiam omnes alias provisiones, quas in hac re necessarias censueritis ad tuitionem dictorum locorum, accipiendo quoque de peditibus nostris, qui sunt Tragurii, et ita scribimus comiti nostro Tragurii. De iis vero, que scribitis intellexisse de progressibus serenissimi domini regis Hungarie et adventu suo ad istas partes, laudamus plurimum diligentiam vestram, et quanquam non credimus, nec verissimile nobis sit, serenitatem suam venturam istuc, tamen casu quo veniret et per x. miliaria vobis propinquaret, contenti sumus, ut expendere possitis usque ducatos centum in honoranda maiestate sua, quos hic solvemus libenter, ostendendo nos omnino ignorasse adventum suum, et tanquam ex vobis pro conditione loci istud fecisse. Intelleximus preterea, que memoratis de oblatione Xarchi Vlatcovich interficiendorum vi. centum Turcorum etc. Qua de re volumus sibi dicatis, rem istam nobis placituram summopere, si effectum habuerit, et semper nos inveniet promptos et paratos faciendi sibi rem utilem et gratam. Demum de negotio castelli Novi impresentiarum aliud non scribimus, sed cito aperiemus vobis animum et intentionem nostram. Vellemus autem libenter intelligere apertius et clarius, quonam modo et per quem hec res vobis ad noticiam pervenerit! et an certitudinis aliquid habeatis de mente illustris ducis Sthefani.

Et ex nunc captum sit, ut scribatur in opportuna forma dicto supracomito per collegio. + 137 — 0 — 2.

Secreta cons. rogat. vol. XXII., u mlet. arkivu.

CCCXXXXVI. God. 1465. 17. listopada, u Mletcih.

Naredba, kako se imadu izkrčivati nove zemlje.

MCDLXV. die XVII octobris. Terminatio de modo et ordine desboscandi novas terras. In nomine Jesu Christi amen. Nos Ludovicus Baffo pro illustrissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum comes et capitaneus Sibenici cum nostra curia, videlicet: D. Ambrosio Michetich artium doctore, ser Nicolao Missich, ser Nicolao Draganich et ser Jacobo Naplavich iudicibus dicte nostre curie maioris. Audita querimonia villicorum ville Cossevich et nonnullorum civium habitantium possessionem in dicta villa lamentantium et dicentium, quod spectabilis miles dominus Michael Simeonich possedit de novo quasdam villas in districtu et tenuta eiusdem ville Cossevich in maximum preiudicium patronum ipsius ville et quasi in totalem ruinam ville predicte; item, quod dictus dominus Michael disboscari de novo et laborari facit de novo multas terras, que ad eos pertinent, et in dies in his perseverat; et quoniam pascuis et aquis dicte ville utuntur supradicti eius laboratores existentes in dictis villis de novo positis contra debitum iustitie, et multas alias novitates et iniurias sibi facit, postulantes super his mediante iure provideri; audita et responsione ser Francisci filii et procuratoris eiusdem domini Michaelis, qui dicebat, dictum eius patrem fecisse dictas villas in terris et possessionibus suis, et disbuscari fecisse terras solum ad eum pertinentes, ac sibi licere uti aquis et pasculis sibi communibus cum supradictis, neque alicui fecisse aut facere aliquam iniuriam, et esse contentum, ut ad instantiam conquirentium mitterentur vel iudices curie maioris vel officiales ad hoc deputati: quibus auditis, quod cum deputavissemus ser Nicolaum Draganich et ser Jacobum Naplavich, ambos iudices predicte nostre curie ac deputatos ad predicta alias, et ser Petrum Tolimerich etiam unum ex dictis deputatis, et eis commissemus, ut ad loca predicta se transferent, et occulata fide intelligerent dictam differentiam, et ipsi ivissent, ac redeuntes nobis retulissent ea, que in predictis viderunt et intellexerunt; volentes, ut obligati sumus, unicuique iustitiam ministrare, et quod suum est, tribuere, ac paci et tranquillitati subditorum consulere, predictasque differentias et similes tam presentes quam futuras penitus tollere atque eradicare, habite super his prius maturo consilio et diligenti deliberatione, ac visis et auditis omnibus aliis, que videnda, audienda et consideranda fuerunt, Jesu Christi nomine invocato, dicimus, termimamus, sententiamus et declaramus:

Quod quilibet, habens terras in tenutis alicuius ville huius civitatis, possit et valeat super dictis suis terris ponere laborantes, et construere villam de novo, et uti pascuis et aquis dicte ville, dumodo predicta precesserint de voluntate et consensu patronorum dicte ville, vel saltem maioris partis ipsorum, non quo ad capita personarum, sed quo ad capita sortium; si vero aliquis esset, qui haberet terras idoneas pro facienda villa de novo, et consensum habere non posset a patronis ville, in eius tenuta ponere vellet dictam suam villam, volumus talis possit habere recursum ad magnificum dominum comitem, qui pro tempore fuerit Sibenici et curiam suam, qui dominus comes mittere debeat ad dictum locum ad minus duos de dictis suis iudicibus, et aliquos ex deputatis, qui tales

super eorum conscientiis intelligere debeant, utrum talis villa concedenda sit vel non, et quibus aquis et pascuis uti debeat, et determinare numerum quot rustici concedantur; in quo advertere debeant, ut et bonum commune et iustitiam pre occulis habentur. Si vero esset aliquis, qui poneret aliquos Morlachos sive rusticos super terris suis causa lutamandi et domandi dictas terras, hoc facere possit pro una hyeme, qui Morlachi seu rustici pro aquis, quibus tali tempore usi fuerint, dare teneantur consueta illi ville, in cuius tenuta steterint, et cuius aquis usi fuerint.

Quantum vero ad villas constructas per dictum dominum Michaelem et socios, de quibus lamentantur supradicti villici, terminamus et sententiamus, quod villa vocata Dobrostri remanere debeat pro villa, et habere possit gaios et pascua et aquas necessarias uti concordes fuerunt cum predictis patronis ville Cossevich, et si concordare non potuerint, quod ad omnem requisitionem dicti domini Michaelis militis debeant ire deputati ad dandum et assignandum gaios neccessarios dicte ville Dobrostri et aquas ei neccessarias. Reliquas vero villas, videlicet Lucovium et Tubnium, possessas per dictum dominum Michaelem declaramus et terminamus nullo modo fieri nec stare debere nisi concernerint patroni dicte ville Cossevich, vel saltem maior pars ipsorum, ut dictum est: possit tamen dictus dominus Michael, si voluerit, tenere rusticos ipsarum villarum, quoad hac hyeme tantum causa lutamandi dictas terras suas, dantibus ipsis consueta rusticis Cossevich pro usu aquarum dicte ville; transacta vero hyeme, tunc recedere debeant et teneantur.

De terris vero, que de novo desboscate fuerunt, et que de cetero disboscabuntur, talem proferimus sententiam et ordinem perpetuo servandum: quod si dicta terra esset in campo superiori vel inferiori aut in Grebaç aut in eorum circumstantiis, et talis terra esset, que uniri et coniugi posset cum aliqua terra ab antiquo laborata, videlicet quod talis terra sit illius vel illorum, cuius vel quorum est dicta terra ab antiquo laborata; si vero dicta terra de novo desboscata esset, talisque coniungi et uniri non posset cum aliqua terra antiquitus laborata, detur et adiudicetur propinquiori, videlicet in predicta terra de novo desboscata esset in quibusvis aliis locis districtus Sibenici preter supradicta; et talis esset, que coniugi non posset cum antiquo laborerio, dividi debeat inter omnes patronos ville predicte ad capita sortium. Verum si esset talis, que coniugi posset cum terra ab antiquo laborata, sit illius vel illorum, cuius vel quorum esset dicta terra ab antiquo laborata, ita tamen quod accessorium non eccedat suum principale, et si eccesserit, totum illud, in quo eccesserit. dividi debeat inter patronos ipsius ville modo predicto: resservantes quibuscumque petendi ius suum in dictis terris de novo disboscatis contra quascunque personas detinentes secundum ordinem predictum, non intendentes tamen per hanc nostram sententiam derogare iuri alicuius, qui perscripsisset dictas terras. Declaramus etiam, quod nemo possit disbuscare aliquas terras in aliquo gaio alicuius ville nisi precesserit de voluntate omnium patronum dicte ville aut maioris partis ipsorum; veruntamen si in dictis gais esset aliquod terrenum ab antiquo laboratum, illud possit laborari, videlicet sine aliqua ampliatione, salvo si villa haberet spaciosum vel amplum gaium vel habiles, et addi posset de gaio, quod tunc de voluntate regiminis id facere possit, non obstante

*

contradictione maioris partis patronum. Et quia dictus ser Michael seu villici sui eius nomine de facto fecerunt, que de facto tolli debent, terminamus, quod ipse dominus Michel occupavit se laborari fecit quandam viam vocatam Brittizze, quod dictam viam debeat relaxare liberam et expeditam. Item terminamus, quod dictus dominus Michael debeat restituere Michaeli Jadrievich de dicta villa unum terreum positum in ipsa villa in loco dicto sub Brigisine Ghnivizze. Item terminamus, quod terrenum positum in nova villa, de quo est differentia inter dictum ser Michaelem, ser Draghichium et Tomasium Lignicich et Petrum Garcich, remanere debeat in sequestro, donec de iure cognoscetur, cuius sit aut quorum dictum terrenum; resservatis in omnibus supradictis semper iuribus nostre illustrissime dominationis Venetiarum, et predictum dominum Michaelem in medietate legitimarum expensarum, et universitatem predicte ville Cossevich, et in alia medietate in his scriptis condemnamus; adiicientes et terminantes, quod dicti iudices et ser Petrus Tolimerich deputatus ut supra et cancelarius communis, qui iverunt ad loca predicta . . . et similiter in futurum omnes iudices curie maioris et cancelarius communis et deputati ad dictos gaios . . . . pro singulo habere debeant solidos viginti parvorum singulo die, quo stabunt extra civitatem pro dictis causis.

Lata, data et pronunciata fuit supradicta sententia per antescriptum magnificum dominum comitem et suprascriptos eius iudices sedentes pro tribunali ad suum solitum iuris banchum hora iuridica de mane, presente supradicto ser Francisco procuratore dicti domini Michaelis procuratore eius et quampluribus villicis dicte ville Cossevich presentibus, et ser Joanne Masdnich, ser Simeone Gliubich et ser Dumiano Tobolovich civibus sibenicensibus presentibus rogatis, et aliis multis 1465, indictione XIII, die XIX mensis octobris.

Diplomatarium sibenicense, u dvor. knjižnici bečkoj, ruk. 13.461, njegda 541, list 132.

CCCXXXXVII. God. 1465. 18. listopada, u Mletcih.

Upućuje se knez šibenički, kako da se ponaša u slučaju, da ondje dodje kralj ugarski.

1465. 18 octobris. Comiti Sibenici et successoribus. Litteras vestras accepimus, quibus nobis denotastis ea, que habuistis a venerabile fratre Alexandro de Ragusio, qui videlicet serenissimus dominus rex Hungarie Scardonam venturus est, ut cum galeis Raguseorum accedat Ragusium. Et petitis declarari, si venire vellet idem dominus rex in civitatem Sibenici, eum intrare permittere debeatis. Et cum qua comitiva. Ac si galeis Ragusiensibus transitum concedere debetis, eundi per portum illum Sibinici versus Scardonam. Et requisitionem, quam frater Alexander fecit de pulvere a bombarda. Et respondemus, et primo commendamus excusationem, quam fecistis non habendi pulverem, quia eum galeis nostris dispensastis. Et circa factum prefati serenissimi domini regis, ut intelligatis nostram mentem et intentionem, contentamus et vobis mandamus cum nostro consilio rogatorum, quod appropinquante serenissimo domino rege

per miliaria x. tam si venturus erit Sibinicum quam non, ad eius visitationem vos conferre debeatis, et cum prudentibus verbis eius serenitatem ac oblationibus convenientibus visitare debeatis. Et volente eo venire Sibinicum, ipsum cum eius comitiva intrare permittatis ipsam civitatem, eiusque maiestatem honorare et bene tractare debeatis, et expendere tam si intrabit dictam civitatem quam non in honorando eius maiestatem usque ad summam ducatorum centum, ostendendo hec tanquam a vobis facere, et quod nullum habeatis in predictis a nobis mandatum. Verum si eius serenitas diceret, velle videre castrum nostrum predicte civitatis, dicite, quod certissimus estis, quod si de dicto eius adventu noticiam habuissemus, castrum predictum et queque alia mandavissemus ad omne eius beneplacitum ei ostendi; sed quia vos per commissionem vestram mandatum non habetis, neminem permittere sine nostra licentia intrare castrum suprascriptum, exoretis, ut in hoc vos habeat excusatos. Galeas vero Ragusiensium, si habebitis, predictum serenissimum dominum regem Scardonam esse accessurum, permittere debeatis accedere ad partes Scardone ad earum libitum. Et he nostre littere sint apud vos secretissime.

Et hoc idem scribatur comiti nostro Spaleti, in quantum idem rex Spaletum intrare vellet. + 126 — 4 — 2.

Secreta cons. rog. vol. XXII., u mlet. arkivu.

CCCXXXXVIII. God. 1465. 20. listopada, u Mletcih.

Republika potvrdjuje Budvanom povlastice podieljene jim g. 1442., kad su se njoj podložili.

Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Nobilibus et sapientibus viris Luce de Carali potestati Budue et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Venerunt ad presentiam nostram probi viri Medle Stenovich et Nicolaus Costich nuntii fidelis civitatis nostre Budue, cuius nomine a nobis supliciter petierunt et supplicaverunt, ut dignaremur confirmare predicte communitati privilegium ei concessum per nobiles viros Lodovicum Lauredano capitaneum culphi, Marcum Geno militem provisorem Albanie ac Petrum Dalmario comitem Cathari, quo tempore et sub imperium nostrum sese subicere voluit. Predicti autem privilegii tenor talis est, videlicet:

Nos Ludovicus Lauredano pro illustrissimo ducali dominio Venetiarum capitaneus generalis culphi, Marcus Geno miles provisor in Albania et Petrus Dalmario comes Cathari, considerantes optimam fidem et constantissimam devotionem fidelissimorum civium Budue, qui ex animi affectuoso ardore sub umbra illustrissime ducalis dominationis nostre veniendi passi sunt agros suos devastari, domus incendi et bona et animalia sua in predam dari per comitem Stephanum vaivodam Bosnie, tandem cum summo bono placuerit, ut illustrissima ducalis dominatio nostra dignata sibi eos in servitores et subditos suos acceptare, et nobis tribus mandare, ut eos acceptaremus, et ipsi Buduani leto et iucundo animo, nullis premissis conditionibus, se nobis dedere, eos in subditos et fidelissimos servitores illustrissime ducalis dominationis nostre acceptavimus. Cumque nunc supplicent, privilegia et pacta, que cum olim domino suo despoto

Georgio habebant, per nos confirmari, ut iisdem pactis et conditionibus sub illustrissimo ducali dominio nostro tractentur, vivant et regantur, et visis per nos condictionibus et privilegiis suprascriptis dicta privilegia e vulgari sclavo in vulgari latino de verbo ad verbum translata et anotata sunt inferius, ea privilegia tenore presentium sancimur et confirmamus, et sancita et confirmata esse volumus.

In iure autem et iustitia ministranda in criminali subiaceant regimini Cathari, et appellationes omnes spectent ipsi regimini, donec per serenissimum dominium nostrum aliter ordinabitur.

Per la gratia de dio signore de Schiavonia, de Genta, despoto Zorzi. Che sia manifesto a cadaun, come venne alla mia signoria honorevoli Buduani, e fe mi ricordo, pregando la mia signoria che la mia signoria i faccia usanza, la qual usanza ha la città della mia signoria Antivari; e pur vegando la mia signoria li fece gratia, la quale usanza ha la mia città di Antivari, quella usanza che abbia città della mia signoria Budua, salvo quello, che semeni su le terre della mia signoria, che debbano pagar settimo, et quelle vigne, che sono su li terreni della mia signoria, che paghi decimo, e che i sia perdonato doana de beccaria. et altre doane debbano pagar ala mia signoria, et in tutto altro che habbiano quella usanza, che ha Antivari; et che questo sia fermo in vita la mia signoria et in vita delli figlioli della mia signoria; et de questo sia executor l'egofer Manuel. Scritta VI. VIII. XLVIII. del mese di april adi 6 in Budua.

Per la gratia di dio signore de Schiavonia et di Zenta despoto Zorzi fa gratia la mia signoria alla città di Budua tutto quello, che ha tolto signoria et parente mio despoto Stefano dai confini della cittade de Budua et dado ai Cernoivich, quelli confini la mia signoria faccia tornar, che li siano suoi liberi alla mia cittade de Budua, et che questo fermo infina alla vita della mia signoria et delli figliuoli della mia signoria; et de questo essecutor sia legofer Manuel. Scritta VI. VIII. XLVIII. del mese de april in Ragusi.

Datum Cathari die primo augusti, indictione 7. 1442.

Nos autem considerata singulari fide, divotione et meritis erga nos suprascripte nostre communitatis postulationi et supplicationi sue libenti animo satisfacere constituimus. Itaque suprascriptum privilegium et per suprascriptos nobiles nostros concessum et confirmatum in omnibus et per omnia tenore presentium literarum nostrarum confirmamus et approbamus, et confirmatum et approbatum esse volumus.

Quod autem ad appelationes attinet, volumus, quod predicti subditi et fideles nostri Buduani in sententiis latis per potestatem Budue a perperis centum citra possint appelari ad comitem nostrum Cathari, a sententiis due centum citra appelare debent ad comitem, capitaneum et camerarium civitatis nostre Jadre, qui pro maiori parte predictas sententias laudare aut improbare aut incidere debeant, quemadmodum eis iustitie convenire visum fuerit; a sententiis autem a ducatis ducentum supra, si appelare voluerint, Venetias ad appelationem se revolvere debeant.

Quare cum nostro collegio auctoritatem ac potestatem habente a consilio rogatorum mandamus, quatenus suprascriptas literas nostras pre-

dicte nostre communitati in omnibus et per omnia prout iacent inviolabiliter conservare et exequi debeatis.

Datum in nostro ducali palatio die 20 octobris, indictione xiv. 1465.

In codice statuti Budvae apud sedem iudiciariam appellatoriam in Jadra et accademiam scientiarum in Zagrabia.

CCCXXXXIX. God. 1465. 24. listopada, kod Save.

Kralj ugarski Matija zapovieda svojim činovnikom, da ne dodijavaju Dubrovčanom, nego da jih brane.

Mathias rex Ungariae etc. ad petitionem consiliarii sui et oratoris Ragusei Sigismundi de Goczo iubet suis officialibus, ne molestent Raguseos in suis possessionibus, imo potius ipsos protegant; et in casu alicuius defectus ex parte eorum, recurrant ad iudicium Ragusii. Datum prope vadum Zawi in festo beati Emerici ducis anno domini millesimo quadrigentesimo sexagesimo quinto, regni nostri anno octavo, coronationis vero secundo.

Orig. pergam., u tajnom arkivu bečkom.

CCCL. God. 1465. 3. studenoga, kod Save.

Ugarski kralj obavieščuje Dubrovčane, da je primio 1500 forinta.

Matthias rex Hungarie etc. scribit Raguseis, accepisse a Sigismundo de Gocze, consiliario suo et oratori ipsorum mille et quingentos florenos, scilicet 550 titulo donationis, et 950 titulo cruciatae. Datum in castris exercitus nostri in vado Zavi feria tertia proxima post festum omnium sanctorum, anno domini millesimo quadrigentesimo sexagesimo quinto, regni nostri anno octavo, coronationis vero secundo.

Orig. cartac. ad formam litterae, u tajnom arkivu bečkom.

CCCLI. God. 1465. 5. studenoga, kod Save.

Matija, kralj ugarski, šalje vojske u Dubrovnik.

Matthias rex Ungarie etc. notificat Raguseis, quod Sigismundus de Gocze, consiliarius suus et orator ipsorum apud suam maiestatem, ordine suo redit cum Johanne de Rozgon magistro Tavernicorum et cum Johanne comite Zagorje capitaneo generali Slavoniae et Croatiae; et quod ipsi tres veniunt cum gentibus suis pro utilitate illius terrae; et quod in hoc facto nullam partem habuit ipse Sigismundus. Datum in castris exercitus nostri in vado Zawi feria tertia proxima post festum omnium sanctorum, anno domini millesimo quadrigentesimo sexagesimo quinto, regni nostri anno octavo, coronationis vero secundo.

Ab extra: Nobilibus et prudentibus viris rectori et consilio civitatis nostre Ragusii fidelibusque nobis dilectis.

Orig. cartac. ad formam litterae, u tajnom arkivu bečkom.

CCCLII. God. 1465. 7. studenoga, u Mletcih.

Upućuje se poslanik u Ugarskoj o tečaju stvari glede mira sa Turci, koji su ga tražili.

MCCCCLXV. die VII novembris. Oratori ad serenissimum regem Hungarie. Litteris vestris diei XVIII augusti nuper decursi significastis nobis appulsum vestrum ad regiam maiestatem Hungarie, expositionem per vos factam iuxta instructionem vobis datam et reliqua gesta per vos in executionem mandatorum nostrorum. Pro quibus omnibus, que nobis admodum placuerunt, consuetam prudentiam et studium vestrum laudamus et merito comendamus. Sicque hactenus responsum vobis dare distulimus, id solum fuit, ob recessum serenissimi regis ex Buda, quem ob incovalescentiam vestram sequi non potuistis.

Intelleximus intercetera, quantum scribitis ultimate respondisse vobis regiam maiestatem circa ea, que pertinent ad pacem cum Turco, videlicet, quod sua serenitas ex sapientissimis verbis et rationibus per eam vobis explicatis, consideratisque consuetis astutiis et artibus Turci, commemoraverat, pro tercio loco huius pacis tractande civitatem Ragusii vel alium locum proximum, ut intelligi possit, si Turcus realiter ad rem istam procedere vellet. Id profecto nobis admodum placuit audire. Concurrentesque in hanc ipsam sententiam de ipsius tercii loci electione, advisamus vos, quod cum hic esset orator domini Leonardi despoti de sancta Maura, ut noscis, missus ad nos ex causa huius pacis, quem ob hoc specialiter hic tenuimus, deliberavimus eum expedire cum hoc, quod rediret ad dominum suum, sibique nostri parte referreret, quod si distuleramus eum expedire, id processerat principaliter, quia decens nobis visum fuerat causam sui ad nos adventus communicare cum serenissimo rege, quodque eramus bene dispositi ad pacem cum Turco. Sed mittere ob id ad eum oratorem nostrum non videbatur nobis, et huiusmet sententie esse tenebamus prefatam regiam maiestatem. Ideoque notificare poterat flambulario, qui sibi materiam huius pacis commemorari fecerat, quod de hac intentione nostra domino suo noticiam dare poterat; daretque operam, quod mitteretur orator ipsius Turci Ragusium vel ad alium locum ibi proximum cnm pleno mandato. Et de deliberatione et tempore missionis ipsius oratoris quamprimum informaret dominum despotum, ut per consequens ipse etiam nos advisaret, qui ad id tempus mitteremus ad ipsum locum, et haberemus illic oratorem nostrum cum mandato, et ita etiam facturam tenebamus regiam maiestatem Hungarie. De quibus omnibus contenti sumus et volumus, quod in ea bona et accomodata forma verborum, quam magis utilem esse noveritis, serenitati sue noticiam detis.

Sicut a romano pontifice nuper accepimus, intentionis sue esset, quod nulla pax fieret cum Turco, silicet quod bellum cum eo continuari deberet; circa quam rem etiam scripsisse asserit ad regiam maiestatem Hungarie, ut sibi rem istam prohibeat. Nos autem, qui ex necessariis causis et respectibus vobis notis in proposito nostro habende pacis, si ita esse possit, persistimus, volumus et mandamus vobis, quod si per serenissimum regem seu per aliquem ex suis diceretur vobis quicquam de ista materia, iustificetis et honestetis cum verbis et rationibus in instructione vestra

contentis, et cum de aliis, que pro vestra prudentia noveritis huic rei magis posse conferre. Et signantur cum expeditione, quam sicut prediximus, iam dedimus oratori domini despoti de sancta Maura ex consensu maiestatis sue. De quanto autem habebitis circa premissa, curiosus eritis, litteris vestris nos certiores efficere. De parte 97, de non 18, non sinceri 11.

Secreta consilii rogatorum vol. XXII. c. 123., u mlet. arkivu.

CCCLIII. God. 1465. 25. studenoga, u Mletcih.

Neka duždevo vieće odgovori na molbe poslanika Neretve.

1465. 25 novembris. Quod ne occupetur hoc consilium, per collegium ex auctoritate huius consilii expediri possint capitula oratorum Narente et ipsi oratores per illos modos et cum illis muneribus, que ipsi collegio videbuntur. De parte 154, de non 12, non sinceri 1.

Senato Mar. vol. VIII. c. 46. t., u mlet. arkivu.

CCCLIV. God. 1465. 25. studenoga, u Mletcih.

Upravlja se poslanik hrcegu Stjepanu sv. Save radi važnih stvarih.

1465. die xxv novembris. Quod pro his, que occurrunt ad partes versus ducem Stefanum sancti Save, que non parve importantie sunt, et attento, quod multi refutarunt, eligatur de presenti per scruptinium in hoc consilio unus orator noster ad prefatum ducem. Cui pro hac legatione sua dono dentur ducati centum liberi ab omni angaria pro veste una, et proficisci teneatur cum personis x. computatis notario et famulo, et cum illa commissione, que sibi dabitur per hoc consilium. De parte 159, de non 5, non sinceri 0. Electus ser Petrus de Azolino.

Senato Mar. vol. VIII. c. 46., u mlet. arkivu.

CCCLV. God. 1465. 29. studenoga, u Mletcih.

Republika uzteže se Neretvane u svoju vlast primiti bez dozvole hrcega Stjepana sv. Save

1465. die xxviii novembris. Quod oratoribus Narente, qui ad conspectum dominii nostri cum quibusdam capitulis se contulerunt, petentes confirmationem, respondeatur in hec verba:

Dominium nostrum iucundo animo intellexisse propensam voluntatem et studium ipsorum in committendo se fidei et protectioni nostre, quos volumus esse certiores, quod in omni tempore et statu suo ipsorum commodis semper singulariter affecti reperiemur. At quoniam cupidi sumus pro maiori ipsorum bono et comodo, ut in hoc concurrat voluntas et expressus consensus illustris domini ducis Sthefani, ut quiete omnia et amice procedant, declaramus eis, instituisse nos, priusquam capitula nobis porrecta confirmentur, que nostro dominio placent, et immutare non deliberat hinc expedire unum nostrum oratorem ad ipsum dominum ducem

ob cuius profectionem non dubitamus quod sequentur e rebus, que sibi grate erunt et accepte. Et cum his et aliis opportunis verbis oratores prefati, creati milites et vertiti sicut collegio videbitur, hinc debeant expediri. De parte 32.

Senato Mar. vol. VIII. c. 47., u mletačkom arkivu.

CCCLVI. God. 1465. 6. prosinca, u Mletcih.

Republika mletačka obaviešćuje svoga poslanika kod ugarskoga kralja, da je dozvolom hrcega Stjepana primila u svoju vlast Neretvu i Krajinu.

1465. 6 decembris. Oratori veneto Francisco Venier in Ungaria. Nunc cognoscimus „maiestatem suam flumen Save haudquaquam traiecisse", quum dicebatur, quod traiecit in Bossinam. Ite Budam, ubi est rex, et ibi remanete. „At quum Narrentam et Crainam nostro dominio sese ultro dedentes hisce diebus accepimus, assentiente maxime illustre domino duce Sthefano, qui cum intellexisset, nonnullos rebelles suos eorum locorum cum Turco intelligentiam habere, maluit ipsa loca pro bono christianorum in ditionem nostram venire, quam Turci imperium accipere. Si forte hac de re aut per regiam maiestatem, que ab Raguseis stimulata super huiusmodi materia nobis suas litteras scripsit, quarum exemplum vobis presentibus inclusum mittimus, aut per alium quempiam quicquid vobis dicetur, volumus ut iustificetis et honestatis causam nostram suprascriptis et aliis rationibus, que vestre prudentie accommodate et utiles videbuntur. + 156 — 0 — 1."

Secreta cons. rogat. lib. XXII., u mlet. arkivu.

CCCLVII. God. 1466. 23. siečnja, u Mletcih.

Nalaže se knezu spljetskomu, neka razvidi, ima li banica dozvolu kraljevu, da može prodati Klis.

Ser Jacobo Marcello comiti nostro Spaleti die 23 ianuarii 1465. — Reddite sunt nobis littere vestre, quibus nostro dominio significastis, que vobis dicta et oblata fuerunt per comitem Ivanum in negotio Clisii, que vestra significatio nobis admodum grata fuit. Laudantes proinde solitam diligentiam et prudentiam vestram, vobis cum nostro consilio rogatorum respondemus, quod quanquam intelligamus eius modi locum pro statu nostro vehementer facere, tamen quia nobis sepe dictum fuit, istam magnificam banissam privilegia a corona Hungarie habere, quibus locum illum ad libitum alienare potest. Vellemus a vobis certiores fieri, si ita est, quod eadem privilegia habeat. Quamobrem vobis mandamus, ut cum suprascripto comite Ivano esse debeatis, eique dicere, nos ea in re Clisii propenses esse ad faciundas res gratas magnificentie sue. Verum quia certiores fieri cupimus, si eiusmodi privilegia habet, instabitis huiusce rei certitudinem ab ipso comite Juano habere, et privilegiorum ipsorum exemplum nobis mittere; de quibus omnibus in re ac per vos actis nos quam primum et sine temporis intermissione certiores facere. Nam habita responsione vostra hac in re particularius, vobis respondebimus, adeo

quod iudicamus ipsam magnificam banissam de ipsa nostra responsione contentam et satisfactam esse mansuram. De parte 99 — de non 11 — non sinceri 4.

Senato Mar. vol. VIII., u mletačkom arkivu.

CCCLVIII. God. 1466. 4. veljače, u Mletcih.

Odgovara se na molbe podnesene od poslanika Vladislava sina hrcega Stjepana.

1465. 4 februarii. Capitula illustris ducis sancte Save. Quod spectabilibus domino Manoli Cathacusino et domino Petro de Fortis abbati sancte Marie de Rotecio, oratoribus illustris domini Vladislavi primogeniti illustris ducis sancti Save, qui venientes ad nostrum dominium, aliquot capitula porrexerunt, offerentes operam domini sui etc. Respondeatur in hac forma.

Quod arbitramur supervacaneum repetere benivolentiam et antiquum amorem, quo semper illustrem domum suam prosecuti fuimus, et quam cupidissimus cuiuslibet boni et amplitudinis excellentie sue. Et examinatis diligenter expositis per spectabilitatem suam et graviter et prudenter, priusquam ad aliquod particulare responsum descendamus, volumus illas certiores esse, quod ob affectionem, quam habemus illi illustri duci, in specie libenter vellemus, quod status temporum et rerum nostrarum permitteret, quod ostendere possemus, qualis sit animus noster erga se. Sed tamen ita etiam habentibus rebus, ut habent, respondemus spectabilitatibus suis, quod sumus contenti et ex nunc volumus, quod excellentia sua in illis partibus adversus hostes nostros sit capitaneus noster generalis, et titulum capitanei habere debeat cum annua provisione duc. 500. recipiendorum a camera nostra Catari.

Quod ad pecunias attinet pro exercitu et gentibus comparandis dicimus, quod opus non est enumerare quantum onus impresentiarum sustineamus in hoc bello turcico, que modo non spectabilitatibus suis, que prudentissime sunt, sed unicuique mediocris ingenii satis notum esse potest, nobis esset hoc tempore hanc impensam accumulare ad alias; propterea his inspectis velit exellentia domini sui pro nunc satisfacta remanere, quum in aliis temporibus semper occurente casu cognoscet, dominium nostrum in cunctis possibilibus dominationi sue singulariter affectum.

De loco ad marinas, quod petit excellentia sua, contenti sumus providere familie sue de habitatione in locis nostris Curzule aut Liesne, in altero quorum prefatam familiam suam potius mittere constituet.

De corpore vero fuste, quod excellentia domini sui alias requisivit ab oratore nostro, mittat excellentia sua, quum illud necessariis rebus fulcitum, nuntio suo libenter tradi faciemus, ut in opportunitatibus suis illo uti possit. De parte 136 — de non 1 — non sinceri 2.

Capitula petita. E primo domando la vostra illustrissima signoria, me voglia fare capetanio generale in Bossina et in altri luoghi, dove ala prefata signoria per esser de besogno cum provisione condecente.

Item domando duomillia homeni in adiuto, mille spingardiere, et balestrieri, et altri mille da chavallo; e non potendo haver cussi presto

tal gente ne in parte ne in tuto, mandasi nuncio cum danari, che homeni se po haver asai, e per bon mercado però, che adesso nullo vol servire excepto per pagamento.

E perchè li Ragusei al presente manteneno la mia fameglia, boche xv., per certi nostri primi pati, più per timore che per amore, non volendo quelli per amici, supplico, che podesse haver luogo ale marine per tegnir essa mia fameglia a questi tempi in quel modo par et piace ad essa vostra illustrissima signoria.

Reliqua autem verba, quia sunt prolixiora, et ad rem minoris importantie, sunt reposita in fileia. Et sequitur immediate privilegium concessum ipsi illustri domino duci.

Senato Mar. lib. VIII., u mlet. arkivu.

CCCLIX. God. 1466. 17. veljače, u Mletcih.

Republika imenuje svojim glavnim vodjom u Albaniji Vladislava sina hrcega Stjepana.

1465. 17 februarii. Quod illustri domino Vladislavo sancti Sabe, filio illustris domini ducis Bossine fiat privilegium in hac forma. Christophorus Mauro, dei gratia dux Venetiarum etc. etc. Universis et singulis, ad quos presentes pervenerint, volumus esse notum, quod ad nostrum sese dominium contulissent spectabilis dominus Manoli Cathacusino miles et reverendus dominus Petrus de Fortis abbas sancte Marie de Rotecio, oratores illustris domini Vladislavi sancte Sabe filii nostri charissimi, et ipsius nomine sibi iniuncta graviter nobis exposuissent, postea quam per veterem amorem et animi promptitudinem prefati domini erga nos presetulerunt fidem, studium et operam eius ad nostrum dominium et status nostri amplitudinem, deferentes infrascripta postulata, inter cetera protulere videlicet. Quod excellentiam domini sui in partibus illis capitaneum nostrum generalem constituamus. Et de domicilio et habitatione aliqua in locis nostris a littore et mari non longe positis eius familia consulamus. Nos vero, qui et illustrem genitorem suum fraterna semper benivolentia prosecuti sumus, et cunctam sancti Sabbe familiam honestandam et ornandam duximus, quippe ipsius commodis et dignitati peregregie favere consuevimus, eodem studio et amore prefatum dominum complectentes, ac non minorem spem ex eius futuris officiis animo concipientes, quam ex illustri genitore suo concepimus, quinimmo certo tenentes excellentiam suam, utpote capitaneum ac nobilem civem nostrum aliorum studia superaturam ipsam existentem, tamen et perseverantem in concordia et unione cum prefacto illustri patre suo, fratre nostro carissimo, uti obsequentem filium decet, cum nostro consilio rogatorum omnibus rite servatis creavimus et constituimus et harum serie creamus et declaramus capitaneum nostrum generalem in partibus illis adversus hostes quoscumque nostros tam presentes quam in posterum futuros, contra quos personam viresque suas exponet et exercebit sicut officii illustris capitanei interest, et excellentiam suam facturam non dubitamus. Statuentes ei annuam provisionem ducatorum quingentorum a camera nostra Cathari percipiendorum. Quam quidem provisionem inicium habere volumus die

primo mensis martii MCCCCLXVI, hoc expresse declarato, quod ob hoc libertati aut iurisditioni cuiuspiam rectorum nostrorum partium ipsarum nullo pacto derogetur preiudiceturve, aut derogatum previndicatumve esse intelligatur. Ceterum de loco nostro mari adiacente curabimus familie sue iuxta ipsius postulata facere satis, et sive Curzule sive Liesne, excellentia sua maluerit, providebimus de habitatione, sicut antedictis oratoribus coram respondimus. De corpore triremis et fuste, quod per oratorem nostrum alias petiit, propensi rebus omnibus, que commoda ipsius domini spectent, excellentie sue morem gerere, contenti fuimus et fustam ipsam necessariis instructam, oratoribus ipsis tradi iussimus, quo in opportunitatibus suis pariter et nostris ea excellentia sua uti queat. In fidem autem et robur premissorum omnium has nostras conficiundas curavimus, et bulla nostra pendente muniri.

Mandantes universis et singulis rectoribus nostris auctoritate suprascripti nostri consilii rogatorum, quod suprascripta, quatenus ad eos spectant, observent, et faciant inviolabiliter observare. De parte 95, de non 1, non sinceri 3. Datam XVIIII februarii.

Senato Mar. lib. VIII., u mlet. arkivu.

CCCLX. God. 1466. 17. veljače, u Mletcih.

Hrceg Stjepan sv. Save po svojih poslanicih nudi republiki dvie svoje tvrdjave u luki kotorskoj.

MCCCCLXV. die XVII februarii. Misit ad nostrum dominium illustris dominus ducha Stephanus sancti Save oratores suos, qui inter cetera, uti huic consilio lectum est, duo castella ad marinam et buccam Catari sita offerunt, ne ad Turcorum seu aliorum manus veniant. Et quia maxime facit pro statu nostro ultimam eorum intentionem intelligere:

Vadit pars, quod collegium habeat libertatem practicandi cum ipsis oratoribus illis melioribus modis, qui eiusmodi practice utiliores videbuntur; et adhibita eidem practice omni accurata et celeri diligentia, cum eo, quod habebitur, veniatur postea ad hoc consilium pro deliberanda conclusione illius nec non aliorum capitulorum, nam si in alienas inciderent manus, civitas nostra Catari, ob situm et conditiones eorum castellorum, manifesto subiaceret periculo. De parte 117, de non 1, non sinceri 0.

Secreta cons. rogat. vol. XXII. c. 135., u mlet. arkivu.

CCCLXI. God. 1466. 1. ožujka, u Mletcih.

Odlučeno, da se nešalje poslanik hrcegu Stjepanu, nego samo da se odgovori na njegove molbe.

MCCCCLXVI. die primo marcii. Quod committatur nobili viro Petro de Molino doctori, designato oratori ad illustrem ducham Stephanum sancti Save, quod se recessui accingat adeo, ut ad omne imperatum nostri dominii recedere possit; et mittatur et expediatur cum illo mandato, quod huic consilio videbitur; pro expeditione cuius accipi possint de omni loco et officio pecunie necessarie. De parte 53.

Quia non facit pro rebus nostris aliquem oratorem ad ipsum illustrem ducam Stephanum mittere, vadit pars, quod nullus orator mittatur, sed super capitula per oratores ipsius illustris domini ducis porrecta practicetur illis melioribus modis, qui collegio videbuntur. Et veniatur postea ad hoc consilium pro deliberatione et conclusione eorum. De parte 72, de non 0, non sinceri 7.

Secr. cons. rog. vol. XXII. c. 138., u mlet. arkivu.

CCCLXII. God. 1466. 9. ožujka, u Mletcih.

Primljeno, da knez zadarski, koj se imao izabrati, stavi se na put za mjesec i pol dana.

1466. 9 martii. — Quod comes Jadre eligendus loco ser Luce Mauro, qui infirmatur, teneatur recedere infra unum mensem cum dimidio sub pena ducatorum quingentorum. De parte 655, de non 118, non sinceri 29.

Maggior consiglio. Regina c. 64., u mlet. arkivu.

CCCLXIII. God. 1466. 10. ožujka, u Mletcih.

Molbe hrcega Stjepana sv. Save podnesene mletačkoj republici.

1466. 10 martii. — Ala illustrissima et excellentissima ducal signoria de Veniexia et al suo pio et gratioso conselio humelmente se supplica et expone per li oratori del illustrissimo signor ducha Stefano. Conçosia che la preclara memoria del magnifico signor voievoda Sandagli mio barba, come etiam mio genitor passando de sta vita presente me chiamano a si, eli me presentono tuto el dominio dela signoria sua, eli me ordinono multe cosse, fra le qual expressa et stretissimamente me comandono, che mai per nisun tempo ni per alguna cason me dovessi separar da li pie de la illustrissima signoria vostra. E cussi me ho adoperato et inçeniado de non preterir el loro comandamento, che sia el vero, sempre sum stado obediente a tuti comandi dela illustrissima signoria vostra come fidel servidor e fiol de obedientia. E per non volerme separar dal amor dela illustrissima signoria vostra e dela christianita e ho messo arisigo tuto stado mio; videndo manifestamente esser oppresso dal gran Turcho, el qual me ha tolto quasi tuta la mia signoria, che sum certo, che la illustrissima signoria vostra habia optima information supra di ço. Nientedimeno lui ha cercato, che io me dovessi revellar dela illustrissima signoria vostra, e che sia suo tributario e servidor come per al passado sum stado. Cum questa condition, de renderme tuto lo mio paixe e difenderme contra chadauna persona quanto sera la sua possibilita; e fra li altri partidi voleva, che mai cum la mia persona non andasse ala presentia sua. Questo sa ben idio, che mai non ho vogluto assentir a questo, perche piu tosto vorave perder tuto el dominio mio et andar remengo per el mondo, che habandonar e l amor e l amicitia dela illustrissima signoria vostra. E che sia el vero, mandai ala sacra maiesta de lo re de Hungaria xii. mille ducati, chel me dovesse mandar secorsso dela sua çente solo per non dar algun affano ala illustrissima signoria vostra. Promesseme alhora darme secorsso et niente fece. Da poi siando vegnudo

la sacra sua maista a Jaice, andai da lui cum la mia çente, e li ge feci alguni presenti quelli se rechiedeva ala sua maiesta. Eli per dio e per mi have Jaiçe, perche cum pocha çente non podeva star a campo. Et oçidi el gran Turco ha grandissima ira verso de mi per questa tal cason, digando per el ducha Stefano ho perso Jaiçe e non per el re de Hungaria. E li la sua sacra maista de re de Hungaria me promesse multe cosse: specialmente de securer alchuni mie castelli, i quali erano conduti a gran extremita de fame. Ala qual promessa sono passati anni do metando multi termini, et fina di de hozi niente ha fato per modo, che tre castelli principali de Drina sono perssi. Unde videndome manifestamente esser mal arivato, et ala çornata perdersi multi castelli de li mie paixi, me acordi cum la dita maiesta di re de Hungaria, chel debia mandar el secorsso a zinque castelli e tegnirli per lui, e chel me daga per essi contracambio in Hungaria, come se contien notado in li pati nostri. E mandi dala suo maista mio fiol conte Vulatcho, chel debia sollicitar la maiesta sua, chel dovesse succurer li diti castelli, de li qual cinque cattelli tre sono perssi, Milleseuaç, Somobor et Prilip. Et al presente re de Hungaria ha vogluto, che li dia do castelli in Cunischa Semglia, li qual per força me ha convegnuto a darli, vedendome mal aparado, et esser habandonato da ognuno. Lui sa a che intention ha vogluto questi castelli, el qual mando Pan Jan cum altri capitanei e cum la sua zente tuor la possessa di diti castelli. E perche era avixato de alcuni mei amici, che questa zente non erano mandati ad altra intention nema ad haverme ne le man loro. E zonti fono, dubiti, i non me asidiasseno in Castel Novo, dove me ricordi de haver una letera dela illustrissima signoria vostra, ne la qual me haviti fato gratia, sel me acadesse algun bisogno, chel me bisognasse li abandonar el mio paise e vegnir in algun di luogi dela illustrissima signoria vostra, dove per la benignita dela excellentia vostra havete fato expressissimo comandamento ali fideli retori vostri capitanei, castellani cussi da terra come da mar, che me debiano acetar in chadaun di luogi della illustrissima signoria vostra liberamente, come in quella apieno se contien. Unde volse intender, che execution havera la dita avanti che la ruina me vegnisse ale spale, mandai quella letera al magnifico misser Alvise Bon conte de Cataro veder quello me respondera ala dita letera: pregandolo instantemente, che essendome de bezogno, e che volesse vegnir a Cataro per simel cason, el me volesse acetar per vigor de la dita gratia, la qual apien dechiarisse la volunta de la illustrissima signoria vostra. El qual me respoze, che se el gran Turco te caçase, ve acetaro apien come nela dita se contien, ma se vui fosse caçadi di re de Hungaria, io non haverave animo de acetarve, finche io non havesse comandamento de la illustrissima signoria. A questa resposta forte mi maravegliai, perche sa ben la illustrissima signoria vostra, che avanti che re de Hungaria fuo nato in questo mondo, mio padre e mio barba signor Sandagli e mi semo colligadi e unidi cum la illustrissima signoria vostra, come ampiamente neli privilegii et gratie concesse se contien agidarne e difenderne contra chadauna persona. E per la benegnita e humanita de la illustrissima signoria vostra havete fato i antecessori et a nui et ali heriedi nostri del glorioso consilio vostro. Dove di novo humilissime et devotissime

prego la illustrissima signoria vostra ne piacha de confermar quelle concesse per la illustrissima signoria vostra fina di presente e tuor in protection nui e li nostri castelli contra chadaun e dechiarir a tuti retori de la illustrissima signoria vostra, che se fosse caçado sia de chi se volia o non caçado de li logi nostri per qualunque tempo se sia a questi et a lor successori, che i me debiano acetar e i mie do fioli Vulatcho e Stefano e cum tuti nostri fidelissimi servidori et cum lo haver nostro possiano star libere et expeditamente tanto quanto a nui bizognara, et tornar liberi et expediti cum le persone et haver nostro. E che li diti retori ne debiano dar favor, aiuto quanto sera la possibilita loro, perche come sa la illustrissima signoria vostra, che molte volte per la benigna humanita vostra me havete promesso aiutarme e difender e combater per me quanto per la illustrissima signoria vostra in tute quelle cosse serano a vui possibile, azo che in questa eta, siando mi servidor e bon fiolo dela illustrissima signoria vostra, non incura in alchun obrobrio e dano deli inimizi nostri.

Perche la illustrissima signoria vostra sia certa, che sempre mai el mio cor ha amato et ama la illustrissima signoria vostra et sempre ho havuto da poi dio sperança e fede nela illustrissima signoria vostra quanto in mi medeximo. Conçosia chio ho do castelli a pie dela marina neli confini dela boca de Cataro, i quali voio e son contento piacendo ala illustrissima signoria vostra, che si per algun signor fosse oppresso, e che io non li podesse tegnir come al presente li tegno, volio che la illustrissima signoria vostra li toglia e tegna nele man vostre cum tute quante sue iurisdicion e partinentie, saline, fumadegi, terreni i quali tuti sono suto i diti castelli sono del signor chi li possede, e non de nesuna altra special persona pur uno palmo di terra cum dacii e pedacii et altri dacii e presenti ordinadi; pregando la illustrissima signoria vostra, che per contracambio de li diti provederme quello par ala illustrissima signoria vostra, dove porebe star e viver suto umbra de la illustrissima signoria vostra, che sum certo quando mai non havesse pur uno minimo castello o un palmo di terra che io podesse dar ala illustrissima signoria vostra, e vegnando ali pie dela benigna humanita et amicicia dela illustrissima signoria vostra adomandando sovention, aiutorio del mio viver, sum certissimo seria providuto bene et de bona volia dela illustrissima signoria vostra, considerando la fidelita mia, la qual sempre e stada et e verso la illustrissima signoria vostra, consyderando quello sum stado e quel che al presente sum. Et etiam consyderando esser processo de la fortuna e dila potentia de questo maledito pagano per non volerme discostar dil amor dila illustrissima signoria vostra e dela christianitade. Et quando a mi paressi o veramente ali mie heriedi, che io podesse repatriar e poder signoriçar i diti do castelli, prego la illustrissima signoria vostra debiati retuor quello contracambio da vui havesse receputo et a me over a li mie heriedi restituir i diti do castelli, quia dulcis est amor patrie, et supra di questo farme uno privilegio, le dite cosse siano ferme et rate, e far comandamento a tuti retori dele terre de la illustrissima signoria vostra, che vegnando a questo bisogno, che senza alcun obstaculo over induzia debiano vegnir e secorer e tuor la possessa de li diti do castelli, pregando la illustrissima signoria vostra, che al

presente dimostra qual sera el contracambio suo a cazon che bezognandome, possa vegnir a cossa fata, e li redurme sença cerchar altro contracambio over pati.

E piu supplico humilissime ala illustrissima signoria vostra ve piaqua de farme gratia, che si per algun tempo vegnisse mi over li mie heredi a stanciar nela gloriosa cita vostra in Veniezia o in qualche altra terra dela signoria vostra, che io non sia tegnudo a nisuna angaria ni facion in Veniezia ne in nissuna terra dela illustrissima signoria vostra non ma viver libero e francho mi e li mie heredi, e supra di ço farme privilegio dela dita gratia, açio io possa bezognandome viver e morir ali pie de la illustrissima signoria vostra.

Come sum certissimo, che la illustrissima signoria vostra habia sapudo, chel magnifico misser Jacomo Marcello conte de Spalato ha tolto Narenta e Craina deli mie paizi per nome dela illustrissima signoria vostra, per la qual cossa niente ho havuto in despiazer, perche non tanto Narenta e Craina, ma tuti i logi e li mei castelli, i quali sono in lo mio paize, piazendo ala illustrissima signoria vostra voglio che li siano al comando vostro non tanto Narenta et Craina, perche se io vedesse de non poderli tegnir per alchuna mia desgratia o de algun forço del gran Turco o di re di Hungaria, piu tosto volio i siano in ele man de la illustrissima signoria vostra, cha in man de nisuna altra persona al mondo come a me signori e cordialissimi amizi, perche io sum certissimo, quando vedesse el tempo la illustrissima signoria vostra, che io li possa repatriar e tignir, tuti pienamente me li rendessati, come per tempi passati me li havete rezi, perche sempre mai la illustrissima signoria vostra ha dimostrato verso di nui cordialissima amicicia come a bon fiolo e servidor de la illustrissima signoria vostra. De una cosa sola me dolio del far de misser Jacomo Marcello, quando la vogluto occupar Narenta e Craina, perche lui non ha mandato da mi domandar li diti paizi per nome dela illustrissima signoria vostra, o mi havesse possuto tegnir diti paizi o non: io de bona volia li haveria consignadi. Vero e, io i haveva scrito per una mia, se io fosse oppresso de la força del gran Turco, voglio et si sum contento, che tu debi tuor el dito paize in nome dela illustrissima signoria vostra, e lui non vedendo alguna mia stretura ne haverme domandato licentia, scultando et attendando al conselio de Çarco mio rebello et inimico mortalissimo, el qual se fa signor del mio paize, vene armata manu, e tolsime el dito mio paize, e per qual mia cazon o falo. E pero io meto tuta questa cazon e iustitia avanti la presentia del conspecto dela illustrissima signoria vostra quello piazera ala illustrissima signoria vostra supra questa cazon terminar, tuto voglio portar pacientemente come fiol de obedientia.

Excelsa signoria el sa ben dio, che sempre mai son sta contento de ogni ben de la illustrissima signoria vostra, e cussi de converso, quando ho sentido altramente, ho habudo grandissimo despiazer et specialmente del far de questo maledito Ivan Cernoievich inimigo de dio, perche sel havesse seno, deverebe bazar la terra, dove çapa la illustrissima signoria vostra, perche per dio e per vui lui fuo liberado dile prexon nostre, nele qual haveva terminato lui finisca i suo çorni. Et ad instantia dela illustrissima signoria vostra el liberi. E per merito de beneficio ha fato

come cativo e scelerado. E non obstante le cosse seguide lui ha mandato da mi uno suo ambassador, pregandome, che io deba intrometerme de acordarlo et aconçarlo cum la illustrissima signoria vostra, e chel sia in tuto vostro servidor. Impero piaçando ala illustrissima signoria vostra per amor vestro me intrometerare a operarme aconçarlo e pacificarlo cum la illustrissima signoria vostra quanto a mi serebe possibile in modo fosse cum honor dela illustrissima signoria vostra, e lui romagnisse servidor a tuti comandi de la illustrissima signoria vostra, p rche secundo lui me ha mandato a dire, lui vuol meter tuta questa cazon et acordo nele man nostre, perche el vol omnino remagnir vostro in tuto e domandar perdonança del fallo suo. Mi non ge ho voluto responder niente supra questo fato primo non habia licentia dela illustrissima signoria vostra, perche non piazendo ala illustrissima signoria vostra, mi non me voglio intrometer in questo fato. E supra di ço quel ordine havero dala illustrissima signoria vostra, quel faro ben et diligentemente, quanto per mi medemo, perche per la gratia dela illustrissima signoria vostra de tute le consolation vostre nui ge ne havemo bona parte.

El sa ben la illustrissima signoria vostra, come havete mandato a nui magnifico misser Alvize da Canal per imbassador dela illustrissima signoria vostra per pacificar cum me fiol Vuladislavo cum nui. E perche non vorave, che per algun fosse dato alguna iniqua information contra di nui, la verita si e, che la magnificenzia de misser Alvize multo se ha fatigato verso di nui, volendo chio havesse dato ducati mille. Et qual domandi, se questo e di ordene dela illustrissima signoria vostra, che io debia dar li diti ducati mille, li daro de bona volia, e si li deti contadi nele man sue, lui me disse de non. E cussi tolsse i mie denari, perche non volse, che mio fiol Vladislao li havesse, ni anche bizognava pacificar piu le cosse pacificade per el magnifico misser Antonio de Prioli mandado a nui per la illustrissima signoria vostra. E quello lui ha ordinato circa nel stado nostro, e mai per mi mancara, ni contradiro quello ha fato el dito misser Antonio. Siche non iera di necesso piu in questi cazi cerchar altro ne darge ducati mille, quelli voleva i desse misser Alvize a Vladislavo per non li perder, come per cazon de Vladislavo quasi tuto el dominio ho persso. E sel havesse mille vite, serebe iusto tute lui perdesse, non solamente quello ha fato contra de mi, stando mi suo padre e signor, ma etiam contra tuta christianitade, perche sa ben idio lui fuo cazon e quida menar el gran Turco in Bosna a morte e destruction de tuti nui. E lui meno i Turchi in el mio paize per alcuni passi, dove mai avanti Turcho nesun pote intrar; e in uno solo çorno de xxx. mille anime me feze menar via, metendo tuto a fogo et a fiama come fiol maledeto et disobediente. Et etiam quando feva guera a Raguzi, la qual havevi conduto a stretissimo ponto, per forma che i loro marchadanti non podevano insir un palmo cum loro merchadantie per modo, che qualche boni pati cum loro non me haverebe mancato. Vedando lui questo a posta de Ragusei acordandose cum eli, lui et Ivanis Chumschi se revelono cum alchuni castelli nostri cum grandenissimo dano e obrobrio nostro per forma per lui me fuo guasto un bonitissimo desegno. Volendose lui far signor del mio paize in vita mia, e volendo lui mi fosse a sua obedientia. La illustrissima signoria vostra pol consyderar,

quanto questo e iusto. E per sustentation del suo viver ultra quello haveva nela corte nostra li haveva dato castelli tre cum le sue iuridition e partinentie, çoie Susid, Ostrog et Budos, et dapoi la morte mia voleva lui sucedesse in la mia signoria, ma lui la voleva per uzo suo avanti la morte mia, per forma lui ha disfato mi e si medemo e li sui fradelli per li mali conseli e governi sono stati sempre in lui, che per tal cazon e per multe altre non so come mai el possa veder. Questo ho voluto narrar alla illustrissima signoria vostra, che sum certo haverete compassion di me vostro fidelissimo servidor.

Excelsa signoria mo fa un anno, che io ma lementi del conte de Antivari, che lui me haveva tolto uno navilio cum alguni formenti, i quali feva vegnir per nostro viver a Castel Novi. Suplicai la illustrissima signoria vostra ve fosse de piazer restituir le dite cosse. Subito per la humanita dela illustrissima signoria vostra me fo concessa gratia le dite cosse me siano restitude, e al dito retor per una vostra li fo scrito, el me dovesse restituir le dite cosse, la quali li ge mandi el podesse veder et intender la volunta dela illustrissima signoria vostra, pregandolo dela parte mia i fosse de piazer obedir quella e restituir le dite cosse, el qual ha vogluto far nulla. Pero di novo supplico humilissima et devotamente la illustrissima signoria vostra scriverge un altra, el me deba restituir supradite cosse in modo, che inavanti non habia affano de mandar dala illustrissima signoria vostra per tal cazon.

Excelsa signoria mo fa anno uno, che supplicai ala illustrissima signoria vostra pregandove, ve fosse de piazer a scriver a retor de Cataro, chel me deba dar i denari dela mia provision, e cussi per la humanita dela illustrissima signoria vostra me fo concesso gratia, e scrito a lui una littera vostra, el me dovesse pagar le dite mie provision, e cussi li presentai la dita litera. Lui me respoxe, che lui non haveva denari, e sum certissimo el diga el vero. Unde iterum et di novo supplico la illustrissima signoria vostra ve piaqua de scriver una littera al magnifico misser Alvize Bon retor di Cataro, el faça el mio conto e la boleta quello io resto haver fina a quel di per li tempi passadi.

Excelsa signoria perche alguni mei homeni di Narenta hano messo in deposito alguni piumbi nostri nele man de ser Simon Tanlich di Sibenico, el qual e morto su la galia nel armada, i quali piumbi sono liberi e di nostra razon, i quali lui ha venduto, e nui nullo pagamento havemo receputo de esso, impero supplico la illustrissima signoria vostra ve piaqua de far uno comandamento a misser Malipiero conte de Sibinico, chel me faça razon summaria in li beni del dito ser Simon, che la razon e iustitia rechiede, recomandandome sempre ali piedi dela illustrissima signoria vostra.

Illustrissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum, suoque pio et gratioso consilio humelmente fi exposto et devotissimamente supplicado per parte del suo fidelissimo subdito et devotissimo servidor Ventura Meravelia da Spalato desezo dala cha di Maraveia da Veniezia. Conçosia che questo otubrio passato fosse uno anno, che per lo illustre ducha Stefano fosse donata al dito supplicante una villa chiamada Igrane posta nel destreto over territorio de Craina, ne la qual son cerca villani L., che per tanto havendo a hora la illustrissima signoria vostra obtenuto el dominio del

territorio predito de volunta et consentimento del dito ducha Stefano, la excellentia vostra se degni concieder al dito cum la sua consueta clementia, chel possi galder et posseder dita villa a lui donata in tempo, chel dito ducha Stefano de quella era signor et podeva disponer como di cossa soa. E se pur ala illustrissima signoria vostra de quella tal villa piazesse disponer altramente, degnasse al meno al dito suo devotissimo servidor far provision de qualche altro contracambio a cazione el non sia privato totaliter dela cossa a lui donata, che seria contra la natural clementia dela illustrissima signoria vostra, ala gratia dela qual humiliter el se recomanda.

Secreta cons. rogatorum vol. XXII., u mlet. arkivu.

CCCLXIV. God. 1466. 10. ožujka, u Mletcih.

Odgovara se na molbe podnesene od poslanika hrcega Stjepana sv. Save.

1466. 10 martii. Quod ad capitula per oratores illustris ducis Stephani sancti Save porrecta, et huic consilio lecta, respondeatur. Et primo:

Ad primum, quo petit replicari litteras ad rectores Dalmacie et successoribus pro receptu suo et suorum ac protectionis status sui. Nos pro antiqua benivolentia, quam cum illustribus progenitoribus suis habuimus, et ad presens sua cum excellentia habemus, erga illam esse illiusmet bone dispositionis et mentis, qua semper fuimus. Replicari ideo faciemus litteras ipsas rectoribus ipsis nostris Dalmacie eorumque successoribus, ut ei, liberis eorumque famulis receptaculum dare debeant, casu quo a Turco seu quovis alio pelleretur iuxta requisitionem excellentie sue

Ad secundam vero partem protectionis status, esse contentos, loca excellentie sue ad marinam sita in protectionem accipere. — Ad secundum de oblatione duorum castellorum ad marinam et buccam Katari sitorum, esse contentos sue excellentie satisfacere, deque presenti illa accipere, loco quorum pro contracambio ei offerimus insulam nostram Bracie cum omnibus iuribus et pertinentiis suis; preterea unam domum in civitate nostra Spaleti aut qualibet alia civitate nostra, que sue excellentie magis placuerit, in qua honorifice, quando sue excellentie videbitur, habitare possit. Item ei promittimus omnes introitus et proventus suprascriptorum castellorum et comitatus, qui detracta impensa, que in illa intrabit, sint libere excellentie sue donec vixerit.

Ad tercium, quo petit, quod tam in hac nostra Venetiarum civitate, quam ubique terrarum et locorum nostrorum, ubi habitare vellet, sit cum suis ab omni angaria liber, ut petitur.

Ad quartum, quo dixit, comitem nostrum Spaleti preter voluntatem suam Craynam et Narentam accepisse. Nos ex forma litterarum suarum, quas ad ipsum comitem nostrum scripsit, tenere, ipsum comitem de consensu et voluntate excellentie sue illa accepisse. Qua de re contenta sane etiam deberet, quia si illa non accepisset, ad Turcorum manus sicut reliqua loca sua omnino pervenissent. Acquiescere proinde debet excellentia sua, cum pro mutua benivolentia nostra, existentibus suprascriptis locis in manibus nostris, tenere potest in manibus suis propriis esse. Ad partem vero rebellium et aliorum, quos ipsi oratores dicunt transitum

ad loca sua impedivisse, id sane nobis non minus quam sue excellentie molestum fuisse, cum ab omni mente et intentione nostra alienissimum sit. Mandabimus igitur efficacissime rectoribus nostris partium ipsarum, ut omnibus suis per terras et loca nostra aditus liber apertusque sit, adeo quod ad quelibet loca sua et mittere quicquid voluerit et ire sine ullo obstaculo poterunt.

Ad quintum quo se interponere offert pro reducendo Juano Cernovich ad devotionem nostram, nos de huiusmodi oblatione sua excellentie sue gratias agere.

Ad sextum quo se excusare videtur ob aliquam malam informationem, que nostro dominio dari potuisset de rebus medio oratoris nostri cum magnifico Ladislao filio suo tractatis, et de ducatis mille datis et postea acceptis, non esse opus ea in re excusatione aliqua, cum quia ea omnia per ipsum oratorem nostrum seriose nobis relata fuerant, tum etiam quia de sua excellentia non nisi bene sentire possemus. Ideoque ab illa acta laudamus. Preterea excellentiam suam certam esse volumus, quod si quid magnifico Ladislao filio suo fecimus, potissimum ratione excellentie sue egimus, ut idem filius suus sibi obediens esse cogatur. Sicuti per privilegia et scripturas nostras apparet, in quibus hoc expressum esse voluimus, quod illa ei concessa esse intelligantur, in quantum excellentie sue obediens fuerit, ut sicut decet pro commoditate statuum et rerum suarum pacifice inter se vivant, cum in huiusmodi rebus unio et concordia mirifice semper profuerit. Dissensio autem et divisio e contra obfuerit. Excellentiam ideo suam hortamur, ut cum ipso filio suo quiete vivere velit pro utilitate ut dicimus statuum et rerum suarum.

Ad septimum quo navigium cum frumento per potestatem Antibari acceptum petit. Nos voluisse super eiusmodi re informationem accipere, nec invenire potuisse, quomodo res ipsa sese habuerit. Illam ideo nobis particularius declarent; quia intellecta ea, providebimus ius atque iustitiam fieri.

Ad octavum, quo litteras ad comitem Catari petit pro provisione sua habenda. Quod eidem comiti nostro expresse mandabimus, ut solutioni sue penitus providere debeat.

Ad nonum, quo certum plumbum suum petit, quod esse dicit in manibus cuiusdam Simeonis Thauilich de Sibinico. Quod mandabimus comiti ipsius civitatis nostre, ut rem illam diligenter intelligere curet, sueque excellentie ius atque iustitiam ministrari faciat.

Ad partem vero, qua spectabilis miles dominus Ventura de Mirabilibus unus oratorum suorum petit villam quandam Igrane appellatam in Crayne iurisdictione sitam, sibi donatam per ipsum illustrem ducam etc. Nos de re ipsa nullam habere informationem. Scribemus ideo comiti Spaleti et rectori Narente, ut super re ipsa nos informare debeant. Quorum habita responsione particularius ei respondebimus. + 135 — 6 — 11.

Secreta cons. rog. vol. XXII., u mlet. arkivu.

CCCLXV. God. 1466. 17. ožujka, u Mletcih.

Republika obvezuje se hrcegu Stjepanu oboružati i braniti njegove dvie tverdjave u buki kotorskoj na svoje troškove, i isto tako tverdjavu Visuć kod Spljeta. Gleda se, da mir bude sa Ivanom Crnoevičem.

1466. 17 martii. — Captum fuit superioribus diebus in hoc consilio de danda insula nostra Bracie pro contracambio Castelli Novi et unius alius castelli ad buccam Catari sitorum per illustrem ducham Stefanum sancti Save nostro dominio oblatorum, que res certis bonis respectibus habere non potest.

Quamobrem vadit pars, quod oratoribus suprascripti ducis Stefani super eiusmodi parte respondeatur. Nos esse contentos ea duo castella in nostram protectionem accipere, illaque excellentie sue nomine sumptibus nostris conservare, ne ad Turcorum seu aliorum manus perveniant, sicuti nonnulla alia loca sua pervenerunt. Que quidem castella, pacatis et in tranquilitate positis rebus status sui et partium illarum, erimus contenti sue excellentie libere restituere, introitus quorum et comitatus sint libere sui. Preterea excellentie sue promittimus unam domum in civitate nostra Spaleti aut qualibet alia civitate nostra, que ei magis placuerit, in qua honorifice habitare possit.

Et quia prefati oratores hoc mane nostro dominio dixerunt, esse apud Spaletum quoddam castellum suum nomine Visuichi, supplicantes, ut pro illius conservatione comiti ipsius civitatis nostre mandare velimus, ut favores suos prestet; captum sit et eidem comiti nostro mandetur, quod omnes honestos favores, quos poterit, illis prestare debeat, si a Turco aut quoppiam aliquo molestaretur, modo non faciat contra serenissimum Hungarie regem, ut sub ditione illius illustris ducis conservetur.

Ad partem vero, qua se offert reducere Juanum Cernoevich ad devotionem nostri dominii, dicatur, nos de huiusmodi oblatione sue excellentie gratias agere. Super qua re intentionem nostram comiti nostro Catari declarabimus, quocum excellentia sua se intelligere poterit, ut ea in re fiat quicquid boni fieri poterit, cum comiti scribatur his verbis:

Misistis nuper ad nostrum dominium prudentem fidelem venetum nostrum Franciscum Theotinua cancellarium istius fidelissime comunitatis, qui inter alias provisiones necessarias ad levandam civitatem istam nostram a bello, quod ab Ivano Cernovich infertur, hanc unam solam ceteris utiliorem vestro nomine dixit, ut ad aliquam compositionem cum ipso Ivano veniatur. Quam dicit bono modo et cum nostri dominii honore fieri posse sperare, in qua etiam re illustris ducha Stephanus sancti Save suam interpositionem optulit. Contemplatione excellentie cuius maxime moti, volumus, vobisque cum nostro rogatorum consilio mandamus, ut huiusmodi re cum excellentia sua communicata, illis dexterioribus, cautioribus et prudentioribus modis, qui vestre prudentie videbuntur, habita semper accuratissima ratione ad honorem nostri dominii, intentionem ipsius Juuani intelligere tentetis, cui volumus promittere possitis de provisione singulis annis usque summam ducatorum trecentorum, et defuncto patre suo illam ei augere usque ad summam duc. VI. centum sicuti habet idem pater suus, restitutis omnibus rebus dominii nostri in pristinum statum. + 132 — 6 — 5.

Secreta consilii rogatorum vol. XXII., u mlet. arkivu.

CCCLXVI. God. 1466. 18. ožujka, u Mletcih.

Nastoji se svaku po volji učiniti Skenderbegu, samo da bude vieran.

MCCCCLXVI. die XVIII marcii. Magnifico domino Scandarbego. Havemo novissimamente havuto do lettere de la magnificencia vostra, et intezi li ricordi vostri per el ben dele cosse nostre e vostre, i qual habiamo come da diletissimo nostro amico e filiolo prudentissimo acceptate, e molto ve ringraciamo cussi per li ricordi, come per le offerte. Et si come non dubitamo la vostra magnificencia esser avizata dal reverendo misser lo arcivescovo de Durazzo, cum el qual havemo tutto communicado, havendo nui fatta molta experientia de mandar qualche zente darme in quelle parte, et recusando ogn omo el voler vegnir, finalmente havemo deliberato mandar fanti III cento, li qual tuta via se conducono, e prestissimamente serano de li conduti. Havemo etiam deliberato mandar e tuta via nuy mandemo a le mano del provededor nostro ducati III milla cum ordene et comandamento, che lui conduchi de le zente paezane a cavalo, perche siano in ogni bizogno ai favori de le cosse de la vostra magnificentia e nostre. Mandemogli etiam denari per sovencion de quelle zente si da cavalo come da pie, sono de li. Le razon de la vostra magnificentia per quanto aspeta ala provision vostra havemo fato veder, e de lo resto fato risponder qui el predito misser lo arcivescovo. De la parte de dita provision, che per la camera de Scutari ve se responde, havemo fato tal comandamento al nostro provededor, e dado tal forma et ordene al denaro, che prestissimamente sera de ogni suo resto satisfato ala vostra magnificentia. Al nostro podesta da Budua havemo expressamente dechiarita la displicentia ricevuta per nui dela novita fata in retention de quelle vostre cosse, et efficacemente comandato, che tuto immediate debia restituir, e guardar inposterum le cosse de la vostra magnificencia come le proprie cosse nostre; e cussi non dubitemo lui obedira. Havemo preterea fato assignar a misser larcivescovo 4 bombardelle, 10 spingarde e barilli 20 de polvere per munition de quella terra vostra da novo edificata; per la fortification de Scutari havemo mandato denari gia molti zorni, e comandato, che a quella reparation se attendi cum ogni studio e diligentia, ne semo restati ne semo per restar in cossa alchuna, che conferir possi ala conservation, ben e comodo e honor del stato e cosse de la vostra magnificencia e nostro, che uno medezimo reputemo. Confortemove a star de bon animo vigilante et attento, perche e nui e tute le cosse nostre serano sempre prompte et disposte a tute le vostre commodita e honori come per nui proprii. De quanto vui ne scriveti de la pratica de la pace cum el Turco, ve certificamo, che le astutie del Turcho a nui sono notissime, ne si restara da ogni necessaria provisione per alguna soa demostratione o simulatione. Ringraciemovi niente manco de lo avizo datoci e de la dechiarita vostra opinione, de la qual ne faciemo digna existimation come de prudentissimo signor e dilectissimo fiol nostro.

Et ex nunc captum sit, quod provisori nostro Albanie committatur, ut rationes prefati domini videri diligenter faciat, et totum id, quod habere restat de ratione sue provisionis, eidem immediate solvat de pecuniis dacii pischeriarum deputatis ad suam administrationem. Accipianturque hic de omni loco et officio circa ducatos CC., qui sunt necessarii

pro solvendo residuo dicte provisionis, quam habet ab officio rationum veterum. Potestati vero Budue efficacissime scribatur et mandetur, ut furmentum et alias res ablatas prefato domino, immediate restituat, et imposterum homines et bona sua humaniter et benigne tractet, ita ut iustam querelle causam non habeat. Et fiat mandatum hoc in forma efficaci, ita ut causam habeat obediendi.

Dentur preterea domino archiepiscopo Dyrrachiensi bombardelle quatuor, spingarde x. et barilia parva xx. pulveris. De parte 97, de non 1, non sinceri 1.

Secreta cons. rogat. vol. XXII. c. 143., u mlet. arkivu.

CCCLXVII. God. 1466. 23. ožujka, u Mletcih.

Poslanik u Ugarskoj upućuje se o uvjetih mira, u slučaju da se sa strane Ugarske sklopiti imao sa Turci.

MCCCCLXVI. die XXIII marcii. Ser Francisco Venerio oratori nostro in Hungaria. Accepimus litteras vestras diei 3 instantis, quibus nobis denotastis, quantum vobis dixerat reverendus dominus episcopus quinque ecclesiarum nomine istius serenissimi domini regis de practica pacis cum Turcho per medium illius Radovich, et quantum vos in re illa dixistis, et tandem quantum deliberatum fuerat. Que omnia libenter intelleximus, et prudentiam diligentiamque vestram plurimum laudamus. Et respondentes cum nostro consilio rogatorum volumus et vobis mandamus, ut subito esse debeatis cum maiestate istius serenissimi domini regis, cui post convenientem gratiarum actionem dicite, quod considerantes nos multas res, et presertim maiestatem predictam et nos solos totum hoc grave et periculosum bellum sustinere, cum eius maiestate in sententiam convenimus utile futurum suis et notris rebus ad practicam ipsam et conclusionem devenire, quanto melioribus et honorificentioribus conditionibus et pro sua maiestate et pro nobis et pro utriusque nostrum colligatis possibile fuerit. Et ex nunc, ut vos nomine nostro id facere autentice valeatis, mittimus vobis presentibus alligatum syndicatum in forma ampla et consueta. Verum quoniam si ad practicam deveniretur, non dubitamus, quod maiestas predicta petet, ut in principiis huiusmodi practicarum sit aliquod augumentum status et condicionum suarum forte in regno Bossine vel alibi. Volumus etiam, ut pro inducendo pariter et unanimiter cum eadem maiestate, vos quoque petatis residuum Amoree, quod in potestate Turchi superest, et insulam civitatemque Mitilenarum, vel saltem alteram rerum predictarum, si ambas non possetis, que causa belli penitus deserte et desolate sunt, ita ut parum aut nihil ex eis utilitatis perceptori sumus, sed bene laborem, curam et impensam non mediocrem in illis custodiendis. Sed hec petitio nostra potius sit ad defensionem et tutelam christianorum et pacis securitatem, quam pro ulla alia privata nostra commoditate. Hoc vobis dixisse voluimus, ut in facto primarum petitionum, si occurret, sciatis quid agere habeatis. Et scitote nil minus non esse propterea ultime intentionis nostre sine rebus predictis non devenire ad conclusionem. Sed bene volumus, ut pro optinendo aut res predictas aut alteram earum aut si totam Amoream optinere non possetis saltem civitates Misithre et Petrasii cum Archadia

et maritima illa usque civitatem nostram Mothoni, et per omnem viam et modum meliorando et avantagiando conditiones nostras faciatis omnem experientiam, et omnem industriam et diligentiam vestram apponite. Quando vero ultra ea, que ubique tenemus, nullo modo quicquam consequi possetis, contenti sumus, ut cum condicione, quod unusquisque ea teneat, que habet ubique, ad conclusionem pacis ipsius, per quantum ad nos attinet, deveniatur simul cum eadem maiestate et colligatis utriusque nostrum. Hanc ultimam intentionem nostram secretissimam apud vos teneatis, ut melius assequi possitis, quantum superius ordinamus. Verum advertite diligentissime, ut in omni casu et conclusione nobis remaneant territoria et iurisditiones civitatum nostrarum Mothoni, Coroni et Neapolis Romanie et locus Argos et territorium etiam Neopacti, quod ante bellum tenebamus, nobis restituatur et remaneat. Sed si ad practicam forte non deveniretis, nolumus, ut ad expressionem alicuius particularitatum cum aliquo deveniatis, sed apud vos eas tenete. Et ut omnia vobis nota sint, vos advisamus, Amarbey nuper requisivisse baiulum nostrum Nigropontis de pace. Qui baiulus respondit, nullum a nobis de tali materia habere mandatum. Nos vero causis et respectibus antedictis practicam ipsam spernendam non iudicamus. Quinimmo si ita maiestati predicte visum fuerit, ut non dubitamus pro sua singulari prudentia videri debere, aures illi accomodabimus, et pro maiestate predicta et pro nobis et pro utriusque nostrum colligatis quanto melioribus et honorificentioribus condicionibus possibile fuerit ad conclusionem venire procurabimus. Hoc maiestati predicte ultra ea, que superius diximus, bonis et accommodatis verbis denotate, et de responsione sua deque eius mente et intentione quam bene intelligere procuretis, nobis per festinantissimum nuncium date notitiam. Si autem maiestas ipsa ex se non invitatus a vobis diceret, velle mittere nuntium suum sufficienti mandato munitum, ut sicut vos illic nostro nomine, ita ipse ubi fuerit opus nomine sue maiestatis intersit, practicet et simul cum nostris concludat; volumus, ut eidem maiestati dicatis, quod de hoc plurimum contenti erimus, quodque eum mittat in bona gratia, quem benivolentissime videri faciemus et commode honorificeque transmitti, ubi fuerit opus. Sed si de hoc maiestas sua nullam faceret mentionem, vos quoque nihil ei dicite, sed diligenter attendite responsionem eius et mentem, opinionem et intentionem eius circa particularitates intelligere procurate, de qua per festinantissimum et celerantissimum cursorem nos facite certiores. Demum declarate eidem maiestati, nos nihil de institutis apparatibus nostris tam maritimis quam terrestribus pro bello administrando obmissuros sed ad eos accuratius et efficatius vacaturos, sicque hortemini predictam maiestatem, ut faciat a latere suo.

Mittimus vobis presentibus introclusam copiam veteris pacis cum progenitoribus Turchi et instaurate per virum nobilem Laurentium Mauro, cuius capitula, quoniam equa sunt et honestissima, nobis placent, et cum eis omnibus sicut iacent concludere procurate. Mittimus etiam copiam capitulorum factorum per virum quondam nobilem Bartholomeum Marcello, quorum duo depenavimus, et quoniam sunt turpia et scandalosa, ut videbitis, removeri, et sine illis concludi volumus.

Ceterum, quoniam in pace veteri, ut videbitis, continetur unum capitulum, per quod pro Nepanto et pro certis locis Albanie obligamur dare Turcho singulis annis certam denariorum quantitatem, volumus, ut faciatis omnem experientiam removendi capitulum ipsum, si poteritis, et non possendo non restate ob hoc venire ad conclusionem.

Post scriptas habuimus litteras ab rectore nostro Neopacti, per quas sumus advisati, ipsum fecisse cum illis de Patrassio certam sufferentiam, que facta est contra omnem voluntatem nostram et pro necessitate loci predicti nostri Neopacti. Et eam tamen subito revocari et infringi iussimus non obstante predicta loci necessitate; volumus igitur, ut de hoc notitiam detis illi serenissimo domino regi, cum quo, ut uniti federe sumus, ita unite procedere in omnibus sumus dispositi. De parte 169, de non 3, non sinceri 0.

Secreta cons. rogat. vol. XXII. c. 146., u mlet. arkivu.

CCCLXVIII. God. 1466. 18. travnja, u Mletcih.

Sprema se nješto vojske, da se njome obskrbi grad Skadar.

1466. die XVIII aprilis. Quoniam undique nunciatur, Turcum venturum esse ad oppugnationem urbium et locorum Albanie, et civitas nostra Scutari stipendiariis pro sui defensione pessime munita sit, vadit pars, quod festinantissime sub duobus probis comestabilibus fieri debeant centum ballistarii armati curacina et ballista cum stipendio librarum XX. in mense. Qui comestabiles habere debeant libras XL. parvorum pro quolibet in mense. Et similiter fieri debeant L. sclopeterii sub uno comestabile cum stipendio currenti. Qui comestabiles ballotari et probari debeant per collegium, habentes quilibet ipsorum ducatos sex auri in mense et ratione mensis. Ballistarii autem et sclopeterii scribi et fieri debeant per eum modum, qui deliberabitur per collegium. Et ut predicti celeriter et mature expediantur, mittanturque Scutarum, ut in omnem casum urbem et civitatem illam nostram, quod caput est totius Albanie, tueri et servare valeant ab omni impetu hostium, accipiatur de omnibus denariis nostri dominii. Non intelligentes tamen eos, qui obligati sunt per partes captas in hoc consilio. Si vero quispiam dictorum ballistariorum aut sclopeteriorum aut fuga aut morte aut alia de causa defecerit, provisor noster Albanie nec non comes noster Scutari possint remittere aliquem loco deficientium, sed denotare teneatur nostro dominio nomina et numerum eorum, qui defecerint, ut per prefatum dominum provideatur, prout illi videbitur neccessarium. Et ex nunc captum sit, quod de presenti mitti debeant ducati duomille in Albaniam pro subventione illarum gentium, que illic sunt, que iam multo tempore pecunias non habuerunt. De parte 143, de non 2, non sinceri 3.

Senato Mar. vol. VIII. c. 68. t., u mlet. arkivu.

CCCLXIX. God. 1466. 28. travnja, u Mletcih.

Odgovara se na molbe podnesene od Skendrbegova poslanika.

1466. 28 aprilis. Quod ad capitula nostro dominio per reverendum dominum archiepiscopum Dyrachii nomine magnifici domini Scandarbegi porrecta, respondeatur.

Et primo ad primum, quo petit, sicut alias sibi promisimus, quod filius suus sit capitaneus gentium nostrarum illarum partium, ipse vero magnificus dominus gubernator. Nos esse contentos pro observatione eiusdem promissionis magnificentie sue satisfacere, hoc est quod quando fiet exercitus gentium nostrarum illis in partibus, idem filius suus sit capitaneus, ipse vero magnificus dominus sit gubernator.

Ad secundum, quo petit pecunias pro solutione stipendii gentium sibi mitti, quando in exercitu erunt, ut diutius secum perseverare habeant, respondeatur: nos superiore tempore super hoc particulariter respondisse, nostramque declarasse intentionem, que est, quod nulla alia causa provisorem nostrum illis in partibus tenemus, nisi pro faciundis cum magnificentia sua provisionibus necessariis. Cui sicuti conveniens est, et cum omnibus aliis provisoribus nostris facere consuevimus, pecunias de tempore in tempus mittemus, ut gentibus ipsis satisfieri possit, et sua cum excellentia diutius perseverent.

Ad tercium, de Janutio greco olim comito condam nobilis viri Johannis Mauroceni, quem dicit certum navigium ipsius magnifici domini cum frumento et carnibus salitis cepisse etc.. respondeatur: ipsum Janutium abesse Venetiis, qui quando redibit, diligenter intellecta huiusmodi re, providebimus, quod iustitia locum habeat. Et ut intelligat nos omnino intendere, quod ius fiat ei, declaramus ad officium armamenti ordinasse, quod quicquid idem Janucius habere debet aut habere debebit, ad petitionem nostri dominii sequestretur, quum, intellecta rei veritate, ordinabimus fieri, quid iustitia exiget. Potest igitur reverenda paternitas sua rem huiusmodi alicui noto suo committere, qui quando idem Janutius redibit, ipsam commemoret, quia iustitiam sine temporis intermissione ministrari faciemus. Ad partem vero navigii, quod dicit olim ser Andream de Molino potestatem Budue accepisse, nos ea de re nullam informationem habere potuisse, quia, quemadmodum notum est, interfectus fuit, per obitum cuius dominatio nostra multas pecunias amisit, et ipse quoque nobilis noster omnem facultatem cum vita amisit, ex quo super hoc aliud dicere non possumus.

Ad partem vero, qua petit provideri, ne de cetero talia inconvenientia accidant, expresse mandabimus omnibus rectoribus partium ipsarum, quod rebus ipsius magnifici domini nullam novitatem inferrant aut inferri permittant. Vero magnificentiam suam rogamus, velit adeo providere, quod alii sub pretextu rerum magnificentie sue et rebus suis propriis conducant cum non mediocre iactura introituum nostrorum.

Ad quartum, de Marco Summa comestabile suffecto loco Scaramutii de Lorio, nos super ea re non potuisse veram habere informationem. Et quando idem Marcus ad nostrum dominium veniet, mandabimus ei ius fieri.

Ad quintum, quod bona rebellium suorum, qui ad Turchos defecerunt, in terris et locis nostris existentium petit. Respondeatur, quemadmodum reverende paternitati sue notum esse potest nos magnificum dominum Scandarbegum unice amare esseque propensos omni honeste requisitioni magnificentie sue libenter satisfacere. Verum quia res huiusmodi bonorum rebellium nobis nova est, et super ea nullam aliam informationem habentes, existimantesque illam maximi ponderis esse, non videmus quo modo sine ulla informatione pro presenti ei respondere possimus. Scri-

bemus ideo rectoribus nostris partium ipsarum, ut nos informent, qua informatione habita, curabimus magnificentie sue facere quicquidem honeste facere poterimus.

Ad sextum, quo satisfactionem duc. circiter 200 a condam strenuo Scaramutia de Lorio petet, respondeatur, nos esse contentos eiusmodi pecuniarum satisfactionem a camera nostra Dyrachii magnificentie sue in annos quatuor fieri facere, hoc est singulis annis duc. quinquaginta.

Ad septimum, de galea, quam petit, nos ad partes Kathari semper tenere unam aut duas galeas, una quarum quotiens opus erit ad omnem magnificentie sue requisitionem parata semper et presta erit. Et ita illarum supracomitis efficaciter mandabimus. Preterea collegium habeat libertatem mittendarum illarum munitionum Dyrachium, et ad alias civitates et loca nostra partium Albanie et Dalmatie nec non Jarzan, que ipsi collegio videbuntur necessarie. De parte 161, de non 0, non sinceri 1.

Senato Mar. lib. VIII., u mlet. arkivu.

CCCLXX. God. 1466. 2. svibnja, u Mletcih.

Ovlašćuje se duždevo vieće, da odgovori na molbe poslanika Stjepana Crnoevića, Vladislava i občine bračke.

1466. die secundo maii. Quod collegium auctoritate huius consilii habeant libertatem expediendi nonnullos oratores magnifici domini Stephani Cernoevich, illustris domini Vladislai ac fidelis communitatis nostre Bracie, qui profecti ad presentiam dominii nostri nomine dictorum dominorum ac communitatis, porrexerunt nonnulla capitula, et petunt expediri. De partr 150, de non 0, non sinceri 0.

Senato Mar. vol. VIII. c. 74., u mlet. arkivu.

CCCLXXI. God. 1466. 12. svibnja, u Mletcih.

Daje se u naprieda Vladislavu sinu hrcega Stjepana 300 dukata u ime obrane tvrdjave klivačke.

1466. 12 maii. — Orator illustris domini Vladislai, profectus ad presentiam nostri dominii, inter cetera nomine prefati domini petiit subveniri de pecuniis, ut tueri possit locum Clivaschi, quod non vadat in manus Turchorum aut aliorum. Et comes noster Spaleti scripserit nostro dominio, locum predictum multum importare nostro dominio, propterea quod positus est in loco, unde facile et opportune loca nostra Dalmatie infestari possunt; propterea vadit pars, quod dicto oratori illusris domini Vladislai dari debeant de presenti ducati trecenti, ponendi ad computum provisionis quam habet a camera nostra Catari. Et de hoc dari debeat noticia comiti nostro Catari, ut ipsos ducatos 300 ad computum suum ad istam cameram poni faciat. + 104 — 0 — 1.

Senato Mar. lib. VIII., u mlet. arkivu.

CCCLXXII. God. 1466. 16. svibnja, u Mletcih.

Po savjetu kneza spljetskoga gradi se utvrda na ostrvu Neretve.

1466. 16 maii. — Considerando de quanta utilita et securta seria ai luogi nostri de Crayna et ai altri luogi nostri de Dalmatia, se chome ricorda per soe letere el conte nostro de Spalato sopra el scoio posto ala bocha de Narrenta el fa una bastita; l'andara parte, chel sia commesso al soprascripto conte, che debia far construir dicta bastita o de muro o de legname, chome meglio al dicto conte apparera, avisandone de le cosse necessarie a dicta opera, azo di qui proveder possamo al bisogno. + 112 — 2 — 1.

Senato Mar. lib. VIII., u mlet. arkivu.

CCCLXXIII. God. 1466. 17. svibnja, u Budimu.

Matija kralj ugarski obaviešćuje Dubrovčane, da tamo šalje njihova poslanika kod dvora Nikolu de Bona i magistra Grgura, da pobiraju vojnike na račun hrcega Stjepana sv. Save.

Mathias rex Hungariae etc. scribit Raguseis, quod alias miserat ad illas partes Johannem de Rozgon magistrum Thavernicorum et Johannem comitem Zagoriae, ut securitati ipsorum civitatis pro posse provideant. Sed nondum istis reversis comparuerunt ad praesentiam suam ambasciatores Stephani ducis s. Save, rogantes, ut mitteret ei in auxilium tria milia armatorum suis expensis. Cum vero huic petitioni satisfacere non potest propter inquietitudines internas, et quia ipse solus parat magnum exercitum contra Turcas, ideo iussit ambasciatori eorum Nicolao de Bona (cui prohibitum est in patriam redire nisi vocatus) et suo nobili magistro Gregorio de Manay, ut vadant Ragusium ad reperiendos milites pro duce Stefano in illis partibus iuxta necessitatem.

Datum Bude feria sexta proxima post festum Ascensionis domini, anno eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, regni nostri anno nono, coronationis vero tertio.

Originale cart. in forma litterae, in secreto archivio Viennae.

CCCLXXIV. God. 1466. 23. svibnja, u Mletcih.

Piše se kapetanu jadranskoga mora, kako da se vlada.

MCCCCLXVI. die XXIII. maii. Ser Jacobo Venerio capitaneo culfi. Ignoramus, quos nuncios istic habueritis de Turco venturus ne sit, aut missurus partem gentium et copiarum suarum in Albaniam, an si potius Belgradum aut alio tendere et dirigere iter suum constituerit. Proinde mandamus vobis cum nostro consilio rogatorum, ut intelligere debeatis vos cum provisore nostro Albanie. Et si invicem noticiam habebitis, Turcum in istam provinciam aut venturum esse aut missurum partem gentium suarum, vos una cum galea Priola et presenti galea Maripetra morari et stare debeatis in istis partibus ad custodiam et conservationem, quo ad eius fieri poterit, urbium et locorum nostrorum, advertendo non ingredi Boianam nisi postulante magna necessitate, ut servetis incolumes

zurmas et homines galearum nostrarum. Si vero cum predicto provisore nostro certam intelligentiam habebitis, Turcum neque venturum neque missurum ad istas partes de gentibus suis, sed aut versus Belgradum aut aliorsum sese cum omni exercitu vertisse, ita ut videatis istam provinciam securam et sine periculo Turci, esse volumus et cum dicto consilio mandamus vobis, ut dimissa galea Priola, vos una cum presenti galea Maripetra istinc discedere debeatis, eundo festinantissime ad conveniendum capitaneum nostrum generalem maris. De parte 158, de non 0, non sinceri 5.

Secreta cons. rogat. vol. XXII. c. 159., u mlet. arkivu.

CCCLXXV. God. 1466. 2. lipnja, u Mletcih.

Mletčani odvraćaju poslaniku ugarskomu: neka kralj ni najmanje nevjeruje Dubrovčanom, jer jim je laž prirodjena.

1466. 2 iunii. Oratori Ungariae respondeatur: regratiamur regi quamplurimum propter amorem suum erga nos. „Intelleximus, Raguseos de nobis apud eandem maiestatem conquestos esse et multa dici fecisse aliena penitus ab omni veritate ad finem potius scandali ferendi, quam quia ab ulla legittima causa impellantur, quum illos humaniter semper et amice videri tractarique iussimus, et quicquid favoris in illos et beneficii in eorum aliqua necessitate conferre potuimus, id contulimus. Sed ipsi toto hoc bello quecumque subsidia Turcis prestare potuerunt et victualium et quarumcumque aliarum rerum sine ullo respectu prestiterunt, preferentes propria comercia et particularem utilitatem universorum christianorum commodo. Quod parum existimantes, querunt etiam inter regiam maiestatem et nos dissidium. Et quamvis sapientie regie maxime tribuamus, rogatam tamen eandem maiestatem volumus, ut nullis omnino de nobis relationibus Raguseorum fidem prestet, sed nostre mutue et sincerissime benivolentie credat, que nihil agit, nihil cogitat, nisi quod ex usu dignitatemque utriusque nostrum sit. Digneturque eadem maiestas providere, quod Ragusei ipsi abstineant a favoribus Turchorum contra maiestatem predictam et nos.“ + 175 — 0 — 1.

Secreta cons. rogat. lib. XXII., u mlet. arkivu.

CCCLXXVI. God. 1466. 4. lipnja, u Mletcih.

Daje se Ulčinju sve, što mu trebalo za obranu; a pošto se dočulo, da su Turci provalili u Albaniju, nalaže se pomorskim kapetanom, da se onamo upute na obranu onih gradova.

MCCCCLXVI. die IIII iunii. Quod oratoribus communitatis nostre Dulcigni, qui profecti ad presentiam nostri dominii, commemorato ingenti periculo, cui subiaceat locus ille noster propter adventum Turci in illam provinciam, supplicarunt de munitionibus et pecuniis subveniri pro fortificando dicto loco, dari subito debeant omnes munitiones necessarie et ducati IIII centum auri, et expediantur subito cum uno navigio; et scribatur et mandetur ser Josafat Barbaro provisori Albanie, quod si necesse erit subvenire, debeat predicto loco de ducatis ducentis auri. De parte 155, de non 2, non sinceri 3.

Die suprascripto. Quoniam propter nova, que habentur tam a baiulo nostro Dirrachii quam a nunciis comunitatis Dulcinii, Turcus cum ingenti exercitu in Albaniam venit, ideo faciende sunt omnes provisiones, quantum in nobis est, ad custodiam et defensionem locorum nostrorum dicte provincie. Propterea vadit pars, quod scribatur et mandetur nobili viro Jacobo Lauredano capitaneo nostro generali maris, qui Venetias venturus est, quod cum omnibus galeis, que rediture sunt ad exarmandum, conferat se in Albaniam, morando in illis partibus, ac faciendo omnes possibiles provisiones ad defensionem et conservationem ipsorum locorum nostrorum, donec aliud ei scripserimus. Et hoc idem scribi et mandari debeat nobili viro Antonio Lauredano capitaneo nostro culfi, venturoque ad exarmandum. Qui si forte in Albaniam applicaret ante adventum eo predicti capitanei generalis, facere debeat cum nobile viro Jacobo Venerio capitaneo nostro culfi, qui in illis partibus erit, capitanariam ad septimanam, donec illuc pervenerit predictus capitaneus generalis, qui postea exercere debeat officium suum De parte 154, de non 2, non sinceri 0.

Item captum fuit, quod expediatur una barcha, per quam scribatur ad rectores nostros Dalmacie, quod divertente ad loca eis commissa capitaneo nostro predicto aut aliqua alia galea, que veniret ad exarmandum, mandatum eis faciant nomine nostri dominii, quod redire debeant ad partes Albanie ad defensionem et custodiam illarum terrarum et locorum nostrorum. De parte 147, de non 1, non sinceri 1.

Secreta cons. rogat. vol. XXII. c. 166., u mlet. arkivu.

CCCLXXVII. God. 1466. 15. lipnja, u Mletcih.

Republika po svom poslaniku pozivlje ugarskoga kralja, da u smislu saveza udari na Turke, koji su već provalili u Albaniju.

MCCCCLXVI. die XV iunii. Oratori nostro in Hungaria. Scripsimus vobis sub die X presentis, quantum opus esse putavimus per expeditionem a nobis oratoris regie maiestatis Hungarie, qui regressus a summo pontifice ad ipsum regem profectus est. Et quantum etiam habueramus de adventu Turci in Albaniam cum exercitu potentissimo, sicut in illis litteris nostris, quas replicatas ad cautellam mittimus his adiunctas, ut videbitis. Postea habuimus litteras vestras diei 29 maii proxime lapsi, ex quibus intelleximus, quantum idem rex nunciari vobis fecit de accessu Turci cum suo exercitu in Albaniam, ac instantiam per vos factam, ut maiestas sua se moveret ad damna comunis hostis et locorum suorum. Ad quam rem, sicut scribitis, sua serenitas non est processura. Et respondentes vobis cum nostro consilio rogatorum volumus, quod quamprimum adire curetis eius presentiam, dicendo sibi, quod significastis nobis responsum circa hoc habitum nomine sue serenitatis, quo profecto cum sit alienum ab omni expectatione nostra et a gravissimis et maximis periculis iminentibus nedum terris et locis nostris provincie Albanie sed etiam christianitati, cogimur admirari plurimum ac dolere. Nam licet fecerimus per adventum hostis istius in Albaniam omnes illas provisiones, quas potuimus tam galearum quam gentium missarum ad illas partes, quas ferro et igne hostis ipse destruere et expugnare conatur, cognoscimus tamen ista

nullo modo sufficere potentie tanti hostis, sed esse penitus necessarium, quod sua serenitas cum viribus suis magnanime procedat ad damna locorum hostis eiusdem, ut non sequantur tot clades et ruine, quot ex hac parte sequi manifeste videmus. Cum enim tota fere moles et potentia hostis contra nos conversa sit, longe habilius et facilius maiestas sua ad rem istam tantopere necessariam procedere potest, non habente ea aliam resistentiam et obstaculum. Nos quoque, etsi ex respectibus antedictis cum maxima imo incredibili difficultate id facere potuerimus, recuperavimus tamen ducatos x mille per prefatum oratorem suum exhibendos maiestati sue, ultra alios x millia summi pontificis. Quantum vero deceat honorem et gloriam serenitatis sue, ut magnanime agat, quantum prediximus, et quantum istud conferri possit saluti rerum christianarum et maiestatis sue, non dubitamus eam pro sapientia sua optime intelligere. Non dicemus etiam, quod debitum mutue affectionis et confederationis nostre ad id excitare debet consuetam virtutem sue serenitatis. Cum premissis autem et aliis omnibus efficacibus, utilibus et pertinentibus verbis, que vestre prudentie videbuntur, dabitis omnimodam operam, omnemque instantiam facietis, quod quanto celerius esse possit, rex ipse cum viribus, quas habere poterit, se conferat ad damna comunis hostis, cum quo volumus, quod accedatis pro meliori celeriorique executione istius intentionis nostre. Et de quanto continue sequetur reddetis nos vestris litteris certiores.

Si forte prefatus rex peteret pecunias, sine quibus diceret se conferre non posse, volumusque rursum iustificetis rem istam cum intolerabilibus expensis, quas patimur.

Ceterum volumus, quod per illos cautos, destros et prudentes modos, qui vobis videbuntur, secretam operam dare debeatis intelligendi, si prefatus rex hoc tempore preterito aliquam practicam tenuit cum Turco, seu etiam impresentiarum tenet, que vobis ignota fuerit sive sit. Et de quanto habere poteritis, nos advisabitis, et etiam de conditione, de etate, et de habitu persone sive personarum, que per elapsum misse fuissent ad prefatum Turcum. De parte 104, de non 4, non sinceri 2.

Secreta cons. rog. vol. XXII. c. 168., u mlet. arkivu.

CCCLXXVIII. God. 1466. 19. lipnja, u Mletcih.

Nalaže se knezu hvarskomu, da razpolaže s občinskim novcem suglasno sa gradskim viećem, i ne dira u povlastice onoga grada.

Exemplum ex libro magnifici domini Augustini Renerio olim honorandi comitis Pharae ad cartas 541. Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Augustino Renerio de suo mandato comiti Lesine et successoribus suis fidelibus et dilectis salutem et dilectionis affectum. Fuerunt ad nostram presentiam oratores nobilium illius fidelissime civitatis nostre Lesine se gravantes, quod per vos eis non observantur privilegia sua per nos eis hactenus concessa. Recepimusque litteras vestras circa occursa ex inde multa narantes, que omnia desplicuerant, cum intentio nostra fuerit et est, quod subditi et fideles nostri in eorum imunitatibus et prerogativis iuxta concessiones nostras

conservantur pacifice quoque et quiete vivant. Ea propter ex offitio advocatorum nostrorum, quibus predicta omnia per nos commissa fuerunt audienda et exequenda, fidelitati vestre mandamus. *Ommissis aliis.*

Caeterum in administrandis seu dispensandis pecuniis suprascriptis volumus. quod per consilium, ex inde congregatum de licentia vestra, ut moris est, ordinatur et disponatur, tam in conservandis et reparandis muris illius civitatis quam in aliis expensis eis necessariis, sicut hactenus per vos ipsis fidelibus indultum est, quoniam intendimus, et sic omnino volumus, quod privilegia per nos ipsis concessa cum auctoritate consiliorum nostrorum integre sibi per vos rectores nostros observentur et inviolabiliter adimpleantur. Vos autem litteras nostras ad futurorum memoriam registrari faciatis, et registratas presentantibus restitui. Datae in nostro ducali palatio die 19 mensis iunii, indictione 15, 1466.

Ex apographo in c. r. archivio Jaderae.

CCCLXXIX. God. 1466. 25. lipnja, u Mletcih.

O ponudah kralja Ferdinanda, da će i on ustati proti Turčinu.

MCCCCLXVI. die XXV iunii. Quod oratori serenissimi regis Ferdinandi ad ea, que proposuit de intentione et optimo desiderio regie maiestatis faciendi contra Turcum, et de eius oblationibus respondeatur: non posse nos maiestatem predictam pro meritis religiosissimi animi sui laudare, qui, ut optimum catholicumque regem decet cogitationes suas ad rem christianam direxit tanta presertim cura et animi magnitudine. Laudamusque preterea omnes favores, quos et gentium et victualium et aliarum quarumcumque rerum et contulit et collaturum se fore affirmat magnifico Scandarbego, et alia quecumque excogitaverit et fecerit contra communem omnium christianorum hostem.

Intelleximus quoque, quam regie quamque magnifice maiestas ipsa beatitudinem summi pontificis circa generalem expeditionem ineundam scripserit, quamque magnanime et efficaciter animum eiusdem beatitudinis excitare et inflamare nitatur ad oppressionem spurcissimi huius et fedissimi omnium hostis, pro quibus litteris immortales certe maiestas ipsa laudes ab omnibus consequi digna est.

Et quoniam reverenda paternitas eiusdem oratoris dixit de liga per regiam maiestatem et nos habenda ad hanc impresiam, dicimus, quod concurrentibus christianis principibus et unoquoque pro viribus agente contra hunc communem hostem, nulla alia est necessaria liga. Nam enim et condicione impresie omnes, qui adversus hunc communem inimicum insurgunt, et illum offendunt, uniti et colligati reputandi sunt.

Si vero idem orator de liga Italie aliquid replicaret, dicatur ei, quod sicut eidem maiestati et etiam summo pontifici alias dici fecisse meminimus, inter Italie principes nullum est dissidium, sed potius benivolentia et amicicia, quam autore deo duraturam perseveraturamque speramus. Et ideo aliam intelligentiam certe non existimamus. Et si pur idem orator aliquid replicaret, stetur in hoc proposito. De parte 46, 91, de non 3, non sinceri 6, 4.

Die suprascripto. Quod oratori serenissimi domini regis Ferdinandi circa dispositionem optimam serenissimi regis sui, nec non oblationem et opinionem suam, ac de federe italico confirmando et novo ineundo contra Turcum etc. respondeatur: quod non possumus non commendare sepius et laudare religiosum animum et dispositionem serenissimi regis sui, qui pro officio magnanimi principis et religiosi regis maxime cure habeat salutem christiane religionis, et non solum vires et totum statum, sed etiam personam ipsam offerat ad hanc sanctam expeditionem, ac etiam oratororibus et magnanimis litteris sanctitatem summi pontificis non desistat hortari ad suscipiendum hoc necessariissimum munus. Probamus etiam et commendamus prudentiam serenitatis sue, qui ut prudentissimus bellator sentit et suadet hoc bellum procul a domo et in locis hostilibus potius quam in Italia continendum esse. Ad oblationes autem maiestatis sue laudamus maxime celsitudinem suam de quanto fecit et factura est. Ad negocium lige Italie, sicut per oratores nostros summo pontifici dici fecimus, sic reverende paternitati sue respondemus, quod inter potentatus Italie et nos non esse dissidentia, immo amiciciam et benivolentiam quam continue duraturam et perseveraturam esse tenemus. Et ideo non videmur opus esse renovationem alterius lige. Ad fedus autem ineundum contra Turcum dicimus, quod nos sumus in unione cum omnibus, qui faciunt contra Turcum. Nam etsi habemus et in Albania et in Amorea validas copias et classem nostram numerosam, tamen non desistemus terra et mari facere pro viribus, et ita videre potest sua reverenda paternitas, quia quotidie armare triremes non desistimus. De parte 41.

Die suprascripto. Respondeatur, quod non possumus satis digne laudare maiestatem serenissimi regis sui, quod tam copiosis et magnanimis verbis ostendat se paratum et promptum ad hoc bellum gerendum contra comunem hostem christianorum. Verum quia iam tribus annis continuis terra et mari magnis nostris sumptibus gessimus hoc bellum, satis aperte intelligimus, quo pacto et superari et opprimi possit hostis hic communis, nec minus etiam quibus subsidiis opus sit. Fatemur equidem operepreciam esse quemadmodum sapientissime maiestas regia memorat, ut hoc bellum geratur procul a nostris civitatibus quanto magis fieri potest. Et si possibile esset, ut prope muros Constantinopolis aut Adrianopolis gereretur, melius esset. Et quia cum potentissimo hoste christianis res est, non octomilibus armatorum ei obstandum est, sed longe maximo numero et illis militibus, qui assueti sunt cum hoc hoste certare, et non ignotas inter se belli artes exercent, inter quos maxime nominare scimus Hungaros, qui plerumque de hoc hoste victoriam reportarunt, et timentur a Turcis. Sed hungarica natio non satis per se est sine alio externo subsidio exire fines suos, et ulterius progredi ad damna locorum hostis. Ad hoc igitur insistendum esset, ut ingens pecunia huic serenissimo regi Hungarie daretur. Quemadmodum iam duobus annis citra sumus pontifex et nos antea fecimus, et usque ad hunc diem non desistimus nullo federe inito cum aliquo principe christiano. Nec est necesse, ut fedus aliquod particulare fiat. Sed tantum insistat maiestas sua, ut grandis pecunie summa mittatur serenissimo domino regi Hungarie per nuncium certum, qui curet, ut conducantur milites, et conflato ingenti exercitu, adoriantur

loca subdita hosti. Et hanc solam viam potissimum existimamus necessariam ad bellum gerendum et opprimendum hostem, et fiet sine alio federe aut intelligentia.

Et si dictus orator dicet aliquid de federe italico confirmando, dicatur, quod inter potentatus Italie et nos non est diffidentia imo amicicia et benivolentia, quam continue duraturam et perseveraturam esse tenemus. Et pro inde non videmur opus esse renovationem alterius lige. De parte 4.

Secreta consilii rogatorum vol. XXII. c. 171., u mlet. arkivu.

CCCLXXX. God. 1466. 2. srpnja, u Budimu.

Matija kralj ugarski daje pravo dubrovačkomu knezu, da nosi mač na javu.

Mathias rex Hungarie etc. scribit rectori et consilio civitatis Ragusii, quod pro compensatione fidelitatis ipsorum erga coronam ungaricam, et pro meritis aquisitis in defensione sua contra Turcas, et quia necesse est „quod in rebus dicte civitatis nostre ragusiensis magna prudencia et sollicitudine signanter in administranda iusticia curam geritis“ ipsis concedit „ut tu modernus rector dicte civitatis nostre ragusiensis militari pro tempore rectoratus tui honore fungaris, ensemque militarem in eadem civitate vestra ubicumque incesseris per te ferre valeas, futurique rectores eiusdem civitatis nostre ragusiensis modo simili militari pro tempore rectoratus sui honore fungantur, et in dicta civitate nostra in signum virtutis et excellentie eorundem ensem per se ferre valeant atque possint“ etc.

Datum Bude in festo visitacionis beate Marie virginis anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, regni nostri anno nono, coronationis vero tercio.

Orig. pergam. in secreto archivio Viennae. Izvana stoji napisano, da ga je donio u Dubrovnik dubrovački poslanik Ivan Palmotić na svom povratku iz Budima 6. rujna 1466.

CCCLXXXI. God. 1466. 7. srpnja, u Mletcih.

Odgovara se na molbe podnesene od poslanika Skendrbega.

MCCCCLXVI. die VII iulii. Quod spectabili oratori magnifici domini Scandarbegi, qui nuper ad nos se contulit, retulitque et in scriptis exhibuit, quantum huic consilio notum est, respondeatur:

Quod vidimus libenter ipsum spectabilem oratorem respectu magnifici domini sui, quem sincere diligimus omnisque honoris et commodi sui sumus erimusque semper percupidi. Et si quid aut ingratum aut adversum magnificencie sue contingat, certam eam esse volumus, id multum nobis esse molestum. Quod vero locus suus Croye per dei gratiam perque virtutem ipsius domini conservatus sit, gratissimum nobis extitit intelligere. Et similiter, quod pedites nostri in tempore terram illam ingressi fuerint, quoniam sicut diximus omni favore nostro magnificenciam suam prosequi intendimus, pro quanto semper possibile nobis fuerit. Et circa pecunias, quas petit, vellemus profecto ipsi magnifico domino in totum

iuxta desiderium suum satisfacere posse, sed certificamus eum, maximas et intolerabiles esse expensas nobis occurrentes tam mari quam terra, et non solum in Albania et Dalmacia, sed in Amorea, Nigroponto et in illis partibus orientis. Et quoniam magnificencia sua gravari videtur de favoribus non missis ad eum gentium nostrarum, respondemus, quod in observantiam promissionum nostrarum misimus sibi ultra pedites nostros dominum Cimarostum conductorem nostrum cum comitiva sua notabili et bene in puncto, ut simul cum aliis gentibus nostris illarum partium esset ad obedientiam et servicia ipsius domini Scandarbegi et ad omnia concernentia honorem et comoda magnificencie sue. Verum mors sua res illas gerendas turbavit; et etiam, ut domestice loquamur, habuimus plurimas querellas ab ipso domino Cimarosto, quod comitiva sua ab subditis illius domini preter tamen, ut certi sumus, eius intentionem male tractata fuerit, que res fuit etiam potissima causa, quod alie gentes italice apud nos renitentes fuerunt proficisci in Albaniam. Sed ut redeamus ad factum pecuniarum, dicimus, quod quamquam sicut prefertur gravatissimi sumus multis modis expensis importabilibus, tamen in complacentiam illius domini conabimur de presenti sibi dari facere hic ducatos II mille, et alios mille ducatos sibi dari mandabimus per provisorem nostrum Albanie. Quamobrem hortamur et rogamus magnificenciam suam, quod excitare velit solitam virtutem et magnanimitatem suam, et cunctis eius viribus attendere ad recuperationem rerum suarum et ad damna perfidi comunis hostis.

Circa partem treuguarum factarum per tres menses cum Iuvano Cernovich dicimus, quod nobis displicuit intelligere, quod rectores illi nostri preter scitum et mentem nostram ad treugas ipsas devenerunt. Et si provisor noster Albanie eas facere recusavit absque nostra licencia, in hoc laudandus est, quoniam consideravit Iuanum ipsum non petere treugas nisi pro commodo et beneficio rerum suarum. De quo quidem Iuvano habemus meritam causam quam maxime dolendi. Nam cum liberavimus eum a carceribus et a morte, inique et contra omne ius voluit esse hostis noster, et impudenter res et loca nostra arripere; sed tamen in solam contemplationem magnifici domini Scandarbegi dicimus, quod disponente eo restituere loca et possessiones ablatas, et sincero animo devenire ad gremium nostrum, contenti sumus, quod mittat oratorem suum ad nos cum pleno mandato, quoniam sicut diximus in conplacentiam prefati domini acceptabimus eum ad gratiam, et de rebus sibi gratis et commodis facere curabimus.

De filiis quondam Petri Spani dicimus, quod intuitu eiusdem domini contenti sumus eos suscipere commendatos, et semper habere carissimos, et in omnia sua commoda semper reperiemur optime dispositi. De parte 141, de non 19, non sinceri 7.

Secreta cons. rogat. vol. XXII. c. 173., u mlet. arkivu.

CCCLXXXII. God. 1466. 16. kolovoza, u Mletcih.

Buduć Turci posjeli Valonu, Mletčani bodre Skendrbega, da odanle protjera Turke, a grad sruši.

MCCCCLXVI. die XVI augusti. Omnes, qui scribunt ex Albania, existimant rem periculosam et nocivam statui nostro Albanie instaurationem quam fecit Turcus illius civitatis nominate Valone, tum propter vicinita-

tem suam locis nostris, tum propter copiam materie ad fabricandum fustas et alia navigia, et comoditatem per illud flumen descendendi et illabendi ad mare. Et proinde cum necessarium sit omnino providere, vadit pars, quod scribatur in opportuna forma magnifico domino Scandarbego, quod velit habere bonam considerationem pro eo, quod ista pestis, que potest dici esse in visceribus suis et nostris, quotidie damnosior et periculosior erit. Item scribatur provisoribus nostris Scutari et Albanie, quod de hac re conferre debeant cum prefato Scandarbego, et intelligere cogitationes suas, ac commemorare sibi, quod si stat sibi animus et per situm loci et numerum hostium cum securitate fieri possit, ut congregatis omnibus gentibus nostris indigenis ac etiam italicis pedestribus et equestribus, insimul cum omnibus suis copiis, que omnes procul dubio facient bonum numerum et multo maiorem quam sunt hostium, adoriri possit dictus locus, et eiectis Turcis illum dirui, multum nobis placebit et gratissimum habebimus.

Et ex nunc captnm sit, quod illa tria milia ducatorum, que mittenda sunt in Albaniam, illico mitti debeant per propriam barcam ad manus provisoris nostri Albanie, ut si dominus Scandarbegus voluerit suscipere hanc expeditionem, illos dispensare debeat inter copias nostras italicas et aliter, sicuti melius sibi videbitur. Et precipi debeat omnibus gentibus nostris predictis, ut sint ad obedientiam prefati domini Scandarbegi et provisoris nostri Albanie, qui ire debeant in societatem cum prefato Scandarbego, remanentibus tota vice in bona custodia locis nostris Albanie et presertim civitate nostra Scutari. De parte 94, de non 2, non sinceri 6.

Secreta cons. rogat. vol. XXII. c. 180., u mlet. arkivu.

CCCLXXXIII. God. 1466. 25. kolovoza, u Mletcih.

Upućuje se knez spljetski kako da pruži pomoć banici kliškoj.

1466. 25 augusti. Nuncio banissae Clissii respondeatur: sicut responsum fuit marito suo bano Paulo, ita ipsi quoque, quod sumus contenti, sicut petit, eam cum filio accipere sub nostra protectione et defensione contra Turcum et alios, excepta Ungaria. „Verum licet ex his, que habemus de adventu regis Hungarie versus Sagabriam, difficilimum nobis sit credere posse, quod rex ipse contra dictam dominam quicquam inovare velit; non tamen ob affectionem, quam sibi gerimus, videtur nobis, quod desistere debeat a provisionibus et a bona conservatione sui status. Et nos etiam de munitionibus et aliis, que honeste sibi conferre possumus, sibi complacere contenti sumus.“ Possit extrahi e Venetiis sine datio, quod petit. Comiti Spalati scribatur, quod dicat ei viva voce „quod per omnes modos attendere debeat ad conservationem Clissie et locorum suorum, quam semper non minus caram habituri sumus, quam propriorum locorum nostrorum. + 38.

Vitalis Lando vult, ut respondeatur, quod sicut quon. banum Paulum, ita etiam amamus ipsam banissam et filium, unde optamus, quod suas terras conservet; circa vero defensionem suam scribimus comiti Spalati, cum quo loqui potest.

Scribatur comiti Spalati, quod fuit hic nuntius banisse, cui generaliter responsum fuit, comiti vero mandamus „ut ad omnem illius requisitionem

de municionibus ipsis sive parte earum, prout necessarium iudicaveritis, eidem subvenire debeatis, et in omni alia re, in qua ei subvenire et favere possitis, ut se valeat conservare; quanto cautius quantoque secretius possibile sit, id facere debeatis, ostendendo hoc ex vobis facere et per solam intelligentiam boni animi nostri erga eandem magnificam dominam, non autem, quod novum a nobis de hoc mandatum habeatis. + 68.

Secreta consilii rogat. lib. XXII., u mlet. arkivu.

CCCLXXXIV. God. 1466. 29. kolovoza, u Mletcih.

Nalaže se knezu spljetskomu, da ni on ni drugi knezovi nedozvole prolaza vojske ili živeža po mletačkoj zemlji.

Comiti Spalati. Reddite sunt nobis nuper bine littere vestre dierum noni et XI. huius, quibus nobis significastis optentionem illorum duorum castellorum magnifici comitis Vladislai, que oratores serenissimi Ferdinandi regis habuerunt, et reliqua per eos acta; a quibus dicitis requisitum fuisse de transitu cum victualium tum gentium; eiusmodique victualium transitum permisisse, de transitu vero gentium respectum sumpsisse, nostramque expectare responsionem. Quamobrem vobis cum nostro rogatorum consilio respondemus solitam diligentiam vestram de novorum significatione commendantes, placuisse nobis responsionem, quam ad transitum gentium illis de sumendo respectu fecistis. Super quo si quid aliud vobis diceretur, dicetis, nullam a nostro dominio responsionem habuisse, ostendentes hoc a vobis dicere, et solita prudentia vestra vos excusabitis id facere non posse. Vobis declarantes nostre intentionis penitus esse, et ita vobis mandamus, ut nullum transitum aliquibus gentibus tam magni quam parvi numeri assentiri aut permittere debeatis. Ad partem vero transitus victualium nobis placuisset, quod itidem respondissetis. At quum iam concessus est, aliud nobis dicere non videtur. Verum pro futuro vos comonefacimus et mandamus, quod eiusmodi victualibus de cetero transitum assentiri nullo pacto debeatis. Preterea quia in ipsis vestris litteris tangitis, gentes ipsas et victualia per alia loca nostra transire posse, vobis mandamus, ut de huiusmodi deliberatione nostra rectoribus suprascriptorum locorum noticiam dare debeatis, eisque scribere, ut illam observare debeant, seque excusare his modis, quibus vobis scribimus, hoc est quod ostendant, responsiones et excusationem eorum a se ipsis procedere: hoc apud se secretissimum habentes.

Ser Andreas Vendraminus consiliarius vult, quod pro pondere huius materie in unum aliud consilium rejiciantur, ut per bene consultetur. + 47 — 1 — 2.

Secreta cons. rog. lib. XXII., u mlet. arkivu.

CCCLXXXV. God. 1466. 17. rujna, u Budimu.

Matija ugarski kralj nalaže korbavskomu knezu Ivanu, da njeko imanje povrati, koje bjaše oteo.

Pro Georgio Floris. Mathias dei gratia rex Ungarie, Dalmatie et Crovatie etc. fideli nostro spectabili et magnifico Joanni comiti Corbavie salutem et gratiam. Exponimur vobis in persona fidelis nostri Georgii

de Flore querulasse, comodo vos hiis novissime preteritis temporibus quamdam possessionem ipsius exponentis, Jagodne vocatam, in comitatu de Licca existentem et habentem, minus iuste et indebite occupassetis et occupatam teneretis et non semper iudicium ipsum exponeretis et damnum valde magnum; et quia nos sicut et neminem regnicolarum nostrorum sic nec prefatum exponentem suis iustis iuribus per quempiam subditorum nostrorum destitui volumus. Mandamus igitur fidelitati vestre firmiter, quatenus statim receptis presentibus, prefatam possessionem ipsius exponentis Jagodna vocatam in dicto comitatu habentem per te ut dicitur modo premisso occupatam, eidem remittere, tuasque et tuorum manus de eadem penitus et per omnia excipere debeatis. Alioquim commisimus et presentibus plenam damus facultatem fideli nostro magnifico Joanni Thuc de Laak Bosne et regnorum nostrorum Dalmacie, Croacie et Sclavonie banno, ut ipse vos ad premissa faciundum omnino compellat et astringat auctoritate nostra presentibus sibi in hac parte attributa mediante. Secus igitur non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restituatur. Datum Bude quarta feria proxima post festum exaltationis sancte Crucis, anno domini 1466 regni nostri anno nono, coronationis vero tercio.

Registrate suprascripte littere regie ad requisitionem suprascripti Georgii Floris die primo decembris 1466.

„Ducali e terminazioni“ II. c. 66., u zadar. arkivu.

CCCLXXXVI. God. 1466. 18. rujna, u Mletcih.

Odgovor ugarskomu poslaniku glede Kliša.

1466. 18 septembris. — Quod optime intelleximus ea, que paternitas sua pridie nobis nomine regie maiestatis exposuit circa opidum Clisii. Et quum inter cetera dixerat ostensuram se nobis certas literas ad propositum pertinentes, expectantes huiusmodi videre literas, distulimus paternitati sue respondere. Nunc vero dicimus, quod sicut experientia docuit, rebus sue maiestatis respectum et consyderationem semper habuimus non secus ac propriis rebus nostris. Hinc factum est, quod appropinquantibus Turcis comitatui Cetine et opido Clisii, bano quondam Paulo Sperantibus nostra presidia pro illius defensione optulimus, subventionemque prestitimus. Post illius casum banissam uxorem eius et ob illius modestiam et bonam nobiscum vicinanciam omni favore prosecuti sumus, ne aliquo modo aut vi aut insidiis hostium predicte regie maiestatis et nostris opprimi posset. Nuperime de rege Ferdinando et de illius quibusdam nuntiis et practicis in aliquibus locis territorii quondam ducis Stefani et illic vicinis non nulla sencientes, que, quorsum tenderent, non satis perspicue intelligere videbamur, iussimus regiminibus nostris, ut vigiles starent et attenti, ne quid sinistri aut de Clissa aut alio loco occurrere posset, et ubi opus videretur, providerent et subvenirent. Dominam vero banissam et ob eius probas condiciones et bonam cum nostris vicinanciam diligimus, statusque illius conservationem, quantum honestas patitur, desyderamus. Et pro officio huius nostre affectionis regiam celsitudinem studiose rogamus, ut nostri contemplatione contenta esse velit, ut opidum ipsum in illius manibus remaneat, quum devotissimam illam et obedien-

tissimam regie sublimitati esse futuramque non dubitamus, et cum nostris in bona perseveraturam vicinancia. De parte 56, 61, 59; de non 5; non sinceri 11, 12, 16.

Secreta consilii rogatorum lib. XXII., u mlet. arkivu.

CCCLXXXVII. God. 1466. 18. rujna, u Mletcih.

Opazuje se ugarskomu poslaniku, da netreba, da se kralj s vojskom približuje Klisu, pošto je republika uviek spremna, da ga obrani.

MCCCCLXVI. die XVIII septembris. Quod oratori serenissimi regis Hungarie respondeatur; quod quamprimum intelleximus adventum regiarum copiarum versus Clissiam, visum est nobis non solum ob rem non magni momenti impeditum iri longe maiora et magnificentiora negocia, que contra communem hostem cum gloria regie celsitudinis et suarum nostrarumque rerum commodo singulari fieri potuissent, sed multis etiam preberi causam existimandi inter regiam sublimitatem et nos non esse illam veram intelligentiam et animorum coniunctionem, que re vera est, et ante hac ab omnibus credita et existimata, tantam reputationem et favorem rebus sue regie maiestatis et nostris attulit; attento presertim, quod castrum illud, ut aliis parum utilitatis, ita rebus nostris ob situm et propinquitatem cum locis nostris nobis incomodi plurimum posset afferre, ob quem respectum ut omnibus perspicuum est, saluti castri illius singularem curam semper gessimus. Quibus omnibus consideratis regiam celsitudinem etiam atque etiam rogare sciremus, ut ab impresia ipsa supersedere placeret.

Quantum ad regem Ferdinandum pertinet, dicimus, nos quoque superioribus diebus intellexisse, regem ipsum nonnullas habere practicas in locis circumvicinis territorii quondam ducis Stefani, et ad castellum Clisii aspirare; propterea moti et solita nostra cura conservationis illius ob causas et respectus antedictos, scripsimus comiti nostro Spaleti, ut domine banisse de munitionibus et omni alia necessaria re pro sui defensione subveniret, curamque tutelle illius habere et non secus ac civitatis nostre Spaleti. Unde non credimus de rege illo sive eius practicis esse dubitandum. Hoc reverende paternitati prefati oratoris dixisse volumus, ut omnia intelligat, que in materia predicta ad hunc usque diem occurrerunt. De parte 60, 58, 59.

Secreta cons. rogat. vol. XXIII. c. 2., u mlet. arkivu.

CCCLXXXVIII. God. 1466. 22. rujna, u Mletcih.

Daje se naputak knezu spljetskomu, kako da se vlada s Ugri, koji su obsjedali Klis.

MCCCCLXVI. die XXII septembris. Ser Jacobo Marcello comiti Spaleti. Habuimus litteras vestras diei XIIII instantis, quibus adventum gentium regis Hungarie ad illas partes, et ea que egerunt agereque contra castellum Clisii nituntur, et quantum vos fecistis plane intelleximus, et prudentiam vestram commendamus, nec aliud dicere circa ea, que banisse contulistis necesse est. Verum volumus et vobis cum nostro consilio

rogatorum mandamus, quod imposterum abstineatis ab omni subsidio et favore illi prestando. De responsione facta per vos et honesta excusatione illis capitaneis gentium hungaricarum ad eorum requisitionem pulverum et sagitamentorum per alias vestras diei xvi remansimus informati. Et plurimum nobis placuit, sicque volumus, ut perseveretis et continuetis excusando vos, ut iam fecistis. De victualibus vero pro eorum pecuniis, quoniam denegare illas neque honestum neque bene tutum apparet, illis consentiatis, ut habeant ita modeste et temperate, ut civitas ista nostra non affametur, et gentes ipse causam non habeant offendendi subditos nostros. Et in omnibus dissimulanter vos geratis, ita ut in omnem eventum quodcunque inconveniens declinare possitis.

Galeam, supracomito ser Joanne Marcello, mittimus versus illas partes, ut et Spaletum et Tragurium visitet, stetque in partibus ipsis pro hortamine et tutella rerum nostrarum, donec gentes ipse illic erunt. De parte 33.

Quoniam materia hec importantissima est, et scribere huiusmodi litteras est revocare omnes ordines datos per hoc consilium viro nobili ser Jacobo Marcello comiti Spaleti, qui optime in omnibus se gessit, et nulla cum dominio circa hoc facta est consultatio, sicut decebat et rei pondus exigit, vadit pars, quod in materia ipsa differatur, donec diligenter una cum dominio consultata iterum deliberatius veniatur ad hoc consilium. De parte 112, de non 3, non sincere 1.

Die suprascripto. Vadit pars, quod viro nobili ser Joanni Marcello supracomito nostro committatur, ut visis presentibus per quantum gratiam nostram existimat ad partes suprascriptas se conferat, stetque ad custodiam illarum civitatum nostrarum, donec aliud sibi dederimus in mandatis. Et si forte nobilis vir Michael Contareno, electus supracomitus loco predicti ser Joannis, illum ante aliud mandatum nostrum reperiret, consignet illi galeam ipsam, et ipse ad libitum repatriet. Et ex nunc captum sit, quod ad galeam ipsam mitti debeant per provisores bladorum miliaria viginti biscocti. Mittatur de presenti insuper unus scriba armamenti cum ducatis ii. centum et cum scontro libri galee, ut unicuique homini de remo det unum ducatum, et de his, qui superfuerint, conducat loco hominum, qui deessent, alios pro aterzando galeam ipsam; et expedita, redeat, conducatque secum protostratoram Amoree, qui super galea ipsa est, et omnes suos, illisque faciat bonam societatem. De parte 151, de non 1, non sinceri 3.

Secreta cons. rogat. vol. XXII. c. 3., u mlet. arkivu.

CCCLXXXIX. God. 1466. 25. rujna, u Mletcih.

Predlog, da se odgovori poslaniku kralja ugarskoga, da se republika neće nikako pačati u stvari Kliša, neprima se.

mccccLxvi. die xxv septembris. Est hic orator serenissimi domini regis Hungarie, qui solicitat omni die responsione nostram ad ea, que nomine regis exposuit circa materiam Clisii; videns tantam interpositam dilationem, licentiam petiit redeundi ad regem, a quo in mandatis habere dicit, hic non differendi sed citissime redeundi; et nullo modo est committendum, ut sine responsione recedat, vadit pars, quod eidem oratori dicatur,

nos optime intellexisse ea, que paternitas sua pridie nobis exposuit nomine regie maiestatis circa opidum Clisii; et quoniam intercetera dixerat ostensurum se certas litteras ad propositum pertinentes, expectantes litteras huiusmodi distulimus illo tunc paternitati sue respondere. Supervenientibus postea compluribus negociis et occupationibus, secuta est etiam ad hanc responsionem nostram aliqualis morula; nunc vero dicimus, quod sicut experientia docuit rebus regie celsitudinis respectum et considerationem semper habuimus non secus ac propriis rebus nostris. Hinc factum est, quod appropinquantibus Turcis comitatui Citine et opido Clisii bano quondam Paulo Sperancich, nostra presidia pro illius defensione optulimus subventionemque prestitimus. Post illius casum banissam uxorem eius ob illius bonam cum subditis nostris vicinitatem omni favore prosecuti sumus, ne aliquo modo aut vi aut insidiis hostium predicte regie maiestatis et nostris opprimi posset. Nuperime de rege Ferdinando et illius quibusdam nunciis et practicis in aliquibus locis territorii quondam ducis Stefani et illic vicinis nonnulla sencientes, iussimus regiminibus nostris, ut vigiles starent et attenti, ne quid sinistri aut de Clissa aut de alio loco occurrere posset, sed ubi opus videretur, providerent et subvenirent. Attentis autem his, que paternitas sua nomine regio nobis exposuit in materia predicta, dicimus, molestum nobis esse audire quicquam, quod regie sublimitati displicentiam ullam afferat. Et ex nunc maiestatem ipsam certificamus, quod de castro illo non impediemus nos, et sic scribemus rectoribus nostris. De parte 81, de non 55, non sinceri 17.

Quod comiti nostro Spaleti scribi non possit circa materiam Clisii sine hoc consilio, item verba illa postrema in parte superiori nunc capta, videlicet et sic scribemus rectoribus nostris, revocentur. De parte 86, de non 2, non sinceri 8.

Quod stetur super parte hodie capta. De parte 63.

Secreta cons. rogat. vol. XXIII. c. 4., u mlet. arkivu.

CCCLXXXX. God. 1466. 11. listopada, u Mletcih.

Nastoji se sklopiti mir sa Turci.

MCCCCLXVI. die XI octobris. Chel sia mandado David zudeo cum lettere nostre de questo tenor al nobel homo Antonio Michiel citadin nostro al presente in Constantinopoli.

Sapiando nui, vui al presente trovarve in Constantinopoli, cum el nostro conseio di pregadi ve havemo instituido vice bailo nostro in quela cita cum salario de ducati III cento a lanno, e tute altre condicion havevano i baili nostri de li, azo che in le cosse nostre occorrente possamo exercitarve. Unde essendo nui informadi, vui haver domestegeza cum magistro Jacomo medego del signor Turco, volemo, che vui sia cum ello inseme cum David zudeo portador presente dicendoli cum quel mior modo, che a vui do parera, come nui siamo ben disposti de vegnir ala pace insieme cum el serenissimo signor re de Hungaria cum el signor Turco; pero essendo etiam sua signoria de questa medexima dispositione et volunta, azo che tal cossa possa sortir effeto necessario, saria, che quella mandasse suo homo nel canal de Negroponte over a Eno cum sufficiente mandato circa la pratica et conclusione de tal pace da esser

tratada et conclusa, ut supra, perche la signoria nostra similiter manderia suo messo al dito luogo a praticar et concluder col homo suo la soprascritta pace. Et perche la praticha de tal pace potria forsi renderse difficile per le rechieste de intrambe le parte, volemo che vui dechiari al prefato magistro Jacomo, come nui, intervenendo tal difficulta de pace tra l homo suo e nostro, seremo contenti inseme cum el prefato serenissimo signor re de Hungaria vegnir a sufferentie e triegue cum el signor Turco a certo tempo, nel qual tempo la pace poi per ambassadori de l una e l altra parte maturamente potra esser tractada et conclusa. Et circa questo al messo nostro dassamo plenissima liberta et mandato, la qual liberta bisognaria che havesse etiam el messo del signor Turco. Le qual sufferentie et triegue, in caso che vedesti poter otegnir, vui per anni do over tre, damo ve demo total liberta de poder concluder questa cossa per nui e per el serenissimo signor re preditto et recomandadi de tute do le parte. Se veramente non, volemo, che havuta risposta de le soprascripte cosse per vui referide a magistro Jacomo predito, otegnudo dal signor Turco un salvo conduto in amplissima forma in persona del homo da esser mandado per nui, et de quelli serano cum lui, subito debiate licenciar el predito zudeo cum vostre lettere a nui directive. El qual zudeo debia redurse a Eno over a Negroponte, dove el trovara el messo et ordine nostro. De parte 1.

Secreta cons. rog. vol. XXIII. c. 8., u mlet. arkivu.

CCCLXXXXI. God. 1466. 21. listopada, u Mletcih.

Nastoji se, da se sklopi mir s Turci.

MCCCCLXVI. die XXI octobris. Quod in executionem deliberationis huius consilii mittendi ad portam Turchi pro materia pacis sive induciarum scribi et mandari debeat viro nobili Jacobo Venerio capitaneo nostro culphi, ut cum galea sibi commissa Stalimenum se conferat, et veniente ad eum David hebreo cum salvo conducto etc. Enum accedat, et inde ad portam Turchi cum illa commissione et mandatis, que per hoc consilium illi dabuntur; et de ha deliberatione deque commissionis forma detur distincta noticia capitaneo nostro generali maris. Verum si forte occurreret, quod ad mandatorum nostrorum receptionem predictus ser Jacobus aut per invalitudinem aut per aliquem fortuitum casum ire non posset, committatur capitaneo generali, ut mittat illum ex supracomitis nostris, qui sibi aptior et magis idoneus visus fuerit, et rem hanc teneat capitaneus ipse, et ille, qui mittendus fuerit, inter se duos secretissimam, neque cum aliquo alio communicent. De parte 85, de non 31, non sinceri 9.

Secreta cons. rog. vol. XXIII. c. 10., u mlet. arkivu.

CCCLXXXXII. God. 1466. 25. listopada, u Mletcih.

Posriedovanjem jednoga židova nastoji republika skloniti Turčina na mir.

MCCCCLXVI. die XXV octobris. Quod ser Jacobo Venerio capitaneo culfi scribatur in hac forma. Sono passati alchuni mezi, chel vene a nui uno David hebreo subdito nostro de Candia, el qual era stato in Constanti-

nopoli et de li a la porta del Turco, et per parte de Mahumut bassa ne disse, come el signor Turco era bene disposto de venire cum nui a bona pace. Et si ne porto uno salvoconducto fato per el bassa per qualunche di nostri, che per dita materia de pace nui vossamo mandar ala porta; ha parsso a nui per el tempo interposto, et per altre cazon dito salvoconduto non esser in sufficiente forma; et pero havemo rimandato per la via da Corfu et de li per terra ferma dicto David a la porta per haver un altro salvoconduto per nome del signor Turco in forma valida et sufficiente. Et al predicto hebreo havemo comandato, che, havuto dito salvoconducto, vegni ad Eno, et de li a Stalimene, si como per la introclusa copia dela sua commission vui vedereti.

Volemo aduncha et cum el nostro conselio de pregadi ve comandemo, che ricevute le presente, subito ve conferati a Stalimene, redugandovi in quel porto che sia piu apto ala conservation de la galia, dove o trovareti o aspetareti, se gionto anchor non fosse el predito hebreo. Et portandove lui el salvo conducto, remanendo dito hebreo cum vui, ve ne andariti ad Eno, dove gionto, subitamente et senza alguna indusia, remandareti la galia indriedo al predito porto de Stalimene, che piu seguro sia, o veramente a Negroponte cum ordene, che la ritorni pure a quel porto de Stalimene ad aspetarvi overamente vostro ordine. Spazata de li la galia, procurareti de montar ala porta.

Gionto ala porta, operarete de esser ala presentia del signor Turcho, al quale presentate le lettere nostre de credenza, le qual qui alligate nui ve mandemo, et el presente, che e una peza de pano doro zoe braza 30. Post convenientes salutationes et generalia verba, exponerete, che essendo nui per piu vie advisati cussi per el rezimento nostro de Negroponte per parole de Amarbey como per altre vie, el prefato signor esser di bona mente et disposition de vegnir cum la signoria nostra a bona pace. Et ultimamente havendone referito questo instesso David hebreo subdito et servidor nostro per nome del bassa, dal quale lui ne porto un salvoconduto, che ne certifico cussi esser come lui David ne disse, ritrovandosi nui de quella instessa mente et disposition, nui ve havemo mandado ala presentia de la signoria sua, azo che fra el serenissimo signor re de Hungaria et nui per una parte, et la excellentia del prefato signor per laltra se possi devenire a bona pace et acordo.

Veramente perche el tratato de la pace, como e de natura de simel cosse, poria esser difficile et longo, et molto tempo rechederia per la diversita de le cosse, che soglieno intervenire, et per lo longo cammino et altre molte cazone, pensando nui tutte queste cosse, ne e occorso, che bono saria per la signoria sua et per nui et per la commodita di subditi de luna e laltra parte in questo tempo mezo dare ali prediti subditi quiete et riposso et habilita de praticare insieme et fare como avanti la guerra se faceva, zoe che fra la signoria del prefato signor Turcho et el serenissimo re de Hungaria, et nui se devenisse a treugue et sufferentie per quel tempo, che paresse da esser specificato, la qual cossa oltra la quiete et commodita di subditi faria anche quest' altro fruto, che la disponeria et faria piu facile la materia et conclusion de la pace. Ala conclusion de la qual triegua ve offerirete apparechiato prumeterla et sigillarla per nome de la prefata maesta de Hungaria e per

nui cum tuti li subditi, recommendati, adherenti e sequaci de ciaschaduno de nui.

Sel prefato signor ve respondesse esser contento, et dimandasseve: che liberta vui haveti dal prefato re de Hungaria, direte, che nui prometeremo per nome de la maesta soa de rato zoe chel sara contento, perche cussi da lui havemo el consentimento, et cussi semo contenti, che vui prometa.

Del tempo, che dite sufferentie habiano ad durare, semo contenti se facino per duo anni specificati.

Et venendo ala conclusione de quelle, ve recordemo la condicion e natura de le sufferentie esser, che le offese se levino per ciaschaduna dele parte, remanendo zaschaduna de quelle nel esser, stato e grado, che se trovano, zoe che chi ha si tegna, et niuna novita se faci overamente attenti per alguno durante el tempo specificato. Ma oltra de questa consueta et universal condicione volemo, che expressamente se dechiari, azo che ognuno de nui e cussi li subditi vivano tranquillamente, che in questo tempo fra el prefato signor e nui siano atesi et observadi li capitoli dela pace nostra.

In la conclusion veramente habiati singularissima advertentia se specifichi el serenissimo signor re de Hungaria et nui per una parte principale et poi tuti li subditi, recommendati, complici et sequaci de tuti doi, et ciaschaduno de noi, el prefato signor Turcho per laltra parte principale cum suo subditi, recomendati, complici et sequaci. La copia de li adherenti et recomendati del prefato signor re et nostri, che in esse sufferentie sono da esser nominati, ve mandemo qui introclusa.

Se veramente el prefato signor ve respondesse, non voler venire a simile sufferentie cum el re de Hungaria ma si cum la signoria nostra, dixege, che nui semo colligadi et confederadi cum la maiesta de quello re, et senza de lui non possiamo venire ad alchuno acordo cum el prefato signor Turco, el qual semo certi non voglia da nui se non tanto, quanto fare possamo; et cum quelle et ogni altre conveniente parolle fate experientia de venire ala conclusion ut supra. Quando veramente fare per niuno modo non possate, ditiglie, como vui non haveti altro comandamento da nui, ma che vui ritornareti a Stalimene o a Negroponte et subitamente advisareti la signoria nostra, et aspetareti risposta et novo da nui comandamento, el qual havuto, ne dareti subito noticia ala signoria sua; et cussi tolta licentia, ritornarete a Stalimene o a Negroponte et subitamente cum ogni presteza ne dareti particular adviso de ogni successo.

Sel prefato signor Turcho ve rispondesse, non voler venire ad sufferentie ma si a pace, et ve ricercasse, se de pace da nui haveti ordine et comandamento, ditegli che si, ma non complidamente, perche pur ve mancha certa particularita pertinente alle cosse dela maesta del re de Hungaria, la qual nui aspetamo dala maesta soa et vui da nui; et pero ricordate esser meglio, che per questo non si resti de venire ale sufferentie, per la conclusion dele quale ne fareti ogni possibile experientia. Ma quando tutto fatto non possate optenere, inconclusion dite, che per dar aviso ala nostra signoria cum presteza et per havere presta risposta, ve redureti a Negroponte, et li aspetareti dita risposta et comandamento,

del quale havuto, subito dareti noticia ala signoria sua. Et cussi cum effetto fareti partendove de li cum tale intentione et cum ogni presteza del tuto advisatice.

In queste pratiche volemo, che cum la uxata vostra prudentia et discretion ve sforzate de intender, qual fusse la mente del prefato signor circa le condicion dela pace, se al tractato di quella, et nel tempo durante dele sufferentie, se le se farano, o senza de quelle; et de tuto datice particular et distincto adviso.

Perche nui havemo inteso, el prefato signor haver accressuti alcuni suo dreti, et nui di sopra ve dicemo, chel se observi como avanti la guerra se faxeva, ve ricordemo pero, non esser de nostra intention, che per simel cosseta come fusse accressimento de alchuno dreto o altra legiera cossa se resti dala conclusione; ma fazando el meglio, che vui posseti in tal cossa, che tute nui non ve podemo ricordar, non restate de venire a bona conclusione.

Visitareti etiandio zaschaduno di bassa, et per nostro nome gli dovereti el prexente ve mandemo, che e braza xvi de velludo cremexin in duo pelli per zaschaduno cum le uxate salutation et offerte, perche ale cosse havereti ad practicare habiano cagion de esservi favoreveli.

Procurate de condur cum vui duo interpreti, che siano fidantissimi al plui che vui posseti, luno Greco et laltro Turcho, azo che per ogni modo che sia parlato vui possiate intender per meglior execution de la cossa, et omnibus computatis zoe duo interpreti, el vostro nodaro conducete cum vui diexe boche, oltra el zudio, a spexe de la signoria nostra, et de denari ve provedera el capitaneo nostro general da mar.

El pano doro zoe braza xxx e ligato in una casseta, el velludo per i bassa in un altra, et e el velludo in duo cavezi uno de braza xvi. et laltro de braza 32, el qual vui poreti divider et scavazare. De parte 65, 62.

De la antiqua pace nostra cum i progenitori del prefato signor, et instaurata ultimamente cum el predito signor per el nobel homo Lorenzo Moro, et cercha li comerchii et altre uxanze et dreti del prefato signor in Constantinopoli et altrove sia observato como avanti questa prexente guerra se faceva. Et perche particularmente de ogni cossa vui siati advisato, et possiate per consequente meglio optenire nostra intentione, ve mandemo qui alligata la copia di soprascripti capitoli de lantiqua pace.

Se deli capitoli, che fece el condam ser Bartholomio Marcello, ve fosse fata mentione, volemo che vui respondeti, che mai per alchun tempo non se ritrovo, che fra i progenitori de quel signor ne fra la signoria sua et nui per caxon di capitoli antiqui nascesse algun scandalo, perche i sono iusti et honesti et honoreveli per la signoria sua et per nui, si che se puono meritamente chiamar capitoli felici e boni. Questi altri non sono cussi, anci per quelli sono seguiti molti inconvenienti et scandali, et presertim questa presente guerra. Et pero instareti apresso la sua excellentia, che desiderando quella cum nui et nui cum quella viver in longa quiete et tranquillita, li piaqui esser contenta, chel se stia per questo tempo dele sufferentie sopra quelli capitoli, che per effeto se ha veduto esser stati caxon de longa quiete et tranquillita fra i suo progenitori e nui. De parte 71, 85, de non 8, non sinceri 5, 6.

Secreta cons. rogat. vol. XXIII. c. 11., u mlet. arkivu.

CCCLXXXXIII. God. 1466. 11. studenoga, u Mletcih.

Republika upućuje kneza kotorskoga kako da sklopi mir sa Ivanom Crnoevićem.

MCCCCLXVI. die XI novembris. Facit pro statu nostro his maxime temporibus, quibus diversis in locis belli molestiis impliciti sumus, illis, quoad possit, nos levare; quamobrem vadit pars quod respondeatur comiti nostro Catari his verbis:

Accepimus his diebus litteras vestras XXII. octobris prope preteriti, quibus scribitis Juanum Cernovich cum per nuncium suum vobis significare fecisse, tum per litteras, quarum exemplum nobis misistis, postea declarasse cupere in devotionem et gratiam nostri dominii redire, ad quam venire contentus est, modo illum in protectionem accipiamus, ac capitaneum nostrum illarum partium constituamus illa provisione ac reliquis aliis condicionibus, quibus erat quondam magnificus Stefaniza pater suus. Respondentes itaque vobis cum nostro rogatorum consilio, solitamque prudentiam et diligentiam vestram laudantes, dicimus, quod quamquam Juano predicto multipliciter lacessiti simus adeo, ut illum nostri dominii gratia indignum censeamus, tamen sumus contenti illi parere et in nostri dominii gratiam assumere, ipso integre restituente villas omnes et quelibet alia loca nostra, que ante rebellionem suam tenebamus, ab eo usurpata et iniuste occupata. Quibus condicionibus si ipse Juanus, uti arbitramur, assentietur, sumus contenti in dei nomine cum eo concludatis modis et condicionibus, quibus magnificus quondam Stefaniza pater suus nobiscum erat pro solamine et quiete fidelium et subditorum nostrorum. Et pro ampliore informatione vestra vobis mittimus exemplum privilegii, quod idem pater suus a nostro dominio habebat. Verum vos commonefacimus, quod in tractanda et concludenda huiusmodi materia magnam semper rationem ad honorem et dignitatem nostri dominii habeatis, ne fortasse videamur necessitate quadam cum ipso Juano ad pacem devenisse, sed benignitate potius et mansuetudine nostri dominii illum ad nostram gratiam assumpsisse. Et quia pluris facimus materiam salinarum, quas quondam pater suus iure patrimonii tenebat, ut in privilegio continetur, que introitibus istius civitatis nostre vehementer uti scitis obsunt, essemus contenti nostroque dominio admodum placeret, quod salinas ipsas non haberet. Ideo vobis efficacissime committimus, ut omni vestra prudentia curare debeatis, quod salinas ipsas non habeat. Et si facta per vos omni experientia omnique instantia possibili de non dandis concedendisque salinis ipsis videretis, tandem huiusmodi intentionem optinere non posse, sumus contenti, quod condicionibus in ipso privilegio contentis concludere possitis, declarantes, quod in hereditate paterna quemadmodum cetera bona sua remaneant inter fratres, essemus contenti nobisque admodum placeret, quod vestra intercessione de bonis paternis fieret talis compositio taleque concordium, quod inter se quiete vivere haberent; in qua re omne studium et diligentiam vestram adhibeatis. De parte 140, de non 11, non sinceri 0.

Secreta cons. rogat. vol. XXIII. c. 15., u mlet. arkivu.

CCCLXXXXIV. God. 1466. 29. studenoga, u Mletcih.

Mletčani žele, da se Skendrbeg povrati u svoje zemlje.

MCCCCLXVI die XXVIIII novembris. Quod reverendissimo domino legato apostolico circa ea, que practicatoribus novissime dixit, sicut huic consilio relatum est, respondeatur: intellexise nos tum verba oratoris regie maiestatis Hungarie tum quantum ad materiam pertinet, dixit eius reverendissima dominatio et certissima res est, provinciam Albanie reductam esse in malis terminis. Quoniam, pulso ex ea domino Scandarbego, nihil superest ex omni dicione eius nisi oppidum Croie, conservatum a nostris peditibus et custoditum usque ad presens, custoditurque nostris impensis. Que omnia ab ipso domino coram distinctius cognovisse beatitudo sue paternitatis non dubitamus; propterea iudicaremus, rebus christianis plurimum posse prodesse, si idem dominus Scandarbegus, a beatitudine summi pontificis adiutus, in provinciam ipsam rediret pro recuperatione rerum, quas amisit, et ut inimico ablata esset commoditas et facultas reliquas cristianorum provincias per illam viam adeo commodissimam offendere et opprimere. Hoc idem speramus, beatitudo summi pontificis pro sua maxima sapientia intelligere, et provisiones et remedia ad hoc necessaria esse allaturam.

De rege Hungarie nemo est, qui conditiones maiestatis sue et regni illius intelligat, quam beatitudo summi pontificis et reverendissima dominatio eius reverendissimi domini legati. Unde non dubitamus, sanctitatem predictam opportune et pro necessitate deliberaturum esse.

De rebus Italie et magnifici capitanei nostri si reverendissima paternitas sua aliquid replicaret, dicatur, quod non possamus optimam mentem nostram manifestare et declarare quam fecimus; habemus apud magnificenciam capitanei predicti oratorem nostrum. Sed sicut reverendissime paternitati sue bene notum est, res et materie magne, ut ista est, non ita facile et cito conduci ad exitum possunt. De parte 96, de non 7, non sinceri 18.

Secreta cons. rog. vol. XXIII. c. 17., u mlet. arkivu.

CCCLXXXXV. God. 1466. 11. prosinca, u Mletcih.

Nalaže se knezu spljetskomu, neka kraljicu bosansku ondje stanujuću u manastiru sv. Stjepana odpravi u drugo mjesto, a dozidanje gradskih bedema dokonča.

MCCCCLXVI. die XI decembris. Comiti Spaleti. Accepimus superioribus diebus litteras vestras, quibus intercetera tetigistis, reginam olim Bossine monasterium sancti Stephani prope muros istius civitatis nostre inhabitare, compluresque Bosnenses nec non Hungaros visitationis gratia ad illam sepe accedere, que res nobis et suspiciosa et periculosa videtur. Quamobrem vobis cum nostro consilio rogatorum respondentes dicimus, nos statuisse, illam inde omnino amovere. Verum ut aliquo honesto modo hoc facere videamur, volumus, ut captato tempore, et quanto cicius facere poteritis, sua cum serenitate esse debeatis, illique dicere, nos ob novitates, que istis in partibus fuere, intellexisse, suam serenitatem non habere

illas commoditates et maxime victus, quas illam habere vellemus, et in aliis civitatibus et locis nostris haberet, ideo pro commoditate sua statuisse, quod aut Sibinicum aut in quamlibet aliam insularum seu locorum nostrorum maritimorum, qui sue serenitati magis placuerit, se recipiat. Et cum his et aliis verbis, que vestre prudentie videbuntur, curabitis, quod istinc omnino recedat, quia sic est penitus intentio nostra. Quam nostram intentionem omni vestra dexteritate et prudentia exequi studeatis, ne videamur aliqua suspitione sed potius sua commoditate illam ex eo loco amovere.

Preterea, quia omnino intendimus, quod civitas ista nostra scarpetur et fortificetur, quemadmodum ista fidelissima comunitas nostra nostro dominio per suos oratores superioribus annis offerre fecit, hoc est quod nihil aliud volebat nisi unum architectonem, qui eiusdem fortificationis modum tantum consuleret, cui satisfecimus, illumque misimus, qui etsi fortificande illius modum ostenderit et designaverit, tamen adhuc nihil factum est. Volumus ideo, vobisque efficacissime mandamus, ut dandum principium tam necessario operi illudque prosequendum omne vestrum studium, curam et diligentiam adhibere debeatis, adeo ut dicere possimus, vestra potissimum diligentia solertiaque huiusmodi mandatum nostrum executionem habuisse. De parte 107, de non 1, non sinceri 2.

Secreta cons. rogatorum vol. XXIII. c. 19., u mlet. arkivu.

CCCLXXXXVI. God. 1467. 5. siečnja, u Napulju.

Ferdinand sicilijanski kralj iznova potvrdjuje Dubrovčanom povlastice glede slobodna trgovanja i brodarenja.

Ferdinandus rex Sicilie etc. renovat Ragusiensibus privilegium „in hoc regno nostro Sicilie“ circa liberum commertium et navigationem in suis portibus et mari, iubens etiam, quod eorum bona propter aliquam causam „non possint neque valeant quomodolibet pignorari, arrestari, detineri, marchari, represaliari, capi, occupari, aut aliquam novitatem, molestiam etc. in personis et bonis pati“; et hoc ad nostrum beneplacitum et per annum unum post revocationem eiusdem, salvis tamen iuribus fundicorum et dohanarum et aliis iuribus nostre curie debitis et pertinentibus, ac etiam pecuniis et rebus prohibitis et ab extractione regni specialiter reservatis.

Datum in castello novo Neapolis per magnificum et discretum consiliarium nostrum Lucam Tozolum romanum . . . die quinto ianuarii, millesimo cccclxvii. Rex Ferdinandus m. p.

Originale pergamenum in secreto archivio Viennae.

CCCLXXXXVII. God. 1467. 11. siečnja, u Napulju.

Isti Ferdinand sicilijanski kralj dozvoljava Dubrovčanom izvažati zlato iz njegove zemlje u razmjerju njihove trgovine.

Ferdinandus rex Sicilie etc. notum facit omnibus magistratibus regni sui concessisse Raguseis „extrahere seu extrahi facere tantam monete auri quantitatem, cuiusvis stampe aut cunei fuerit, que ascendet summam,

pretium et valorem argenti promertalis sive in pane aut in alia quavis forma redacti.

Datum in Castello Novo civitatis nostre Neapolis . . . die undecimo mensis ianuarii, xx. indictionis, anno domini MCCCCLXVII. Rex Ferdinandus.

Originale pergamenum in secreto archivio Viennae.

CCCLXXXXVIII. God. 1467. 27. siečnja, u Mletcih.

Daje se Ivanu de Grissogonis njeka zemlja mjesto one, što mu oteo bjaše Toma knez korbavski.

1466. die XXVII ianuarii. Occupatur per comitem Thomasium Corbavie certa possessio valoris ducatorum circiter mille fidelissimi nostri iadrensis Johannis de Grissogonis causa unius possessionis sue olim vendite ducatis trecentis pro satisfactione iacture, quam fidelis noster Benedictus de Gallellis ob suam retentionem acceperat. Super qua re etsi ad ipsum comitem sepe scriptum est, ut eiusmodi possessionem restituere vellet, quoniam sua sibi daretur, tamen nihil facere voluit, cum possessio huius fidelis nostri sua satis maioris valoris sit. Et quia non est conveniens neque honestum, quod idem Johannes hoc detrimentum sine ulla sua culpa patiatur, vadit pars, quod mandetur regimini nostro Jadre, quod de pecuniis illius camere nostre restituere debeat emptori possessionis suprascripte tot pecunias, quot vendita fuit, et possessionem ipsam suprascripto fidelissimo nostro Johanni de Grisogonis loco sue per prefatum comitem Thomasium occupate dare et consignare, donec aliter per nostrum dominium sue indemnitati provisum fuerit. De parte 114, de non 4, non sinceri 8.

Senato Mar. lib. VIII. c. 104. t., u mletačkom arkivu.

CCCLXXXXIX. God. 1467. 24. veljače, u Napulju.

Sicilijanski kralj Ferdinand oslobodjuje Dubrovčane od novog nameta, potvrdjuje jim stare povlastice i nove jim podjeljuje.

Ferdinandus dei gratia rex Sicilie, Hierusalem et Hungarie. Universis etc. Est nostra consuetudo extraneos, qui veniunt in nostrum regnum negotiandi causa, bene accipere et etiam beneficare, et tanto magis communitatem ragusinam „devotissimam nobis multis respectibus merito afficere debemus.“ Et quum ista nobis supplicaverit per ambasciatores suos Liam de Bona et Nicolaum de Palamoto, quod concederemus suis mercatoribus quedam iura in nostro statu, ordinamus, quod etiam per unum annum post revocationem, si in posterum foret necesse ipsam facere, quod Ragusei pro omnibus mercationibus, que duxerint vel extraherint „a flumine Tronti usque ad civitatem nostram Regii inclusive ius nove gabelle granorum sex per unciam, itaque a dicto iure gabelle nove granorum sex per unciam immunes et exempti sint et esse debeant . . . ita quod non teneantur dicti Ragusei . . . pro quibuscumque et quotcumque mercibus eorum et mercantiis mittendis et extrahendis ut supra, solvere ius nove gabelle granorum sex per unciam, sed libere, franche, exempte et immunes ab eo inre ut supra mittantur et extrahantur dicte eorum merces et mercantie.“

(Confirmantur privilegia per antea concessa Raguseis, et nova addantur.) Raguseus, qui inciderit in aliquam penam contitutam a regiis officialibus, puniatur per consulem Raguseum; et in casu quo iste rem traheret per longum, tunc per inquisitores dicte pene. Nemo possit esse consul Raguseorum in nostro regno, nisi qui de voluntate et ordinatione ipsius magnifice communitatis consul creatus fuerit. Raguseus creditor Ragusei querat suum ius non aliter quam apud consulem Raguseum. Quecumque moratorie, dilationes seu supersesorie quibusvis personis per nos seu officiales nostros concesse et in futurum concedende nequeant interpretari in preiudicium Raguseorum, etiam si in ipsis nominati forent. Dum hec omnia ferimus ad notitiam nostri primogeniti Alfonsi de Aragonia, ducis Calabrie et nostri vicarii generalis in regno, iubemus omnibus officialibus nostris exequendi nostras deliberationes superius annotatas sub pena 1000 ducatorum auri.

Datas in Castello nostro Novo Neapolis . . . die xxiv mensis februarii, quintedecime indictionis, anno a nativitate domini nostri Jesu Christi millesimo quadrigentesimo sexagesimo septimo, regnorum nostrorum anno decimo. Rex Ferdinandus m. p.

Orig. pergam. et apographum pergam. aut. in secreto archivio Viennae. Ibi etiam Executoriale Inici de Davelos Montis Odorisii comitis, regii collateralis. Datum Neapolis apud dictam cameram summarie die VII. mensis martii, XV. indictionis, anno 1467.

CCCC. God. 1467. 3. ožujka, u Mletcih.

Daje se u najam Jurju Sisgoriću još za pet godina otok Zuri za 250 litara na godinu.

Cristoforus Mauro dux Venetiarum etc. Stefano Maripetro comiti Sebenici. Giorgius Sisgorich, civis Sibenicensis, sequens vestigia precessorum suorum, semper egregie se gessit in favorem nostre dominationis, et nuper propter naufragium nostre galee Sebenicensis, in qua erat supracomitus, ammisit omne suum bonum. „Ideo cum Georgius et fratres habuerint et adhuc tenent ad affictum pro quinque annis de proximo finituris pro libris ccl. in anno insulam nuncupatam Zuri in camara nostra Sibenicense; deliberamus, concedimus ac volumus, et vobis mandamus expresse, ut eodem Georgio et fratri scribere et permittere debeatis tenere et habere pro dicto affictu librarum ducentarum quinquaginta in anno pro aliis quinque annis immediate sequentis post complementum dictorum quinque annorum nunc finientium etc.

Data in nostro ducali palatio die iii martii, indictione xi. mcccclxvii.

Diplom. Siben. in bibliotheca palatina Viennae. Cod. supp. 541. p. 131.

CCCCI. God. 1467. 20. ožujka, u Mletcih.

Dozvoljava se Skendrbegu nješto novca u ime godišnje izplate.

1467. die xx martii. Rogare nos instanter fecit magnificus dominus Scandarbegus per reverendum patrem dominum archiepiscopum dyrachiensem oratorem suum, ut sibi dari facere velimus provisionem anni

preteriti, quam habere restat. Item provisionem anni presentis, ut in periculis presentibus rebus suis consulere possit.

Quamobrem vadit pars, quod de omni loco et officio dari debeant eidem domino ducati duomille ponendi ad computum eiusdem provisionis sue tam anni preteriti quam presentis, excusando nos quod angustia temporum presentium non permisit nos integre sue petitioni satisfacere. De parte 107, de non 36, non sinceri 21.

Senato Mar. vol. VIII. c. 111., u mlet. arkivu.

CCCCII. God. 1467. 3. travnja, u Mletcih.

Imenuje se novi providur za Albaniju.

1467. die tercio aprilis. Stetit diu extra in servitiis nostris vir nobilis Josaphat Barbaro provisor noster Albanie. Et conveniens est, ut ipse nobilis possit redire domum ad procurationem rerum et negotiorum suorum. Propterea vadit pars, quod eligi debeat de presenti per scruptinium in hoc consilio unus provisor noster Albanie loco prefati ser Josaphat cum salario, modis et conditionibus omnibus, quibus electus fuit predictus ser Josaphat. Recedere teneatur ad omne mandatum nostri dominii, et vadat cum illa commissione, que ei dabitur per hoc consilium. Qui cum in provinciam applicuerit, cesset libertas, auctoritas ac salarium predicti ser Josaphat. Committaturque illi, ut subito repatriare debeat.

Et respondat provisor eligendus infra terciam diem postquam electus fuerit. De parte 136, de non 2, non sinceri 0. Nota, quod altera pars seu electio nova esse debet de mense novembris 1478 ad aliud registrum secretum.

Senato Mar. vol. VIII. c. 120. t., u mlet. arkivu.

CCCCIII. God. 1467. 11. travnja, u Mletcih.

Piše se ugarskomu kralju, da Turčin neće mira i da se oboružava, te da treba pripraviti se na doček.

MCCCCLXVII. die II aprilis. Serenissimo regi Hungarie. Ad officium amicicie et unionis nostre spectare existimamus, que maxime maiestati vestre et nobis communia sunt invicem communicare. Postquam superiori tempore nunciavimus vestre serenitati, diversis mediis nos requisitos fuisse de habenda pace cum Turco, cognita super hoc mente regie maiestatis vestre tam circa pacem quam circa sufferentias non alienum a communi bono esse, putavimus per nuntium nostrum de re ista pro celsitudine vestra et pro nobis unite tentari facere Turcum ipsum, sed cum insolens hostis iste consuetarum artium fraudumque suarum non sit oblitus, tum etiam quod cum solis nobis et non unite concordiam voluisset, res ipsa nullum effectum sortita est. Subdidit quoque, quod si maiestas vestra cum eo pacem habere voluisset, oratorem suum per viam terre ad eius presentiam mittere potuisset, qui simul cum nostro convenisset, seu in futurum mittere posset. Quid autem nuper acceperimus est, quod omni studio potentem exercitum terrestrem classemque maritimam parat, ut christianum nomen subvertere conetur. Nos qui tot apparatus magnifa-

ciendos esse arbitramur, ex parte nostra operam omnimodam adhibemus instaurare classem nostram triremibus, navibus aliisque gentibus et presidiis terra marique, ut pro quanto vires patiantur nostre conatus perfidi hostis in exitium Christi fidelium contineri possint. Verum et si persuadeamus nobis, maiestatem vestram ante has de apparatibus istis certiorem factam opportune providisse, sicut catholicum principem decet, quo tamen maiori possumus studio oratam eam esse volumus, ut pro suis viribus et virtute adversus communem hostem magnanime procedere velit.

Instituimus brevi mittere oratorem nostrum ad presentiam maiestatis vestre, quem cito expedire curabimus.

Verum ex nunc captum sit, quod eligatur de presenti per scruptinium in isto consilio unus orator noster ad prefatum serenissimum regem cum omnibus illis modis, conditionibus, stricturis et penis, cum quibus ellectus fuit vir nobilis ser Franciscus Venerio, et vadat cum illa instructione, que sibi dabitur per istud consilium. De parte 127, de non 0, non sinceri 1. Et fuit ellectus ser Franciscus Diedo doctor.

Secreta cons. rogat. vol. XXIII. c. 32., u mlet. arkivu.

CCCCIV. God. 1467. 21. travnja, u Mletcih.

Naloženo duždevu vieću, da odgovori na njeka pisma providura arbanaškoga u poslu razmirice obstojeće medju onimi od Žente i Ivanom Crnoevićem.

1467. die 21 aprilis. Quod collegium habeat auctoritatem respondendi aliquibus litteris provisoris nostri Scutari supra certa differentia vertente inter illos Xente et Ivanum Cernoevich capitaneum nostrum in dictis partibus. De parte 136, de non 2, non sinceri 0.

Senato Mar. vol. VIII. c. 123., u mlet. arkivu.

CCCCV. God. 1467. 30. svibnja, u Mletcih.

Daje se zapovied vrhovnomu pomorskomu kapetanu, da pošalje 15 galija starijih u Albaniju, kamo se kaže, da će Turci provaliti.

MCCCCLXVII. die XXX maii. Deliberatum pridem fuit per istud consilium, quod decem ex galeis nostris magis veteribus, que sunt cum capitaneo nostro generali maris, se conferre deberent in Albaniam. Et ex his, que quotidie magis affirmant de adventu Turci in Albaniam, necessarium iudicari debeat, quod maior numerus galearum veniat in Albaniam pro securitate et defensione locorum nostrorum, vadit pars, quod mandetur eidem capitaneo generali, quod sicut sibi scripsimus de galeis decem mittendis in Albaniam, ita mittere debeat galeas quindecim ex magis veteribus, quibus dare debeat subventionem pecuniarum, et mittere libros earum, sicut per alias sibi mandatum fuit. De parte 163, de non 1, non sinceri 1.

Secreta cons. rog. vol. XXIII. c. 43., u mlet. arkivu.

CCCCVI. God. 1467. 31. svibnja, u Mletcih.

Odvraća se ugarskomu poslaniku, da se drži vojska u Dalmaciji i u Albaniji proti neprijatelju, koj se pripravlja, da ocamo provali, a da se mir neće sklopiti bez kraljeve privole.

MCCCCLXVII. die ultimo maii. Quod reverendo patri domino oratori serenissimi domini regis Hungarie ad ea, que oretenus dixit et in scriptis dedit per cedulam lectam huic consilio, respondeatur: quod, sicut paternitati sue diximus et est verum, habemus in provinciis Albanie et Dalmatie exercitus nostros pro obsistendo conatibus inimici, et quanto nobis possibile fuerit, copias illas nostras in utraque provincia fortificabimus pro defensione rerum christianorum, existente presertim hoste circa illas provincias cum potenti exercitu.

Circa pacem per nos cum Turco faciendam plurimum regratiamur regie celsitudini, que tam benigne nobiscum loquitur; et quamvis pacem huiusmodi ob insolentes conditiones Turci difficilimam iudicemus, quoniam tamen comuni bono et commodis utriusque nostrum conferre posset regium consensum in re hac, acceptamus, cum reservatione in ceteris lige nostre, quam ligam ob singularem affectionem nostram in maiestatem suam conservare cupimus. Regiam vero serenitatem ex nunc certam esse volumus, quod sibi apud summum pontificem et alios potentatus christianos libenter erimus auxilio et favori iuxta commemorationem suam, et ab ipsis effectibus intelliget sincerissimam caritatem et optimam mentem nostram. De parte 102, de non 2, non sinceri 9.

Quod reverendo oratori serenissimi domini regis Hungarie, qui nuper ad presentiam nostram se contulit, ad ea, que per serenissimum dominum ducem huic consilio relata sunt, respondeatur: quod vidimus perlibenter reverendam paternitatem suam, et pro consueta affectione nostra in regiam serenitatem Hungarie gratissime intelleximus, quantum nobis prudenter exposuit; magnas gratias agimus serenissimo regi pro humanis et benivolis comunicationibus, quas nobiscum facit, nec dubitamus, quod maiestas sua pro solita eius virtute aures accomodare noluerit Turco de tractanda pace, nec de mittenda ad eum legationem, quemadmodum et nos pro observantia fecimus. Quoniam nec tractamus quicquam nec missimus ad Turcum nisi post habitam intentionem et bonum consensum regie maiestatis, sicut continue scripsimus et notificari ei fecimus. Cognoscimus enim fallatias et artes comunis hostis, qui non unite sed separate nobiscum concordium habere volebat, quem repudiavimus sicut etiam ad serenitatem suam scripsimus.

Nobis quoque admodum placuit audire, quod sua reverenda paternitas ad pontificem maximum proficiscatur, ut circa ea, que gerenda sunt, apud beatitudinem suam in rebus Boemie et in exterminium hostis istius opportune provideri possit, quemadmodum commemorat eius paternitas. Quale autem sit propositum et desiderium nostrum circa res istas sancte fidei experientia ipsa declarat, quoniam cum magna cede nostrorum, cum maximis periculis et importabilibus expensis perseveramus in hoc continuo bello cum hoste. Sicut anno preterito venit in Albaniam, ita etiam nunc certificati fuimus, quod cum potenti exercitu de presenti se confert contra nos in Albaniam, ad cuius oppositum fecimus et facimus omnes possibiles

provisiones. Sumus preterea inter hos dies expedituri oratores nostros ad summum pontificem, quos iam ante delegimus, eisque dabimus in mandatis, ut reverende paternitati sue apud romanum pontificem omnes favores possibiles impendere debeant.

Oratorem vero nostrum iampridem designatum ad regiam maiestatem Hungarie, libenter expedire curabimus, ut sit apud serenitatem suam.

Hoc responsum nostrum ubi opus sit iustificari et honestari debeat, sicut videbitur collegio. De parte 164, de non 0, non sinceri 0.

Quod reverendo oratori regie maiestatis Hungarie ad ea, que oretenus scripsit, et in scriptis dedit per cedulam lectam huic consilio, respondeatur, quod intelleximus quantum regia maiestas optare videtur intelligere aparatus nostros contra comunem hostem, nosque notum sibi facimus, quod habemus impresentiarum triremes quadraginta et ultra ac naves quatuor magnas armatas ad oppositum Turci; habemus quoque in partibus Albanie et Dalmatie bonum numerum gentium armigerarum et peditum, et similiter in Amorea, ut pro quanto poterimus, resistere possumus potentie huius hostis, quem certificati sumus de proximo cum potenti exercitu expectari in Albania, ut agatur contra nos et nostros in partibus illis.

Circa ea, que pertinent ad materiam pacis et ad consensum sue serenitatis, ut nos eum faciamus etc. dicimus, quod pro humanis verbis, quibus in re ista nobiscum utitur regia maiestas sibi plurimum regratiamur, placuitque nobis admodum, quantum nobis proposuit circa hoc. Sumus autem ut diximus paternitati sue inter hos dies expedituri oratorem nostrum ad serenissimum dominum regem, per quem circa hoc et alia oportuna mentem et sinceram dispositionem nostram maiestati sue declarari faciemus. De parte 57.

Secreta consilii rogatorum vol. XXIII. c. 43., u mlet. arkivu.

CCCCVII. God. 1467. 12. lipnja, u Mletcih.

Odgovara se na njeke molbe poslanika dubrovačkih.

1467. die XII iunii. Venerunt ad nostrum dominium duo oratores communitatis Ragusii supplicantes, ut certum barchosetum cere per regimen nostrum Jadre pro contrabanno acceptum, nec non quedam alia contrabanna per alios rectores, supracomitos et navigia nostra reperta restitui facere placeat. Cum a prefata communitate sua in mandatis habeant pro huiusmodi rebus non per litigii viam procedere sed solum nostro dominio supplicare, ut in singularem gratiam suam res ipsas de plano expediri facere placeat.

Quamobrem vadit pars, quod prefatis oratoribus respondeatur: nos spectabilitatibus suis respondere aliquantulum distulisse, quoniam pro nostra in communitatem suam affectione querebamus modum posse ei morem gerere, quem sane invenire non potuimus, cum leges nostre in contrarium omnino sint, quibus contrafacere non possumus. Verum ut rebus ipsis celeris expeditio detur, efficacissime auditoribus nostris novis sententiarum iniungimus, quod, ommissis omnibus aliis rebus, eiusmodi negotia audiant, et sine temporis intermissione expediant. Poterunt itaque

illi, ad quos suprascripte res attinent, ad ipsos auditores accedere aut mittere, quia sine mora expedientur.

Secundo exposuerunt per triremem quandam magnifici domini sancte Maure a nostro dominio illi datam res pro valore ducatorum circiter sexcentorum acceptas fuisse. Item navigia et barchas suas per triremes nostras perquiri, victualiaque ex illis accipi, supplicantes provideri. Respondeatur: quod licet idem dominus sit sui iuris, tamen pro satisfaciendo comodo ipsius communitatis scribemus ipsi magnifico domino ea, que in re faciemus, quicquid boni nobis possibile fuerit. Et scribatur eidem domino illis verbis, quibus collegio videbitur. Supracomitis triremium et aliorum navigiorum nostrorum prefectis iubebimus, quod si victualiis illis opus fuerit, illa cum pecuniis accipiant et non aliter ullo modo.

Tercio supplicarunt, quod si quid rerum suarum per aliquem rectorum, subditorum, triremes aut alia navigia nostra repertum fuerit, pro contrabanno non tractetur, nisi prius nostro dominio significatum, et ea in re responsum fuerit. Respondeatur, ut intelligant bonam mentem nostram in suam communitatem, nos esse contentos in hoc ei satisfacere, et ita omnibus suprascriptis iubebimus. Et ad evitanda inconvenientia, que accidere possent, captum sit, quod de cetero si quis rectorum nostrorum a parte maris intra culphum, capitaneus supracomitus aut quispiam alius prefectus triremium seu navigiorum nostrorum aliquam rem tam ipsorum Raguseorum quam quorumcumque aliorum forensium reperiret, que eis pro contrabanno tractanda videretur, teneantur illam per duos menses suspensam tenere, donec per nostrum dominium eis responsum fuerit. Et ponatur in eorum commissionibus. De parte 67, de non 64, non sinceri 0.

Iterum posita suprascripta parte die xxv suprascripti mensis, et fuerunt de parte 84, de non 32, non sinceri 6.

Senato Mar. vol. VIII. c. 133., u mlet. arkivu.

CCCCVIII. God. 1467. 1. srpnja, u Mletcih.

Potvrdjuje se služba prevoditelja u Trogiru Matiji Lučiću.

1467. die primo iulii, indictione xv. Vacante officio Turcumanatus terre nostre Tragurii, dominium nostrum illud concessit fideli nostro Matheo Luce civi Tragurii, attentis fide et meritis suis multipliciter ostensis et in riperia Janue, in lacu Garde, et in hoc bello contra Turcos, multis acceptis vulneribus, sicuti a plerisque nobilibus nostris attestatum est. Et quoniam pro suo contentamento illud cupit sibi confirmari per hoc consilium, ut in similibus fieri consuevit, vadit pars, quod, exigentibus sic meritis dicti Mathei, auctoritate huius consilii confirmetur concessio dicti officii facta per nostrum dominium ad beneplacitum nostrum. De parte 122, de non 0, non sinceri 1.

Senato Mar. vol. VIII. c. 135., u mlet. arkivu.

CCCCIX. God. 1467. 4. srpnja, u Mletcih.

Marin de Andreis imenovan kapetanom okolice trogirske.

1467. die quarto iulii. Postquam occupato oppido Clissie, Hungari facti sunt viciniores locis et terris nostris Dalmatie, quottidie inferuntur damna et rapine fidelibus et subditis nostris et presertim Traguriensibus, quorum depredate fuerunt quedam opulentes ville, sicuti dominio nostro litteris rectorum nostrorum constitit. Et nisi provideatur, ager ille traguriensis penitus desolabitur; provisio autem, que nunc occurrit, est, et ita comes noster Tragurii per litteras suas commemoravit, ut deputetur unus capitaneus seu vaivoda comitatus Tragurii, que admodum habent civitates Sibinici et Spaleti, qui vaivoda, coadunatis districtualibus, poterit obviare dictis rapinis et predis, ut est consuetum fieri. Et in primis optima fides facta est de persona, virtute et probitate fidelissimi nostri Marini de Andreiis filii quondam Christophori de Andreis, qui fuit supracomitus triremis traguriensis sub quondam nobile viro ser Alvisio Lauredano procuratore sancti Marci, capitaneo generali, et mortuus est in classe, cui successit dictus Marinus filius, qui laudabiliter et magnanime ultra biennium se gessit.

Eapropter vadit pars, quod pro securitate et tutela dicti agri traguriensis, et attentis meritis familie de Andreis, dictus Marinus constituatur et sit capitaneus seu vaivoda comitatus Tragurii cum illis modis et conditionibus, quibus est capitaneus comitatus Sibinici et ad beneplacitum nostri dominii. De parte 110, de non 2, non sinceri 2.

Senato Mar. vol. VIII. c. 135., u mletačkom arkivu.

CCCCX. God. 1467. 14. srpnja, u Mletcih.

Daje se naputak poslaniku odlazećem u Ugarsku.

MCCCCLXVII. die XIIII iulii. Nos Christophorus Mauro, dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus et in mandatis damus tibi dilecto nobili civi nostro Francisco Diedo doctori, quod proficiscaris orator noster ad serenissimum Hungarie regem, cui, exhibitis nostris credulitatis litteris, factisque convenientibus salutationibus et oblationibus, expones, pro satisfaciendo mutuo amori et benivolentie nostre te oratorem nostrum ad serenitatem mittimus; subiungesque, oratorem sue serenitatis ad romanum pontificem proficiscentem auxilia adversus impios Turchos petiturum, ut te mitteremus, nos hortatum fuisse, proque optinendis eiusmodi auxiliis litteras et favores nostros requisivisse, cui laudantes ardens propositum serenitatis sue satisfecimus, litterasque nostras favorabiles ad ipsum pontificem maximum dedimus; postea vero per oratores nostros itidem studiose fecimus et facimus, nec ullo tempore apud ipsum summum pontificem defuimus, neque deerimus pro favore huius sancte rei quicquid potuimus poterimusque facere; et quemadmodum sue serenitati nec non universo orbi notum est, iam quinquenium magnum triremium numerum in mari tenuimus, nec non copiarum equestrium pedestriumque in Dalmatia, Albania, Peloponeso ac insula Nigropontis. Hocque anno propter famam classis, que a Turcho potens parari ferebatur, preter solitum numerum complures alias triremes et naves quatuor magnas maximo

sumptu nostro armavimus. Preterea pro defensione Albanie, in quam provinciam fama erat illum potenti exercitu venire, magnum eo peditum numerum misimus. Que omnia sine alicuius favore ad universale christianitatis comodum fecimus. Rogabis itaque serenitatem suam, omnique honesto studio instabis, ut adversus ipsum insolentissimum hostem potenter se movere velit, ut divertere, ac vires suas dividere cogatur. Ad quas res faciundas si sua serenitas tibi diceret, pecuniis opus esse, a nobisque subveniri peterit, respondebis, nos maximis impensis gravatos esse, adeo quod impossibile omnino esset aliquam pecuniam errogare; et si expositis huiusmodi rebus serenitas sua aliquid tibi de pace Turci diceret, deque concensu suo ad illam faciundam in scriptis nobis misso, dices, intellectis sapientissimis rationibus, quibus serenitas sua ad illum faciundum mota fuit, illas nos plurimum laudare, eique gratias agere; verum animadvertentibus nobis arrogantiam huius imanissimi hostis, per insolentiam suam difficillimum iudicamus pacem ipsam posse obtinere.

Preterea si serenitas sua aliquid tibi de pace Italie moveret, respondebis teste deo ad illam nos semper inclinatissimos fuisse, proque illa servanda per nuntios, per oratores nostros omnia tentasse et fecisse, illustremque Bartholomeum Collionum, qui iam aliquot annos a nostris stipendiis discedere, ac fortunam suam experiri instabat, retinere tandem non potuisse. Pacis ipsius praticam in manibus summi pontificis ad presens repositam esse, sperareque nos mediante clementissime beatitudinis sue opera optimum exitum esse habituram, Italieque res componi pacarique, quibus compositis atque pacatis adversus crucis hostes potentius ingrui poterit.

Demum tibi mandamus, quod facta suprascripta expositione, quando iterum serenitatis sue presentiam adibis, nactus temporis opportunitatem, ei dicere debeas, quemadmodum etiam oratori sue serenitatis diximus, banum Clisii, quem sua serenitas putabat cum subditis nostris, uti par est et mutuus amor noster exigit, quiete amiceque cum locis et subditis nostris vicinari debere, preter omnem expectationem nostram multas novitates iniuriasque ipsis subditis nostris intulisse, eorum bona et res diripiendo asportandoque, quod preter mentem et intentionem sue serenitatis factum non dubitamus. Et quamquam idem orator suus eiusmodi res restitui facere optulerat, nondum tamen restituta fuisse intelligimus. Rogabis ideo serenitatem suam, instabisque, quod omnino restituantur, illique banno imperet, quod cum subditis nostris quiete et amice vivere velit, quum serenitatis sue subditi a nostris uti boni nostrique amici semper tractabuntur, sicuti amor noster mutuus exigit, proque illius vicissitudine speramus suam serenitatem esse facturam.

Et de responsione, que ad omnia hec faciet serenitas sua, et de omnibus aliis, que toto tempore, quo apud illam seu in partibus illis stabis, accident nostra cognitione digna, curabis tuis litteris nos cerciores reddere.

Mandamus preterea tibi, ut quedam negotia nobilis civis nostre Thomasine Superantie, relicte quondam Leonardi Desiderii, omni honesto favore prosequaris; super qua re, ut meliorem exitum habeat, litteras nostras ad suprascriptum serenissimum regem damus. De parte 104, de non 6, non sinceri 1.

Secr. cons. rog. lib. XXIII. c. 54., u mlet. arkivu.

CCCCXI. God. 1467. 24. srpnja, u Mletcih.

Piše se poslanikom u Rimu, neka obavieste papu, da je Turčin navalio svom silom u Albaniju, da si otvori put za Italiju. Neka zahtjevaju dvostruke crkvene desetine.

MCCCCLXVII. die XXIIII iulii. Oratoribus nostris ad summum pontificem. Scripsimus iam vobis et noticiam dedimus de novis gravibus et periculosis, que ex Albania accepimus, ubi Turchus ipse cum potentissimo exercitu reperitur, et ultra miserabiles cedes et horribiles crudelitates, quibus usus est et utitur quotidie in ea provincia, igni et ferro omnia vastando ac immanissime perdendo gentem illam, irrumpere intentat in agros et oppida nostra, et imprimis occupare urbem Dyrachii, quo sibi muniat viam et transitum in Italiam. Que res quanti momenti sit, et merito estimanda non modo nobis sed universe christiane reipublice ob ingens periculum et irreparabilem cladem, que impendet passim omnibus christianis, nemo est, qui non intelligat. Nos et si pro virilitate nostra providimus, sumptusque ingentes fecimus pro tutanda dicta provincia, tamen in dies magis facere non desistimus, ut si fieri potest occurramus tante vastitati et ruine. Ex quo opus habemus ingenti pecuniarum summa, nedum duabus decimis ecclesiasticorum, ut decrevit et promisit summus pontifex, sed cum celeritate opus sit et presentaneo remedio tam imminenti et grandi periculo, voluimus intelligere ab reverendo domino abbate sancti Gregorii deputato ad exactionem decimarum, an nobis presto esse possint pecunie. At ut videre videmur, res ducitur in longum et multo magis quam patiatur conditio temporis et magnitudo periculi, et quod deterius est, tamen de exigenda unica decima permissum est a reverendissimo domino cardinali legato. Mandamus propterea vobis cum nostro consilio rogatorum, ut esse debeatis cum sanctitate prefata, et commemoratis periculis ac rerum conditionibus, faciendo omnem instantiam, opportune et importune supplicare, ut dignetur edicere, ut sublata omni mora exigantur et solvantur impresentiarum bine decime ab ipsis ecclesiasticis cum omni remedio opportuno. Quod sanctitatem suam facturam esse non dubitamus. Agitur enim non de privato sed de comuni et universali christianitatis commodo; et facta omni instantia, casu quo sanctitas sua renitentior videretur, dicatis, ob pericula, que possent accidere, voluisse nos hec nota facere beatitudini sue pro nostra excusatione. De parte 20.

Secreta cons. rogat. vol. XXIII. c. 57., u mlet. arkivu.

CCCCXII. God. 1467. 28. srpnja, u Mletcih.

Bodri se Skendrbeg, neka brani Skadar, Kroju i Drač, a da će dobiti i konjanika i pješaka u pomoć.

MCCCCLXVII. die 28 iulii. Magnifico domino Scandarbego. Accepimus his diebus litteras vestre magnificencie octavo huius Scutari datas, que pro paterna nostra in vestram magnificenciam affectione nobis gratissime extiterunt. Et quamquam ardens propositum magnificencie vestre adversus impios crucis hostes nobis iam diu perspectum est, nobis tamen placet

id sepe intelligere, quod apud homines non parve vestre magnificencie laudi est, verum apud deum ipsum non minore premio erit. Que cum ita sint, non videmus vestram magnificenciam ad tam sanctam laudabilemque operam pro sua in religionem christianam devotione inclinatissimam ulla cohortatione indigere, imo magis apud omnes christianos laudes promereri. Animadvertimus, quod vestra magnificencia sapientissime commemoravit, hoc est utriusque status salutem in conservatione Croye sue non Scutari consistere, quod sapientissimum vestre magnificencie consilium nos quoque laudamus, in vestramque concurrimus opinionem, nec ulle pro presenti rei inserviendum esse, nisi eiusmodi civitatum custodie conservationique, nec non Dyrachii, quam plurimi facimus carissimamque habemus, diligentissime incumbendum. Cui rei certos nos reddimus vestram magnificenciam pro sua exacta prudentia omne studium omneque ingenium suum adhibuisse pro executione tam salutifere rei; rectoribus omnibus nostris istius provincie efficacissime iniunximus, ut vestre magnificencie consilium imitari debeant, omnesque favores possibiles impendere. Ad partem autem peditum equitumque, quos vestra magnificentia pro recuperatione status sui requirit, respondemus, habentes illius statum non minus carum quam nostrum proprium, statuisse vestre magnificencie requisitioni satisfacere, pedites equitesque ipsos parandos istucque mittendos curabimus, ut vestra magnificencia, sicuti magnanime spondere videtur, ipsos impios crucis hostes expellere exterminareque queat, quod nobis gratum erit, cum secunde filiorum res parentibus non possunt nisi gratissime esse.

Et pro observatione huiusmodi promissionis captum sit, quod collegium habeat libertatem conducendorum suprascriptorum mille peditum equitumque 300 sub illis ductoribus et comestabilibus, qui eidem collegio videbitur, qui conducantur expedianturque sicuti melius et utilius apparebit.

Preterea quia stipendiarii nostri illius provincie, ut per litteras rectorum habetur, in magna sunt necessitate constituti, accipiantur de omni loco et officio ducati II mille, et mittantur eo pro subventione eiusmodi stipendiariorum, sicuti per collegium ordinabitur. Et accipiantur similiter ducati 400 de omni officio et loco, et mittantur Tragurium pro subventione stipendiariorum illius civitatis, qui in maxima extremitate constituti sunt. De parte 129, de non 2, non sinceri 2.

Secr. cons. rogat. vol. XXIII. c. 57., u mlet. arkivu.

CCCCXIII. God. 1467. 21. rujna, u Mletcih.

Poslanici vojvode Vlatka zahvaljuju se Mlečanom, što je njihov vojvoda dobio njihovom podporom od Dubrovčana natrag 6000 dukata.

1467. 21 septembris. Misit ad nostrum dominium magnificus comes Vlatichus sancti Save oratores suos, quibus nobis gratias agit de missione oratoris nostri ad Raguseos, opera cuius duc. 6000 recuperavit. Et quia idem orator noster, peste compulsus ac habita a nostro dominio licentia, est de brevi repatriaturus, supplicat de alio novo oratore provideri pro recuperatione pecuniarum suarum. Quamobrem pro satisfactione requisitionis eiusdem magnifici comitis, quod per collegium eligi debeat unus

nobilis noster orator ad ipsos Raguseos cum familia, modis et condicionibus omnibus, quibus electus fuit nobilis vir Philippus Pasqualigo, qui recedere teneatur ad omnem imperatum nostri dominii, cum illo mandato, quod ei per collegium dabitur. De parte 131, de non 1, non sinceri 1.

Senato Mar. lib. VIII., u mlet. arkivu.

CCCCXIV. God. 1467. 22. rujna, u Mletcih.

Pozivlju se Dubrovčani, neka povrate vojvodi Vlatku poklade kod njih postavljene od njegova otca Stjepana.

Die XXII septembris. Quod scribatur viro nobili ser Phylippo Pasqualigo oratori nostro ad comunitatem Ragusii. Audimus relatione prudentis viri Petri Blancho notarii nostri responsionem vobis factam per Ragusienses circa requisitionem denariorum et rerum depositatarum per illustrem condam ducham Stephanum sancte Save, quos nostro nomine rogaveratis dari et assignari illustri domino Vulathico duci sancte Save et magnifico domino Stefano fratri suo, filiis condam illustris domini ducis Stephani suprascripti. Et omnibus plene consideratis, mandamus vobis, quod ad presentiam regiminis Ragusei esse et dicere debeatis, quod profecto nobis suadebamus, spectabilitates suas et pro iustitia et equitate ac pro honore suo nec non amore et respectu nostro non se debere reddere dificiles ad exbursationem predictarum pecuniarum et rerum, quum ut norunt, plenissime dictis domino Vlaticho et Stefano spectant. Sed intellecta responsione suarum spectabilitatum, non sine admiratione remansimus, et pro honestate nostra et benivolentia, quam eis gerimus. Iterum cum nostro consilio rogatorum deliberavimus per vos eos rogari et suaderi, ut vellint cum effectu integre dare dictis dominis pecunias et res eorum predictas, et pro obtinendo uti debeatis omnibus verbis et rationibus, que vobis utiles videbuntur; et nisi ad hoc assentirent, volumus, ut eis dicatis, quod dicti duo domini nobiles cives nostri sunt, quibus pro honore nostro favores dare cogimur. Et propterea eis placeat nostris precibus assentire, et eas pecunias omnino cum integrifate dare, alioquin et idem eis declaremus, et indubie teneant, quod pro debito et honore cum effectu ad integram satisfactionem predictorum dominorum nobilium civium nostrorum procurabimus, ut nobis opportunum videbitur. Et cum hoc, nisi darent pecunias et res predictas, accepto commeatu in patriam redire debeatis, de novis et aliis occurentibus informatus. De parte 79, de non 3, non sinceri 6.

Senato Mar. lib. VIII., u mlet. arkivu.

CCCCXV. God. 1467. 19. listopada, u Mletcih.

Poslaniku u Ugarskoj o razmirici sa banom kliškim i o primirju s Turci.

MCCCCLXVII. die XVIIII octobris. Ser Francisco Diedo doctori oratori nostro in Hungaria. Accepimus superioribus diebus litteras vestras dierum tercii, quarti, septimi et vigesimi augusti; postremo vero vestre sunt diei secundi instantis. Et quecumque per vos acta sunt tam circa executionem mandatorum nostrorum presertim vero circa novitates banni

Clisii, quam circa practicas illas treuguarum istius serenissimi regis cum Turcho, ipsis vestris litteris cognovimus. Et similiter tam rebellionem quam redutionem ad pristinam devotionem provincie Transilvane, et quecumque vobis occurrentia. Et cum nostro consilio rogatorum respondentes dicimus, nobis admodum placuisse quantum et cum Tusjanus, absente regia maiestate, et postea cum ea, demum cum illo vayvoda Januscusim pro remedio scandalorum banni Clisii cum subditis nostris et pro restitutione bonorum ablatorum operatus estis, sicque volumus, ut perseveretis solicitetisque Tusjanum ad mittendum quempiam ex suis ad illas partes, ut instituerat, pro compositione illarum rerum et restauratione damnorum illatorum. Et de missione predicti nuntii nos quamprimum facite certiores, ut nos quoque de aliquo nostro, qui eodem tempore in partibus illis sit, providere valeamus.

Et ex nunc captum sit, quod mitti debeat alter rectorum nostrorum Jadre vel per texeram vel per concordium cum illa commissione, que ei dabitur per collegium.

Placet nobis, quod de rebellione provincie Transilvane vos cum regia sublimitate condolueritis, et de redutione illius ad obedientiam regiam deque prosperis illis successibus fueritis congratulatus. Sicque volumus et vobis mandamus, ut imposterum de omni commodo et incommodo occurrente cum regia sublimitate et cum omnibus suis condoleatis et congaudeatis nostro nomine cum omnibus idoneis et accommodatis verbis, que vobis occurrerint.

Circa materiam treuguarum voluissemus, ut vos in illa materia, que in vestra commissione vobis non est demandata, non immiscuissetis, quoniam non dubitamus vos tenere memorie, regiam sublimitatem per eius oratorem nobis dici fecisse, se esse contentam, ut ad pacem sive treuguas cum Turcho devenire possimus etiam sine regia sublimitate, quam permissionem nos acceptavimus, et illa uti disponimus quandocunque se offeret occasio. Verum postquam tantum in materiam estis ingressus ad bonum finem, ut existimamus mittere ad vos deliberavimus syndicatum in forma opportuna, ut requiritis, et volumus vobisque mandamus cum nostro consilio rogatorum, ut procedente practica et conclusioni appropinquante, operari omni vestro studio debeatis, ut treugue ipse fiant per quam longius tempus et saltem per annos duos, vel a duobus annis supra possibile sit; et non possendo facta omni experientia aliter facere, sumus contenti, ut deveniatis ad illas treuguas per illud tempus, per quod devenerit regia maiestas, et cum hac expressa conditione, quam cum Turcis semper habuimus, quod circa galeas, fustas ac alia navigia armata eorum, que a nostris extra strictum reperirentur, et e converso servetur antiqua consuetudo, que fuit et est, ut capi possint, et de illis disponi ad arbitrium sine pacis vel treuguarum violatione. Ceterum vos admonemus, ut in conclusione ipsa treuguarum habeatis considerationem et advertentiam, ut in ipsa inclusi sint adherentes, complices et sequaces nostri. De parte 93, de non 29, non sinceri 17.

Secreta cons. rogat. vol. XXIII. c. 77., u mlet. arkivu.

CCCCXVI. God. 1467. 26. listopada, u Mletcih.

Odgovara se na molbe Skenderbegove.

1467. 26 octobris. Misit ad nostrum dominium magnificus dominus Scandarbegus filium suum nec non reverendissimum archiepiscopum dirachiensem supplicatum, ut equos peditesque iuxta promissionem nostram sibi mittere velimus etc.

Respondeatur: nos pro paterna charitate nostra in magnificentiam suam ad conservationem ampliationemque status sui propensos esse, illumque per inde ac nostrum charum habere. Quantum itaque ad primam equorum partem, dicimus, sicuti idem reverendus dominus archiepiscopus vidit et ab armigeris intellexit, per ineptitudinem temporis hyemalis ac complures alias incomoditates nemo armiger inveniri potest, qui de presenti ad illas partes se conferre velit. Sed tempore veris providebimus, quoad possibile fuerit, requisitioni magnificentie sue satisfacere. De missione vero peditum, ballistariorum et sclopeteriorum dicimus, quod licet tempus incomodum sit, tamen pro satisfacione magnificentie sue de presenti pedites 400 mittemus, deque aliis tempore veris mittere curabimus, sicuti rerum et temporum conditiones nobis exigere videbitur.

Ad secundum, quo petit de aliqua pecuniarum summa subveniri. Respondeatur, quod quanquam ad presens compluribus maximis impensis gravati sumus, tamen pro affectione nostra in magnificiam suam sumus contenti ei de duc. millequadringentis succurrere, ad computum provisionis, quam magnificentie sue damus, ponendos.

Ad tertium. Quod Croiam victualiis per trienium munire velimus, ut de ea dubitari nequeat. Respondeatur, nos litteris potissimum rectoris nostri Scutari certiores factos esse, illum in Croiam staria circiter mille frumenti misisse. Deinde a capitaneo nostro Culphi significationem habuimus, illum pro executione mandatorum nostrorum ultra duc. 600 in carnes salitas, caseum, oleum, acetum et alias huiusmodi munitiones expendidisse, illasque omnes Croiam pro illius munitione misisse, adeo quod ultra annum unum et per bonum temporis spacium munita erit. Similique modo in futurum illius munitioni et conservationi omni nostro studio providebimus.

Ad quartum. Quod pro custodia ipsius terre de provisionatis 200 prospicere velimus. Respondeatur, quod efficacissime iniungemus rectori nostro Scutari et provisori Albanie, quod apud illos alios nostros pedites, qui sub strenuo comestabile nostro Rentio de Roma ad illius custodiam constituti sunt, provideant eo mittere de aliis peditibus, quos de proximo ad illas partes missuri sumus, adeo quod de illa dubitari non possit.

Ad quintum. Pro instauratione loci Rhodonorum ei succurere velimus de pecuniis, navigiis etc. Respondeatur: presens tempus ad hoc idoneum aptumque nobis minime videri tum ob belli novitates, tum etiam ob alias gravissimas impensas, quibus impliciti sumus. Verum quando accomodatius aderit tempus, hec sue magnificentie intentio convenientius faciliusque locum habere poterit.

Ad sextum. Quo petit, e partibus Apulee comportari facere posse certam salis quantitatem, quam a quodam debitore suo insolutum habuit. Respondeatur: magnificentiam suam latere non debere, nos pro huiusmodi

sale multas strictissimas leges habere, quibus nullo pacto contravenire possumus, quum esset totalis ruina camerarum nostrarum illius provincie cum gravissimo detrimento nostro, quod certos nos reddimus, magnificentiam suam pro sua erga nos filiali affectione videre nolle.

Ad septimum. Quo sibi dentur seu restituantur res, quas subditi sui ob Turchorum metum in civitate nostra Dyrachii reposuerunt. Nos de huiusmodi re plenam non habere informationem, super qua certiores nos fieri curabimus. Et habita opportuna informatione, faciemus quicquid honestatem iusticiamque exigere videbitur.

Ad octavum. Quo salvum conductum pro nobile viro Francisco Mauroceno petit. Respondeatur: quod quanquam intercessio sua apud nos plurimum possit, tamen probibentibus legibus nostris decemviralis consilii, requisitioni sue magnificentie satisfacere nequimus. De parte 125, de non 0, non sinceri 2.

Data est licentia nobili viro Josaphat Barbaro provisori Albanie. Et quia ea provincia non bene sine provisore stat, vadit pars, quod in primo rogatorum consilio eligatur per scrutinium unus provisor loco ipsius ser Josaphat cum salario, modis et conditionibus omnibus, quibus fuit idem ser Josaphat, qui, si aderit, statim respondere teneatur; si minus, sequenti die ad tertias. Et terminus ipse prorogari non possit sub pena duc. 500 cuilibet contrafacienti. Et postquam acceptaverit, recedere teneatur infra xv dies cum illo mandato, quod ei per hoc consilium dabitur. De parte 129, de non 3, non sinceri 0. Electus ser Franciscus Capello.

Senato Mar. lib. VIII., u mlet. arkivu.

CCCCXVII. God. 1467. 30. listopada, u Mletcih.

Daje se naputak poslaniku idućem k Turčinu.

mcccclxvii. die xxx octobris. Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Commettemo a ti nobel homo Lunardo Boldu, el qual mandemo nostro ambassador al Turcho, che quamprimum cum quela fameia e spexa, che te sera deputada per el collegio, monti su quel piu celere passazo, che a ti parera, et dreceti verso le parte de Albania. Conferendoti a san Serz, e sel te paresse meio non tocar s. Serz, et andar per altra via a Drivasto, lassemo questo in arbitrio tuo. Dal qual luogo, non tochando per algun modo Scutari, quanto piu tacitamente et cum menor demostration te sera possibele anderai a Drivasto, dove serai cum quel podesta nostro, et da lui intenderai, sel sera zonto el tuo salvoconducto; et similiter de questo te informerai cum el provededor nostro de Albania et provededor de Scutari, i qual hano hauto commandamento da nui de procurar per el mezo del signor Alexio Span ottignir el predicto salvoconducto. Et essendo zonto questo salvoconducto, subito tignerai modo de haverlo, et provistote de cavalcadure per ti e per la fameglia tra per mezo del podesta de Drivasto et di prefati nostri provededori, et similiter de uno fidel et sufficiente truciman, tolto in toa compagnia un messo del prefato signor Alexio, cum ogni possibel presteza et sollicitudene anderai a trovar el signor Turcho a quel luogo, dove tu serai

informado trovarse la signoria soa. E li zonto, procurerai de apresentarse ala presentia soa, et apresentate ala signoria soa le lettere nostre de credenza et i presenti, quali te havemo fato consignar, dapoi le parole zeneral fate in quela conveniente forma, che ala prudentia toa parera, exponerai et exequirai, quanto qui soto particularmente te diremo, che e quel medesimo, che nui dessemo in mandatis al nobel homo Nicolo da Canal doctor provededor nostro de Negroponte. Spazado e partido de li, te conferirai a Scutari, et intrerai nel tuo rezimento, et subito per velocissimo passazo ne darai avixo per tue lettere de tuto el sequido et de tute nuove et cosse occorrente in quele parte. Se veramente a Drivasto troverai non esser el dito salvoconducto, et similiter da soprascripti provededori de Scutari et de Albania serai informado, dito salvoconducto non esser zonto, intendandote cum i ditti provededori et podesta de Drivasto farai provisione per quel mezo, che ve parera conveniente mandar al prefato signor Alexio ad informarse del messo mandado per el ditto salvoconducto, quelo ha soa signoria, e se la spera, chel dicto sia per vignir cum esso salvoconducto over no. Et in caxo, chel prefato signor ve mandasse a dir, che laspeta el ditto messo, et che el spera al tuto, chel sia per venir cum el salvoconducto, semo contenti et volemo, che tu demori a Drivasto per spacio de un mexe in circa, vel qual termene zudegemo, chel dito messo raxonevelmente zonzera, se le per tornar, e zonzendo el torai et anderai ad exequir, quanto de sopra te havemo ditto. Se veramente el prefato signor Alexio overo el dicto messo non tornasse al soprascripto termene, e desperase el retorno suo, in tal caxo semo contenti et volemo, che tu vadi a Scutari al tuo regimento; e de tuto per ti exequito, e de le nuove e cosse occorrente ne darai distincto e particular avixo, e subito i do brievi nostri dirrectivi al nobel homo Nicolo da Canal el doctor provededor nostro in Negroponte per do man manderai al regimento nostro de Corfu, al qual nui scrivemo et comandemo, che queli mandi volando al prefato signor Nicolo da Canal per diversi messi.

Et nunc captum sit, quod prefatus ser Ludovicus incipiat livrare salarium suum die quo ipse ad sanctum Serz applicuerit. De parte 137, de non 3, non sinceri 2.

Secreta cons. rogat. vol. XXIII. c. 80., u mlet. arkivu.

CCCCXVIII. God. 1467. 30. listopada, u Mletcih.

Odredjeno izabrati novoga providura za Albaniju.

1467. die penultimo octobris. Data est licentia nobili viro Josaphat Barbaro provisori Albanie. Et quia ea provintia non bene sine provisore stat, vadit pars, quod in primo rogatorum consilio eligatur per scruptinium unus provisor loco ipsius ser Josaphat cum salario, modis et conditionibus omnibus, quibus fuit idem Josaphat; qui si aderit, statim respondere teneatur; si minus, sequenti die ad tercias. Et terminus ipse prorogari non possit sub pena ducatorum quinque centum cuilibet contrafacienti. Et postquam acceptaverit, recedere teneatur infra xv dies cum illo mandato, quod ei per hoc consilium dabitur. De parte 129, de non 3, non sinceri 0. Electus ser Franciscus Capello.

Senato Mar. vol. VIII. c. 143., u mlet. arkivu.

CCCCXIX. God. 1467. 21. studenoga, u Mletcih.

Zapovieda se knezu zadarskomu, da dade prepisati zadarski zakonik, ispustiv njekoje komade, i da nešalje komornika na otoke za ustanovljenje škoda.

Quod statuta Jadre rescribantur, et dominus camerarius non vadat per insulas. Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Antonio Venerio de suo mandato comiti Jadre et... successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Laudamus plurimum commemorationes vestras circa renovationem statutorum. Igitur respectu et rationibus, quas literis vestris diei quarti novembris presentis adducitis, placet nobis, ut dimissis illis capitulis primi libri fatientibus mentionem de alio regimine quam de nostro, ipsum statutum de verbo ad verbum rescribi et renovari faciatis. Similiterque laudamus, quod non permiseritis camerarium nostrum accedere ad insulas ad videndum intelligendumque querellas damnorum datorum; volentes, ut de cetero permittere non debeatis, quod camerarius noster accedat ad exequendum tale offitium, quoniam intentionis nostre est, quod omnis consuetudo atque memoria aliorum dominorum tollatur et aboleri debeat. Facientes has nostras in actis cancellarie vestre ad futurorum memoriam registrari. Data in nostro ducali palatio die XXI novembris, indictione prima, MCCCCLXVII. Recepta quarto decembris 1467.

Vide revocationem circha d. camerarium de eundo in insulis c. 113.

Ducali e terminazioni. II. c. 180., u zadarskom arkivu.

CCCCXX. God. 1467. 1. prosinca, u Mletcih.

Oslabljuje se poslanik u Ugarskoj, da podpiše primirje već utanačeno.

MCCCCLXVII. die primo decembris. Oratori nostro ad serenissimum regem Hungarie. Proximis his diebus per duos diversos cursores habuimus litteras vestras datas VIII, X et XIIII novembris novissime lapsi, ex quibus intelleximus quecumque tunc usque occursa, presertim circa materiam treuguarum, quas scribitis per ultimas ipsas vestras esse conclusas, sicuti etiam vidimus per litteras reverendi domini prepositi Quinque ecclesiarum, quas misistis ad nos vestris litteris implicitas. Pro his vero, que significastis nobis, proque modis per vos in omnibus non minus prudenter quam diligenter servatis laudamus vos plurimum et merito commendamus. At quoniam dicitis cum oratoribus regie maiestatis Hungarie, qui treuguas concluserunt cum Turco, venturum esse unum vayvodam suum ad serenissimum regem pro dictis treuguis sigillandis, respondemus vobis cum nostro consilio rogatorum, quod tenentes, sicuti etiam ex vestris litteris comprehendimus, treuguas ipsas nomine regio et nostro initas fuisse, laudamus valde modum per vos servatum scribendi maiestati sue ac aliis baronibus, quod ad appulsum oratorum suorum ac prefati vayvode ad regem, vos etiam istic sitis nomine nostro. Utque melius mentem nostram intelligatis, declaramus vobis nostre intentionis esse, quod non facta alia mentione seu specificatione de his, que ad vos scripsimus sub die XVIII sive XX octobris preteriti, quando vobis misimus sindicatum, quoniam id non est opus. Nam per formam et naturam treuguarum tolluntur offense,

et nihil innovari debet, sed res in terminis et conditionibus suis permanere habet durantibus treuguis, in dei nomine deveniatis ad treuguas ipsas nomine nostro, inclusis in eis adherentibus et recomendatis nostris, sicut consuetum est. De parte 94, de non 1, non sincere 8.

Eadem die. Quod stetur super his, que die xviiii octobris preteriti scripta fuerunt oratori nostro in Hungaria, quando sibi misimus sindicatum. De parte 57.

Secreta cons. rogat. vol. XXIII. c. 88., u mlet. arkivu.

CCCCXXI. God. 1468. 6. siečnja, u Putheolu.

Ferdinand kralj sicilijanski moli republiku, neka mu dozvoli poslati jedan brod na Rieku.

Exemplum litterarum serenissimi domini regis Ferdinandi pro licentia mittendi in culphum quandam navem. Rex Sicilie etc. etc. Reverende in Christo pater, orator et consiliarie fidelis noster dilecte. Perche nui intendemo mandare uno nostro navilio o nave in la terra de Fiume, quale e del illustrissimo fratello del ducha de Sterlich per alcune nostre facende e cosse volemo dal la, et sentimo in dicto loco non potesse andare ne intrare navilio o nave senza licentia de questa illustrissima signoria; vorriamo pertanto, che vui in nostro nome obtenissine licentia da quella per dicto nostro navilio o nave, la quale menara o conducera per nui lo fidele e dilecto nostro Bernardo Mataredona, et farite fare dicta licentia in ampla forma per una volta tantum, del che restarimo obligati a questa illustrissima signoria, et existimarimo questo a complacentia singulare. Donaritene subito aviso. Datum in civitate nostra Putheoli vi. ianuarii mccccLxviii. Rex Ferdinandus. In curia xiiii. F. A. Secretis f.

A tergo. Reverendo in Christo patri Ja. episcopo Asculano, oratori et consiliario nostro fideli dilecto.

Nota, quod auctentice litere reperiuntur in bancho consilii decem, ubi ponuntur secreta.

Commemoriali XV. 107. r., u mlet. arkivu.

CCCCXXII. God. 1468. 8. veljače, u Mletcih.

Republika dozvoljuje kralju Ferdinandu, da pošalje brod na Rieku.

Patentes littere. Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis nobilibus et sapientibus viris de suo mandato potestatibus, comitibus, capitaneis et aliis quibuscumque rectoribus et officialibus nostris, ad quas presentes advenerint, nec non capitaneo barcharum ripperie ceterisque prefectis et ductoribus quorumcumque navigiorum nostrorum fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Cupidi semper fuimus et sumus serenissimo domino regi Ferdinando, cui plurimum affecti sumus in cunctis possibilibus morem gerere: propterea requisiti nuper ab reverendo patre domino episcopo Esculano apud nos oratore sue regie maiestatis, cuius etiam litteras circa rem hanc nobis ostendit, quod serenitati sue concedere velimus, quod certum navigium sive navem suam ad terram sive locum Fluminis situm intra culphum nostrum cum bona

licentia nostra mittat, ut oneratis istic certis rebus, eas cum dicta navi seu navigio ad loca regie serenitatis sue conduci facere possit, harum serie vobis omnibus et vestrum cuilibet districte mandamus, quatenus Bernardum Materodena nuntium maiestatis eiusdem presentium ostensorem cum navi seu navigio antedicto ad locum ipsum Fluminis se conferre libere permittatis stare et redire ad loca regia cum omnibus rebus oneratis super ipsa navi sive navigio, omnibus impedimentis, arrestationibus et molestis quomodolibet inferendis cessantibus penitus et ammotis. Semel tantum presentibus nostris litteris valituris. Datum in nostro ducali palatio die VIII februarii, indictione prima, MCCCCLXVII.

Commemoriali XV. 107., u mlet. arkivu.

CCCCXXIII. God. 1468. 13. veljače, u Mletcih.

Buduć umro Skendrbeg, republika odpravlja nadbiskupa dračkoga, i odredjuje sve što je trebovalo, da se Skendrbegova država obrani, kad bi na nju Turci napali.

MCCCCLXVII. die 13 februarii. Sicut per litteras vicerectoris nostri Dyrachii intelligitur, mortuus est magnificus quondam Scandarbegus, ob cuius obitum universa illa provincia in magno tumultu et trepidatione est constituta; unde necessarium est providendum conservationi tam locorum prefati quondam domini Scandarbegi quam nostrorum; propterea vadit pars, quod cum omni possibili celeritate expediatur hinc, et in provinciam illam redeat reverendus dominus archiepiscopus Dyrachii, qui apud nos diu stetit orator nomine prefati quondam domini Scandarbegi, et est persona multum prudens et nobis statuique nostro fidelis et devota; habet preterea, et apud uxorem et filium ceterosque tam familiares quam subditos prefati quondam domini Scandarbegi creditum et auctoritatem, cuius presentia et consilio sperandum est, res illas facilius dirigi et stabiliri posse. Et quoniam reverenda paternitas sua habere debet, ut asserit, a nostro dominio ducatos circa 220, captum sit, quod denarii predicti eidem domino archiepiscopo dari debeant, et bonis verbis hortetur, ut alacriter vadat et operetur, sicut est consuetus, quoniam dominium nostrum erga eum utetur gratuitate, et ita ut laborum et fidelium operationum suarum merito poterit contentari.

Et scribatur viro nobili Francisco Capello, qui profectus est provisor noster ad illas partes, ut aceleret navigationem suam omni cura et diligentia, et pretermissis locis et partibus inferioribus, Alexium et Dyrachium se conferat, ubi sit cum uxore et filio prefati quondam domini Scandarbegi, et utendo medio et opera prefati domini archiepiscopi, studeat omni cura et diligentia, ut tam civitas Croye, quam quecumque alia loca existentia in fide conserventur, et in manus Turcorum non deveniant, et ea, que deviassent, redeant ad obedientiam; circa quam rem dentur eidem provisori illa mandata et illi ordines, qui collegio videbuntur cum omni ostentatione et effectuali operatione protegendi et conservandi loca eadem sub nomine filii suprascripti condam domini Scandarbegi omnibus viribus nostri dominii, et non secus ac propria loca nostra.

Inter cetera vero committatur eidem provisori, ut habita collatione cum suprascripto domino archiepiscopo, si intellexerint, loca eadem et

subditos sub devotione filii suprascripti condam domini conservari non posse, et periculum imminere, ut in manus Turchorum deveniant, et sub nostro nomine et dominio posse melius tueri, et si qui iam deviassent, facilius reduci sint cum uxore et filio eiusdem condam domini, et illos certificent, quod pacatis rebus dominatio nostra illis omnia eorum loca restituet, sed pro presenti, ut eorum rebus melius consulatur, contenti esse velint, ut nomine nostri dominii loca ipsa teneantur et gubernentur. Et si quam ipsi exegerint huius nostre promissionis certitudinem et declarationem, provisor ipse illam eis faciat, sed illos hortetur, ut omnia secreta pro proprio eorum commodo teneant.

Captum preterea sit, quod mitti debeant ad illas partes quanto citius tempus id patietur illi equites, qui fuerunt societatis condam domini Caroli de Gonzaga, qui sunt in Foroiulio, et ultra eos suppleatur usque ad numerum equitum centum in totum, sicut collegio videbitur.

Mittantur preterea quamprimum pedites ducentos et ballistarii ac sclopeterii centum sub illis comestabilibus et capitibus, qui videbuntur collegio, et pecunie ad id necessarie accipiantur de omni loco et officio et de deposito, unde prius haberi poterunt. Et supplere collegium possit usque ad numerum peditum sexcentorum in totum, provideatque de loco, unde solutiones sue de tempore in tempus haberi possint, ut contenti serviant; et quantum per collegium fuerit deliberatum circa huiusmodi solutiones, ita sit firmum et validum, ac si in hoc consilio captum esset.

Deliberatum preterea sit, ut mittantur ad illas partes staria triamillia frumenti ad ordinem provisoris nostri tam pro usu gentium quam pro munitione fortiliciorum, sicut per collegium ordinabitur.

Mandetur preterea capitaneo nostro generali maris, ut Dirachium et in Albaniam quamprimum mittere debeat galeas tres pro hortamine tam civitatis illius nostre quam universe illius provincie, et mittat ex galeis venetis.

Et cum advisatione huiusmodi deliberationis provisionum, et cum illis ordinibus, qui collegio utiliores visi fuerint, expediatur hinc suprascriptus dominus archiepiscopus ita, ut cras, si possibile fuerit, hinc discedat.

Et scribatur ac mandetur viro nobili Joanni Matheo Contareno provisori Scutari, ut non obstante alio mandato nostro illinc non discedat, sed gubernationis illius civitatis nostre diligenter et vigilanter attendat, donec ad regimen suum redierit vir nobilis Leonardus Boldus, qui ad portam se contulit pro materia pacis, et de die in diem nos de omni rerum successu faciat certiores. De parte 124, de non 0, non sinceri 1.

Secreta cons. rogat. vol. XXIII. c. 94., u mlet. arkivu.

CCCCXXIV. God. 1468. 17. veljače, u Mletcih.

Nalaže se knezu kotorskomu, neka povrati imanja i druga dobra onim bjednikom, kojim su oteta bila u vrieme rata sa Crnoevićem, i neka medju nje razdjeli 25 perpera.

1467. die XVII februarii. In tota provincia a Cataro usque Antibarum soli pauperes fideles nostri homines ville Lastue in hac postrema novitate Johannis Cernoevich et rebellione Pastrovichiorum reliquorumque quo-

rumcumque in territorio predicto in fide remanserunt, unde a ceteris Pastrovichiis rebellibus in predam positi fuerunt, et bestiaminibus, bladis et ceteris bonis suis ablatis, incensis domibus, vineis incisis, tandem de propriis possessionibus deturbati et pulsi fuere. Et ad presentiam dominii confugientes, supplicarunt humiliter, subveniri nunc presertim, quando res ille passate sunt, et provincia ad nostram est reducta obedientiam. Propterea vadit pars, quod auctoritate huius consilii scribatur et mandetur comiti nostro Catari, ut homines antedictos, qui ex domibus et possessionibus suis expulsi fuissent, in illas reduci faciat, provideatque et efficiat, quod sine cuiusvis oppressione et vi teneant pacifice, gaudeant et fruantur id, quod suum est, et ad eos iure pertinet; ministretque idem comes hominibus antedictis et eorum cuilibet ius summarium et expeditum contra predatores bestiaminum, bladorum ceterarumque rerum et bonorum suorum, cogatque illos ad restitutionem sive satisfactionem, prout ipse comes iustum et honestum iudicaverit.

Preterea ut fidei et laborum suorum prefati pauperes fructum aliquem senciant, dentur eis iperpera vigintiquinque in anno de provisione per cameram nostram Catari de illismet iperperis, que pro singulis domibus solvunt quotannis nostro dominio. Que xxv iperpera distribuantur equaliliter inter ipsos omnes, ita ut omnes participent, et non sint alii potiores sive prestantiores in hoc beneficio sed equales omnes.

Et sic scribatur et mandetur comiti nostro Catari et successoribus suis, quod observent et faciant observari. De parte 74, de non 2, non sinceri 2.

Senato Mar. vol. VIII. c. 161 tergo, u mlet. arkivu.

CCCCXXV. God. 1468. 2. ožujka, u Mletcih.

Poslaniku u Ugarskoj u poslu primirja sa Turci.

MCCCCLXVIII. die II maii. Ser Francisco Diedo doctori oratori nostro ad serenissimum dominum regem Hungarie. Ex litteris vestris intelleximus quecunque ad nos scripsistis de tempore in tempus de rebus secutis et practicatis istic, et presertim circa negotium indutiarum cum oratoribus Turci pro maiestate ipsa regia et nobis, et qualiter practica ista non habuerat effectum, sed eo ventum erat, ut nuntius regius iret ad portam Turci, et de successu rei daretur nobis noticia; et ita in expectatione sumus intelligendi, quid actum erit. Nos vero, ut qui de omnibus practicis nostris continue voluimus, ut regia celsitudo fieret certior, notum vobis facimus, quod cum temptati fuissemus per hos menses proximos ab ipso Turco variis viis et presertim per Alexium Spanum ex Albania, ut deveniremus ad tractatum pacis seu indutiarum; et considerantibus nobis ob conditiones Italie ac rerum christianarum, nos solos esse insimul cum ista regia maiestate, qui sustinebamus vim omnem et molem tam gravissimi belli quinquenio iam elapso, et ultra visum fuit non negligere huiusmodi requisitionem, sed mittere nobilem virum Leonardum Boldu designatum comitem et capitaneum nostrum Scutari ad portam Turci, habita prius fidepublica. Qui quidem Leonardus, licet constitutus ad presentiam Turci, egisset de ipsis indutiis optinendis pro maiestate regia et nobis, sicuti continue fecimus, tamen post aliquot dies persistente Turco

in solita sua pertinatia atque insolentia, pro eo, quod querebat aliqua contra securitatem rei publice christiane, abiit, et ad preturam suam Scutarensem se contulit re infecta. De qua quidem re volumus et cum nostro consilio rogatorum mandamus vobis, ut notitiam dare debeatis maiestati regie, nec videtur nobis aliud dicendum esse, quam ut attendatur et sollicitetur exitus practice, que istinc cepta est. Et ita instabitis apud regiam maiestatem, ut insimul pro sua regia celsitudine et nobis deveniatur ad finem dictarum induciarum. Non enim dubitamus, quin impresentiarum ipse Turcus tanto faciliorem et promptionem se exhibeat ad hanc rem, quanto opinione sna celerius intelliget, pacem omnino conclusam esse inter nos et potentatus Italie, sublatis omnibus suspicionibus belli italici. Que res auxiliante deo secuta est Rome, et pronuntiata pax per beatitudinem summi pontificis die xxv aprilis proximi hoc est die festo sancti Marci evangeliste protectoris nostri, oratoribus omnium potentatuum ac nostris intervenientibus atque consentientibus. Cuius quidem optatissimi nuntii participem facietis regiam maiestatem. De parte 144, de non 5, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum vol. XXIII. c. 108., u mlet. arkivu.

CCCCXXVI. God. 1468. 28. ožujka, u Mletcih.

Primljeno u vieću hvarskomu, da se postavi sudac u Starom Gradu.

Ex libro consiliorum nobilium Lesine tempore magnifici domini Bernardi Cicogna olim honorandi comitis Phare ad cartas 112.

Die 28 martii 1468. Magnificus dominus comes in eodem consilio: visto la importunità et senestro de i poveri homini, che per quattro soldi vieno alla terra a rason, mette per parte, che sia fatto uno zudexe a Città Vechia per tutti li casali, lo qual possa tegnir rason et zudegar per sino a soldi 40. et non più; reservando l'appellation ad esso misser lo conte; et abbia de salario come ha uno de zudesi della città; et sia tegnudo d'andar ogni settimana per le ville, cum hoc che non sia in pregiuditio dele libertade et autorità de i giudici della terra così in Città Vecchia come nelli casali et tutto el distretto a poter giudicar; lo qual giudice sia obbligato alla condition di quello di Lissa. Capta fuit per ballottas 44, non obstantibus 23 in contrarium et duobus non sinceris videlicet ser Nicolai quondam ser Petri et Catherini quondam ser Duymi, qui assentire et ballottare noluerunt huic parti.

Ex actis sub titulo: „Informazione prodotta a S. E. il conte di Goess" u zadar. arkivu.

CCCCXXVII. God. 1468. 1. svibnja, u Mletcih.

Predstojnikom Zadra, da proglase sklopljeni mir u Italiji.

Pro pace Italie. Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Antonio Venerio de suo mandato comiti et Joanni Mauroceno capitaneo Jadre, fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Ut nobiscum pariter letari et gaudere possitis, vobis significamus, summum pontificem festo die s. Marci evangeliste accerimi propu-

gnatoris et protectoris nostri pacem inter potentias lige et illum capitaneum Bartholomeum de Colionibus, in qua nos quoque pro una ex principalibus partibus assensimus nominari palam pronuntiasse, eamque ab omnibus libenti animo admissam atque amplexatam fuisse. Volumus igitur et mandamus vobis, ut pacem predictam publicari facere debeatis, faciendo fieri falodias et alia similia, que in simili re ad expressionem gaudii et leticie fieri consuetum est. Data in nostro ducali palatio die primo maii, indictione prima, 1468. Recepta x maii hora xxi. Publicata solemniter sono tubete xi maii 1468.

Ducali e terminazioni II. c. 179. retro, u zadar. arkivu.

CCCCXXVIII. God. 1468. 3. lipnja, u Mletcih.

Nalaže se vrhovnomu kapetanu na moru, neka udari na Turke, pošto jih kuga jako oslabila, a sultan u Asiji boravi.

MCCCCLXVIII. die III iunii. Ser Jacobo Lauredano procuratori sancti Marci capitaneo generali maris.

Nunquam iuditio omnium opportunius et accomodatius tempus fuit accipiendi aliquam expeditionem contra Turcum accerrimum fidei nostre hostem, quam impresentiarum est. Divinitus enim oblata est occasio hoc tempore, quo ultra malas conditiones locorum suorum, et presertim causa pestis, abest in Asia in regionibus longinquis et distantibus, unde non est rediturus nisi post multos dies et menses, preterquam quod omnis exercitus suus redibit male conditionatus, ut est verisimile. Et proinde sperantes in clementia omnipotentis dei, ac freti vestra virtute et experientia, volumus et cum nostro consilio rogatorum vobis mandamus, ut in dei nomine receptis xx mille ducatis, quos vobis mittimus, et facta collatione atque communicatione cum provisore nostro Amoree; ac etiam audito comite Mechra fidelissimo nostro, atque reliquis aliis, qui vobis videbuntur, deliberare debeatis accipere aliquam expeditionem seu impresiam, quam honorabiliorem et necessariorem esse iudicaveritis. Et pro votiva executione rei accipere debeatis, si vobis videbitur, tam ex insula nostra Crete, quam Corphoy et aliis nostris locis orientis illum numerum hominum et preparamentorum, que necessaria existimabitis. Item volumus, quod de predictis xx. mille ducatis ultra stratiotores, quos habemus in Amorea, una cum provisore nostro Amoree conducere debeatis de aliis ita ut in totum ascendant usque ad numerum II. mille stratiotorum ex strenuioribus, quia pro informatione, quam habemus, facile usque ad dictum numerum haberi poterunt in Amorea. Denotando insuper vobis, quod deliberavimus mittere cum celeritate in Amoream pedites CCCC. sub tribus seu quatuor strenuis comestabilibus, qui sint pro rebus gerendis et securitate locorum nostrorum.

Et ita captum sit, et scribatur ac mandetur nobili viro ser Jacobo Venerio capitaneo ad culfum, ut relictis duabus triremibus, que sibi videbuntur, pro tutela locorum nostrorum Albanie et executione rerum commissarum, cum reliquis navigare debeat ad inveniendum capitaneum nostrum generalem maris, et standum ad eius obedientiam. De parte 108, de non 2, non sinceri 1.

Secreta cons. rogat. vol. XXIII. c. 116., u mlet. arkivu.

CCCCXXIX. God. 1468. 24. lipnja, u Obrovcu.

Unaša se u javne knjige zadarska izprava prodaje zemalja učinjena od Karla kneza korbavskoga svomu podaniku Ivanu Benkoviću kastelanu Zvonigrada. Te su zemlje ležale u području zadarskom.

Pro nobile Joanne Bencovich castellano Svonigradi. Magnifico ac clarissimo domino comiti suprascripto (Antonio Venerio comiti Jadre). Nobilis vir ser Joannes Bencovich castellanus Svonigradi presentavit literas binas magnifici comitis Caruli Corbavie cum quodam privilegio publico cum bulla pendenti emptionis quarumdam terrarum ab ipso magnifico comite Carulo, petens, literas ipsas cum privilegio predicto ad futurorum memoriam et sui cautellam registrari, ac in tenutam induci et possessionem dictarum terrarum, que in agro Jadrensi sunt posite. Cui requistioni annuentes, ipse magnificus dominus comes iussit literas ipsas ac privilegium registrari, nec non et in possessionem induci ad sui cautellam. Quarum literarum et privilegii tenor est talis, videlicet:

Spectabilis et magnifice domine amiceque nobilis plurimum honorande. Vestra noverit magnificencia, quod nos pro quibusdam nostris magnis negotiis nostras possessiones cum quadam terra Franulonschyna vocata Johanni Benchovich familiari nostro pro ducatis centum vendidimus, quas quidem litteras petimus vestre magnificencie confirmaretis. Scripta in castro nostro Hobrovaz in festo beati Johannis Baptiste sub anno domini MCCCCLXVIII. Charolus Corbavie comes.

A tergo. Spectabili ac magnifico domino Antonio Venerio comiti Jadre domino et . . . est . . . in omnibus.

Spectabilis ac magnifice domine amice noster honorande post salutem. Notificamus magnificencie vestre, quod nos in anno preterito proxime quasdam possessiones et portiones nostras possessionarie universas in villa Ternonu vocata districtus dominationis vestre de Jadra, ad nos iure proprio et hereditario pertinens, nobili et egregio viro Johanni Benchonoich dicto de Plavno pro quadam summa pecunie vigore certarum litterarum nostrarum sub appensione sigilli nostri exinde confectorum venddidimus et obligavimus, supplicando igitur magnificenciam vestram secundum iuris medelam et consuetudinem dominationis vestre in resignamento sibi pro maiori evidentia ponere, ipsumque in easdem firmum reddere dignemini. Valete. Ex Comicho, feria tertia proxima ad festum nativitatis beate virginis gloriose, anno etc. MCCCCLX nono. Carolus comes Corbavie etc.

A tergo: Spectabili ac magnifico domino Antonio Venerio comiti Jadre amico suo honorando.

Nos Charolus Corbavie comes etc. Notum facimus omnibus et singulis universis quibus expedit, quod nos pro quibusdam nostris necessitatibus nobis ad presens ingentibus aegregio ac nobili viro Johane Benconich de Tucarichi fidele nostro et dilecto confitemur habuisse et in prompta et numerata manualiter recepisse ducatos centum auri in auro boni, iusti ac legalis ponderis, pro quibus quidem ducatis centum universas nostras portiones possessionarias in villa nostra Ternono existentium in districtu Jadre ac etiam illas terras, que vocantur Franouschyna penes Ternono habitam nos in divisione a magnifico viro Paulo fratre nostro seniore similiter comite Corbavie suggestas cum omnibus singulis et universis

earumdem posessionum spectanciis et pertinenciis, scilicet terris cultis et incultis, agris, pratis, paludibus, fenetibus, pascuis, nemoribus, rubetibus, montibus, vallibus, aquis et aquarum decursibus, molendinis molendinorumque locis, vineis vinearumque permontolis ad easdem de iure et consuetudine spectantibus et pertinentibus singulisque limitibus et confinibus prefato Johanni Bencovich (sic) suisque heredibus et successoribus universis pro premissa summa pecunie iure perpetuo nobilitatis titulo vendidimus, imo vendimus, nil pro nobis aut nostris heredibus vel successoribus in premissis reservando, sed omne ius et proprietatem in prefatum Johanem suosque heredes et successores transtulendo, dando eisdem plenam potestatem de prefatis porcionibus possessionariis dandi, donandi, vendendi, pignorandi ac pro anima et corpore deliberandi ad libitum eorumdem voluntatis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes nostras litteras pendenti sigillo nostro munitas duximus concedendas. Datum in castro nostro Hobrovaz in festo beati Johannis Baptiste sub anno domini MCCCCLXVIII.

XXII. februarii. Ad instantiam suprascripti nobilis Joannis Bencovich castellani Svonigradi retulit Blasius Caballarius, se mandato magnifici comitis ultrascripti personaliter precepisse Paulo Damianich laboratori terrarum suprascriptarum in villa Ternovi (sic), quod decetero vigore literarum et privilegii suprascripti magnifici comitis Caruli debeat respondere fructus, introitus et proventus dictarum terrarum suprascripto Joanni Bencovich, in quem dominium et proprietatem earum terrarum transtulit ipse magnificus comes Carulus, quem Joannem cognoscat in dominum et patronum secundum formam literarum predictarum et privilegii.

„Ducali e terminazioni“ II. 182—183., u zadar. arkivu.

CCCCXXX. God. 1468. 24. lipnja, u Mletcih.

Zakon proti klerikom prve strižnje radi njihove razkalašenosti.

Die 24 iunii 1468. in rogatis. Introducta est quedam pessima corruptella in hac civitate et in omnibus aliquis terris et locis nostris, que omnem iustitie administrande viam claudit, aperit et patefacit omnem campum committendorum scelerum cum maximo populorum scandalo et periculo tumultus et seditionis et procul dubio cum singulari offensione sanctissimi dei nostri, sub cuius sanctissimi et metuendissimi nominis pretextu improbi et scelerati omnes sequuntur et liberantur a penis, quas quotidie infinitis excessibus merentur, nam omnes non solum cives sed etiam stipendiarii et ipsi rustici fieri faciunt se clericos a prima tonsura, et non obstante habitu laicali, quo induti palam incedunt sine ulla tonsura, et non obstantibus diversis eorum artibus et exercitiis diversissimis et alienatissimis a vita clericali et uxoribus filiisque, quos multi eorum habent, cedes, furta, sacrilegia et omnifacias improbitates et scelera committentes pro clericis deffenduntur, et si una cum aliis deprehenduntur, puniuntur alii, et ipsi liberantur, stant et versantur in occulis nostris et rectorum nostrorum et populorum cum magno dominii nostri dedecore et contumelia, cui corruptelle remedium est adhibendum. Propterea vadit pars, quod omnes tales, qui per lapsum huiusmodi scelera commiserunt,

et pretextu prime tonsure sunt deffensi, et ibi quorum crimina recentia sunt, et eorum accusationes ir manibus presentium officialium et rectorum nostrorum, et nunc auctoritate huius consilii banniti intelligantur et sint ex hac civitate et reliquis omnibus terris et locis nostris tam terrestribus quam maritimis, quos exivisse teneantur infra dies quindecim, et si non obediverint vel postea in eos reddiderint, tractentur in personis et bonis eorum pro rebellibus status nostri, et ubique locorum interfici et offendi impune possint a quibuscunque. Et teneantur officiales in hac civitate et rectores omnium terrarum et locorum nostrorum semper, quando aliquis similis casus occurrerit, bonna huiusmodi improborum notari facere in executione huiusmodi deliberationis ad successorum memoriam, et ut, si non obedire aut redire in dictiones nostras presumpserint, tractentur pro rebellibus; et si interficientur aut offendantur, interfectores et offensores nullo subiaceant periculo punitionis. Et publicatur presens pars super scallis s. Marci et Rialti, et in omnibus terris et locis nostris tam a parte terre quam a parte maris. Antonius de Ubertis ducalis notarius.

Prepis u mlet. arkivu.

CCCCXXXI. God. 1468. 23. srpnja, u Mletcih.

Radi nesloge obstojeće medju braćom kneza senjskoga, Turci često provaljuju u one strane, robe i pale. Šalje se poslanik, da jih pomiri.

1468. 23 iulii. Quoniam ut habetur nostrorum literis, hi fratres domini Segne non vivunt invicem fraterne, immo discordie et controversie sunt inter eos, quamobrem factum est, ut Turci excursionem fecerint in illas partes, omnemque regionem illam depopulati sint abducta secum ingenti preda hominum et armentorum. Et quum perfacile accidere posset, quod ob discordiam et dissensionem predictorum fratruum loca illa pervenirent in manus Turcorum, quod esset manifesto periculo statui nostro; vadit pars, quod subito in collegio per scrutinium eligatur unus orator ad prefatos dominos, qui vadat, quando ei mandabitur per dominium, et habeat illam commissionem, que ei dabitur per collegium. Ducat secum unum notarium cancellerie nostre cum uno famulo, et habeat ultra dictum notarium et eius famulum quatuor famulos, qui numerus famulorum augeri non possit sub pena ducatorum centum. + 99 — 1 — 1. Electus ser Nicolaus Michael doctor.

Senato Mar. lib. VIII., u mlet. arkivu.

CCCCXXXII. God. 1468. 12. rujna, u Komiću.

Korbavski knez Pavao obdaruje imanjem Ivana Gusića radi stečenih zasluga u boju i drugako.

Nos Paulus Corbavie etc. comes. Memorie commendamus tenere presentium sygnificantes quibus expedit universis, quod cum nos recensentes premeritis multimodis et gratuitis obsequiis fidelis nostri dilecti Ivani Gusich dicti de Jedrathinavas, quibus ipse nobis a multis temporibus in quampluribus locis opportunis non parcendo rebus neque persone suis

suorumque famulorum non sine sanguinis effusione studuit et satagit complacere, quorum intuitu licet laciori dono dignus foret remunerandus, sed in aliqualem suorum obsequiorum recompensam unam sortem terre nostre hereditarie in villa nostra Tersetiane nuncupata in provincia Lieche in confinibus Jadre, in quo sedet quidem iobagio Priboan nuncupatus fundoque predicto ac universis et singulis premisse sortis terre spectanciis et pertinenciis, silicet terris cultis et incultis, pratis, fenetis, paludibus, nemoribus, rebetis, gaya, aquis aquarumque decursibus, molendinis molendinorumque locis, vineis vinearumque promontoriis, campis, pascuis, montibus, vallibus, lapidibus, edificiis universisque utilitatibus et proventibus ad eadem sorte terre quovis nominis vocabulo vocitatis, de iure et consuetudine spectantibus et pertinentibus, prefato Ivano Gusich suisque heredibus heredumque universis successoribus dedimus, donavimus et contulimus, ymmo damus, donamus et contulimus, iure proprio perpetuoque nobilitatis titulo, nil pro nobis aut nostris successoribus de premissis reservando, sed omne ius et proprietatem in prefatum Ivanum Gusich suosque successores transtulendo, dando eidem ac eisdem plenam potestatem gaudendi, usufructuandi, dandi, donandi, alienandi, vendendi, inpignorandi ac pro anima et corpore transtulendi ad libitum sue ac suorum voluntatem. Data in castro nostro Comich feria secunda proxima post festum nativitatis virginis gloriose anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo.

Ducali e terminazioni. II. c. 181., u zadar. arkivu.

CCCCXXXIII. God. 1468. 15. rujna, u Mletcih.

Predlog, da se radi navala turskih pošalje providur u Dalmaciju i nješto vojske.

MCCCCLXVIII. die XV septembris. Quo in statu reperiantur res nostre in Dalmatia, facile ex litteris lectis in hoc consilio de novis et predis Turcorum potuit intelligi, et necessarium sit providere, vadit pars, quod per scruptinium in hoc consilio eligi debeat unus noster provisor Dalmatie cum salario, modis, conditionibus, stricturis, auctoritate et familia, quibus electus fuit provisor Albanie, et vadat cum illa commissione, que sibi dabitur per hoc consilium.

Et nunc captum sit, quod per collegium mittantur ad dictam provinciam Dalmatie equites CC. et pedites CCCC. sub illis comestabilibus et ductore, qui videbuntur collegio.

Et insuper scribatur et mandetur universis et singulis rectoribus nostris Dalmatie, quod facere debeant incontinenti descriptionem illius maioris numeri gentium tam equestrium quam pedestrium territorii sui, qui exerceri possint, et ad omnem necessitatem presto esse et obedire provisori nostro. De parte 31.

Secreta cons. rogat. vol. XXIII. c. 131., u mlet. arkivu.

CCCCXXXIV. God. 1468. 15. rujna, u Mletcih.

Buduć je papa dozvolio Mletčanom, da samo jednu crkvenu desetinu poberu, Mletčani ga mole i za drugu.

MCCCCLXVIII. die XV septembris. Summo pontifici. Solita devotione ac filiali observantia nostra breve sanctitatis vestre datum die secundo presentis accepimus super duabus decimis, quas vestra beatitudo, quot annis ab ecclesiasticis exigendas nobis alias concessit. Quo breve sanctitas vestra dicit: se iccirco ipsas duas decimas concessisse, ut Turcus ex Albania, quo tunc irruperat, pelleretur. Nunc vero cum Turcus ipse longe absit ab his regionibus, una tantum decima contentos esse nos debere. Profecto beatissime pater tam et si Turcus in remotis regionibus abfuerit, tante sunt eius opes, atque vires, ut non tamen desinerit vexare et lacerare populum christianum ubicumque ei collibitum fuit. Nam, ut ad vestre beatitudinis aures pervenisse non dubitamus, Turci gentes hoc tempore Andros ingresse, illius gentis atque insule dominum crudelissime trucidarunt, et depopulata ac direpta universa urbe, ingentem secum numerum animarum abduxerunt. Superioribus etiam diebus ad Segnam usque, proxime autem ad Jadram, fores scilicet Italie, multa millia Turcorum excucurrerunt, et quod miserabile dictu est, omnia ferro igneque vastarunt, incredibilemque predam abegerunt pecorum et animarum. Quamobrem nobis, quibus notissima est Turci incredibilis potentia, continue fuit estque necesse magnam facere impensam, et contra eius robur quottidie magis augere vires nostras, cum ut loca nostra tueremur, tum ut obstaremus, ne ipse maiora damna maioresque calamitates atque excidia christianis inferret. Quod certe si nos eius conatibus non obstantissemus obstaremusque continue, quis dubitat, quod Turcus, subiugata debellataque universa Grecia, iam in Italiam non transisset, signaque ibi sua explicasset? Quod cum ita sit, beatissime pater maiore pecuniarum subsidio opus est nobis, nec una dumtaxat decima posset ullo pacto sufficere maximis necessariisque expensis, quas hac tempestate in hoc christianissimo, sanctissimo et saluberrimo incepto contra Turcos, quod nos soli omnium christianorum suscepimus, et constantissime sustinemus, facere oportet. Et proinde ad vestram beatitudinem confugimus, devotissime et studiosissime supplicantes, ut cum alias sanctitas vestra pro singulari benignitate atque munificentia duas decimas quot annis ab ecclesiasticis exigendas nobis concesserit, dignetur quoque hoc tempore assentiri atque mandare, ut non tantum nona, verum etiam decima decima ab ecclesiasticis exigantur, ut cum his et aliis pecuniis nostris hoc tempore, quo sumus commonefacti, crudelissimum hostem christiani nominis Turcum aut Constantinopolim rediisse, aut non procul inde abesse, facere valeamus debitos et necessarios apparatus ad utilitatem et beneficium totius christianitatis. At si forte vestra sanctitas, quod minime nobis persuadere possimus, rem hanc non minus certe honestam quam necessariam nobis concedere nollet, ut scilicet has duas nonam et decimam decimam a clero liceat exigere, nihil dubitamus, quod laici, cum viderint ecclesiasticos, qui primi omnium esse debent ad exponendas nonmodo fortunas verum etiam propriam vitam pro defensione fidei et religionis nostre, non solvere predictas decimas, ipsi quoque se se difficiles prestabunt, et

recusabunt impendere decimas, que eis per nos imponentur. Itaque iterum atque iterum instantissime et devotissime supplicamus beatitudini vestre, ut pro ingenita sua bonitate atque clementia honestissimo et maximo necessario voto ac desiderio nostro pro universali commodo et beneficio christianitatis satisfacere dignetur, atque iniungere reverendo domino abbati sancti Gregorii, ut ab ecclesiasticis has duas decimas impresentia curet exigendas. Et quod alias fecit, beatitudo vestra dignetur nobis concedere duas decimas ab ecclesiasticis singulo quoque anno exigendas. Quod profecto in tanto negotio et tanta necessitate nostra minimum etiam quidam erit.

Captumque sit, quod mittantur exemplum harum litterarum ad reverendissimum dominum cardinalem sancti Marci, scribaturque ei, ut sollicitet cito habere responsionem ab summo pontifice. Item scribatur in efficaci forma de negotio patriarche. De parte 96, de non 12, non sinceri 1.

Secreta cons. rog. vol. XXIII. c. 134., u mlet. arkivu.

CCCCXXXV. God. 1468. 8. listopada, u Mletcih.

Mletčani zahvaljuju se papi na to, što jim dozvolio dvie desetine; a mole ga, da jim dopusti izvažati hranu iz Marke za bojne svrhe.

mcccclxviii. die viii octobris. Summo pontifici. Cum ante hac multipliciter, tum presertim hoc tempore, clarissime intelligitur incredibilis cura et studium sanctitatis vestre reipublice christiane propugnande, siquidem lecto breve sanctitatis vestre, quod omni veneratione nuper accepimus, plane cognovimus, quam liberaliter et benigne vestra beatitudo annuit postulatis nostris, concessitque exactionem binarum decimarum in subsidium gravissimi belli, quod adversum Turcos fidei christiane hostes soli sustinemus. Agimus sanctitati vestre magnas gratias, et eo maiores, quo solita sua paterna charitate verbis gravissimis et consolatur nos, et non tam clementiam divine pietatis, quam opem sue bonitatis non defuturam pollicetur. Et certe utroque hoc remedio hac tempestate eget christianitas; tedet miseretque referre cedes, rapinas et inauditas credulitates, quas nuper ultra predam abactam ex agro nostro hiadertino, immanissimi Turci in agro Crovatie ad Scardonam usque excursantes igni et ferro omnia vastantes intulerunt, sicuti ex introcluso exemplo litterarum comitis nostri Sibinici sanctitas vestra inspicere poterit. Petimus suppliciter, ut beatitudo vestra in hac rerum facie in tanta vicinitate periculi opem et salutaria remedia afferre christianitati sue dignetur. Non contentus insolentissimus hostis Grecie et Epiri desolatione, Dalmatiam Dalmatieque littora invadere et omnino exinanire contendit. Quo scilicet expeditior et securior Italiam impetere possit, sanctitas vestra, ut sapientissima intelligit, quid opus facto sit, preterquam aliud dicamus scribamusve, aut attentius urgeamus. Ad extremum quantum pertinet ad exactionem dictarum decimarum, iam modum dedimus cum reverendo domino abbate sancti Gregorii. Nec est ut beatitudo vestra dubitet, quin omnia fiant omni moderatione. Sicque curabitur ipsa exactio, ut vestra sanctitas

intelliget, clericos benigne et non duriter aut aspere tractatum Iri. Restat ad hec, ut cum prospiciendum nobis sit classi et copiis nostris transmarinis, ne panis eis desit; presertim cum laborent summa necessitate rei frumentarie, supplicemus, ut sanctitas vestra morem gerere nobis dignetur et concedere tractam saltem vi mille salinarum tritici ex Marchia, et erit ad cetera beneficia sua in rem publicam christianam pergratum et necessarium. Captum quoque sit, quod scribatur reverendissimo domino cardinali sancti Marci, et mittatur sibi exemplum dictarum litterarum, orando, ut negotio tracte predicte exorare nobis placeat. De parte 139, de non 1, non sinceri 0.

Secreta cons. rogat. vol. XXIII. c. 137., u mlet. arkivu.

CCCCXXXVI. God. 1468. 17. studenoga, u Mletcih.

Primljeno u vieću, da se pošalje poslanik Ivanu knezu korbavskomu radi nasilja počinjena proti Mletčanom.

1468. die xvii novembris. Necessarium est omnino, quod propter novitates comitis Joannis de Corbavia, qui ultra capturam Nicolai Catellani infestus est territorio nostro Jadrensi, intelligatur, quemadmodum secum vivendum et vicinandum sit. Et proinde vadit pars, quod per collegium eligatur et mittatur unus noster nobilis orator ad prefatum comitem Johannem cum illa commissione et familia, que videbitur collegio. De parte 141, de non 5, non sinceri 1.

Senato Mar. vol. VIII. c. 189., u mlet. arkivu.

CCCCXXXVII. God. 1468. 25. studenoga, u Zadru.

Pogodba medju predstojnici Zadra i knezom Ivanom korbavskim glede odpusta njekih uzapćenika.

Capitula conclusa per magnificos dominos rectores Jadre cum magnifico comite Joanne Corbavie. In Christi nomine amen. Cum nonnulle differentie secute fuissent his proximis diebus elapsis propter casum retentionis seu capture spectabilis domini Nicolai Catellani de Fortebraciis armorum ductoris, qui Clycevatii carcere detinetur, ex qua causa multi domini et oratores eorum experti sunt eas componere: tandem cum oratores magnifici comiti Joannis de Corbavia, spectabilis scilicet eques dominus Gregorius Popovich ac nobiles dominus Joannes Ixacich castellanus Cliçevatii ac Paulus Mirxich sub literis credentialibus prefati magnifici domini comitis Joannis et nomine suo multa superinde exposuissent ad presentiam magnificorum ac clarissimorum dominorum Antonii Venerio comitis et Marci Cornario capitanei generalis Jadre pro illustrissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum, dicti nobiles oratores cum prefatis magnificis dominis rectoribus pro quiete et pacifico statu subditorum illustrissimi dominii et ipsius magnifici comitis Joannis ad infrascriptas compositiones, capitula, unionem et benivolentiam insimul pervenerunt, videlicet:

1. Oratores antedicti nomine prefati magnifici Joannis promiserunt et obtulerunt libere relaxare illustrissimo dominio nostro Venetiarum et

predictis magnificis dominis rectoribus suo nomine recipientibus spectabilem dominum Nicolaum Catellanum cum omnibus bonis et rebus suis ablatis, que reperiuntur.

2. Promiserunt relaxari facere omnes illos, qui cum ipso spectabili domino Nicolao capti et carcerati fuerunt cum rebus suis ut supra, et similiter relaxare seu relaxari facere illos omnes de districtu Aurane, qui Cliçevatii in carceribus detinentur libere.

3. Quod si magnificus dominus comes Joannes Venetias ad illustrissimum dominium nostrum mittere suos voluerit oratores ad postulandum dono et gratia quemdam istic Jadre carceribus detrusum pro casu Marci Cray, quod suspendatur executio sententie contra eum, et quod prefati magnifici rectores Jadre scribere teneantur literas suas favorabiles atque propitias illustrissimo dominio nostro pro obtinenda et consequenda gratia donationis suprascripti carcerati, et etiam suos exhibeant favores, quod differentie componantur veteres. Verum si id ab illustrissimo dominio nostro Venetiarum impetrari et obtineri non posset, quia forte sua excellencia gratiam ipsam impartiri nolet, quod tunc prefati magnifici domini rectores teneantur et obligati sint remittere ad carceres prefati magnifici comitis Joannis Corbavie omnes illos, qui cum ipso spectabili domino Nicolao capti et relaxati fuerunt, et similiter remittantur illi de districtu Aurane, qui etiam ad presens carceribus includuntur Clicevatii, et omnia tunc sint in eo statu et esse, quibus nunc sunt, hoc salvo, quod in omni casu idem spectabilis dominus Nicolaus liber remaneat, neque ad carceres remitti debeat etiam si aliquo casu predicta ab illustrissimo dominio non obtinerentur.

4. Quod scripture et processus formate et formatus contra servitores et subditos domini comitis Joannis pro casu ser Dominici Perusich et suprascripti spectabilis domini Nicolai Catellani aboleantur, cancellentur et annullentur, et ita habeantur, ut si nunquam facte et formate fuissent. Et similiter aboleantur scripture et processus facte et facti Clicevatii contra subditos illustrissimi dominii nostri dictis de causis. Item aboleatur processus factus pro equo Gregorii Diclich, non intelligendo tamen scripturas et processum Marci Cray.

5. Quod de damnis factis tempore regiminis prefati domini comitis et pro toto tempore dicti sui regiminis videantur, cognoscantur ac terminentur per prefatum magnificum dominum comitem aut capitaneum et suprascriptum nobilem dominum Joannem Ixacich vel nuntium suum legitimum seu magnifici comitis Joannis antedicti, et quidquid per ipsos factum fuerit, firmum permaneat. Hoc idem intelligatur de rebus, que deficere viderentur hinc inde pro casu dicti spectabilis domini Nicolai Catellani.

6. De damnis vero preteritis et factis ante dictum regimen remaneant in dispositione illustrissimi dominii nostri Veneciarum ac magnifici domini comitis Joannis ad cognoscendum et declarandum prout excellencie sue visum fuerit per suam serenitatem, auditis oratoribus magnifici comitis Joannis predicti.

7. Si occurreret in futurum aliqua discordia vel scandalum inter subditos illustrissimi dominii nostri ac magnifici comitis Joannis, quod nec per magnificos rectores Jadre presentes et futuros neque per magnificum

comitem Joannem antedictum aut castellanos suos presentes et futuros aliqua fides non adhibeatur committentibus dicta scandala vel discordias, sed scribatur primo per magnificos dominos rectores Jadre magnifico comiti Joanni vel officialibus suis, et e contra, ut pacifice re intellecta humanius pertractetur ac componatur. Hoc autem factum est, ut perpetuo sit quies, pax et concordium inter subditos antedictos, et ne ex predictorum causa discordia, rixa aut perturbatio aliqua in futurum possit oriri.

Actum Jadre in cancellaria magnifici domini comitis antedicti die xxv novembris MCCCCLXVIII. Et ad maiorem efficatiam et observantiam predictorum prefati ch. domini rectores Jadre sigillis suis et similiter dicti spectabiles oratores predicta capitula roborarunt, presentibus spectabili domino Francisco Aurio dignissimo camerario, ser Joanni de Calcina ac ser Petro Venturini interprete et aliis. Laus Deo.

„Ducali e terminazioni" II. c. 70., u zadar. arkivu.

CCCCXXXVIII. God. 1468. 30. studenoga, u Komiću.

Paval korbavski knez daruje Ivanu Guciću pok. Ivana od Jedratinavca njeki svoj skup zemalja radi zasluga stečenih u bojevih i drugako na korist istoga kneza.

Nos Paulus comes Corbavie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis etc. Nos considerantes multimodis fidelibus et fidelium servitiorum gratuitis meritis et sinceris complacentiis fidelis nostri nobilis Ivani filii q. Joannis Gucich diti de Jedrathynaviaz generationis Mogoravich primum tam per prefatum q. Joannem bone memorie predecessorem et patrem seu genitorem eiusdem nobilis Ivani, qui in nostris expeditionibus exercitualibus pro honore et comodo nostro adversus emulos hostes et devastores dominii nostri lateri nostro adherendo viriliterque pugnando necem obtinuisse comuniterque et idem Ivan maxima cum sanguinis sui effusione non parcendo rebus et persone suis, locis et temporibus opportunis similiter exercituando et pro honore nostro laborando exhibitis et impensis, pro quibusquidem multo maioribus donis meretur premiari, sed tum in aliqualem recompensam eorumdem quandam unam integram nostram sortem terre in possessione seu villa Paprachane vocata districtus Hyadre, super quam pro tunc quidem Nicula Cheruaievich residentiam habebat, cum universis et singulis eiusdem iuribus, utilitatibus et pertinentiis, terris videlicet cultis et incultis, silvis, nemoribus, pratis, pascuis, fenetis, campis, montibus, collibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, arboribus fructiferis et silvestribus, aquis aquarumque decursibus et venationibus et generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus ad eandem sortem terre spectantibus et pertinentibus prefato Ivani filio q. Joannis Gucich suisque heredibus et successoribus aut posteritatibus universis dedimus, donavimus et contulimus, ymo damus, donamus, conferimus perpetue et irrevocabiliter habendi, tenendi, possidendi, usufructuandi, obligandi, vendendi, pro anima et corpore disponendi ad libitum voluntatis, nil iuris aut proprietatis nobis in eadem sorte terre reservando, sed penitus manus nostras de eadem excipiendo. In cuius rei evidentiam perpetuamque firmitatem pre-

fato Ivano suisque heredibus et successoribus ac posteritatibus presentes cum appensione sigili nostri soliti duximus concedendum. Date in Comich in festo beati Andree apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo etc.

Ducali e terminazioni II. c. 180., u zadar. arkivu.

CCCCXXXIX. God. 1468. 12. prosinca, u Mletcih.

Daje se Zadranom vojnička pripomoć proti navalam turskim, i nalaže se knezu pažkomu, da primi Zadrane u grad u vrieme kuge.

MCCCCLXVIII. die XII decembris. Comparuerunt coram dominio oratores fidelissime communitatis nostre Jadre, et exposito magno proxime accepto a Turcis detrimento et maximo etiam futurorum damnorum et cladis totius illius territorii nostri, nisi debite provisiones fiant, devotissime supplicarunt, ut de bono numero equitum et peditum providere illi civitati dignemur non solum pro defendenda urbe, sed etiam pro arcendis Turchorum populationibus, quod fieri posse affirmant habendo in civitate et in Laurana sufficientem numerum equorum, qui equi ex Laurana favori et auxilio etiam esse poterunt territorio nostro Sibenici. Supplicarunt preterea, ut castellum quoddam vocatum Nadinum, ab aliquo tempore citra dirruptum, in confinibus illius territorii instaurari faciamus, quoniam ob situm et commoditatem illius maxime tutelle territorii esse poterit. Iccirco vadit pars, quod ad civitatem predictam Jadre mitti debeant equi a CL. usque ducentos, qui collegio videbuntur, et usque pedites centum. Et de instauratione castelli predicti scribatur rectoribus nostris Jadre, qui dominium nostrum diligenter informent de situ et conditione ac importantia castelli predicti, de impensa, modo et tempore, quibus instaurari posset, et si instaurandum eis videbitur vel non, et rationes scribant, que illos movent in utraque deliberatione, ut habita informatione sua, opportune providere et deliberare possimus.

Ceterum exposuerunt oratores ipsi, quod quando occurrit, ut in civitate illa sit aliqua infectio pestis, per comitem nostrum Pagi et per illos cives Pagenses excludunt penitus cives ipsos Jadrenses ab civitate et insula illa, prohibenturque non solum illic se recipere et stare, sed etiam modo semel accedere ad visitationem, procurationem salinarum et vinearum et possessionum suarum cum multa duricia et insolentia, quam erga peregrinos servari esset inhumanum. Et quamvis dominium super hoc alias scripserit eidem comiti, nil tamen profuit Et supplicant, ut mandare dignemur, quod in tali casu, quando cives ipsi steterint extra civitatem et loca infecta per dies quadraginta, et id sacramento affirmarent, permittere per comitem et Pagenses debeant ire Pagum, et stare ad rerum suarum procurationem et ad eorum libitum, ut in domibus et possessionibus suis, et ut non minus chari subditi nostri dominii, quam sint ipsi Pagenses; que petitio iusta est et honesta. Iccirco captum sit quod auctoritate huius consilii scribatur et mandetur comiti presenti Pagi et successoribus suis, ut occurrente casu infectionis pestis, in predicta civitate nostra Jadre, postquam cives illius steterint extra et in loco non infecto per dies quadraginta, et ita sacramento affirmaverint, permittant

illos Pagum accedere, et stare pro libito, sub pena ducatorum centum in suis propriis bonis, totiens quotiens contrafecerint, quos exigant advocatores sine alio consilio. Et huiusmodi nostrum devetum et voluntatem declarent Pagensibus, ut molestiorem ipsis Jadratinis esse desinant in tali casu. De parte 136, de non 1, non sinceri 5.

Secreta cons. rogat. vol. XXIII. c. 150., u mlet. arkivu.

CCCCXXXX. God. 1468. 12. prosinca, u Mletcih.

Pošto je šibenički kotar uništen bio od Turaka, šalje mu se vojnička pomoć i drugo.

MCCCCLXVIII. die XII decembris. Comparuerunt coram dominio nostro oratores fidelissime comunitatis nostre Sibenici et exposita clade proxime accepta a Turcis in illo territorio nostro, que maxima est, et illius fere dici potest calamitas et dessolatio, nisi per nos opportune provideatur. Supplicarunt, ut ad civitatem illam mittere dignaremur pedites quingentos et equites saltem centum, et nonnullas preterea munitiones necessarias. Item quod nonnulli muri fabricarentur necessarii ad custodiam et tutellam agri illius, quorum impensa potest ascendere ad summam ducatorum CCC. Quibus nostris fidelibus complacendum et succurrendum est, providendumque, ut territorium illud, incolis et cultoribus evacuatum, reimpleri possit et conservari imposterum ab huiusmodi Turchorum invasionibus; vadit pars, quod mitti debeant ad illam civitatem nostram pedites CCC. sub illis comestabilibus, qui dominio videbuntur, et equites centum, qui per dominium deliberabuntur. Item mittantur ille munitiones, quas collegium mittendas deliberaverit. Et insuper captum sit, quod muri illi fabricari debeant ad impensas nostri dominii, pro quibus expendi possint et debeant ducatos CCC. eo modo et forma, que per collegium fuerit ordinata, ut muri ipsi cum effectu et quanto celerius potest fabricentur.

Ceterum supplicarunt oratores predicti, ut cum de omni eorum sale, quem extrahunt per viam maris, solvere dominio nostro teneantur ducatos decem pro quolibet, et habeant terminum ad solvendum menses sex, qui terminus est multum brevis et incomodissimus eisdem civibus, quamvis salem suum, si vendere volunt, oportet eum dare ad terminum sive baratum rerum, ex quibus cum magna difficultate et temporis longitudine denarios extrahunt. Et supplicarunt habere terminum solvendarum tractarum predictarum annorum quinque vel saltem tres. Et habita diligenti informatione, intelligatur prorogationem huiusmodi termini nostro dominio utilem potiusquam damnosam fore, quoniam maior quantitas salis expedietur mediante huiusmodi commoditate; et illis nostris fidelibus in tot suis adversitatibus alicuius suffragii et emolumenti erit; propterea vadit pars, quod sicut habebant terminum ad solvendum tractas supradictas menses sex, ita imposterum habeant annos duos cum bonis fideiussionibus iuxta consuetum. Et duret penes ordo et prorogatio annis quinque, ut per effectum illius fructus intelligatur. De parte 124, de non 12, non sinceri 6.

Secreta cons. rogat. vol. XXIII. c. 151., u mlet. arkivu.

*

CCCCXXXXI. God. 1468. 18. prosinca, u Mletcih.

Po poslaniku svom gledaju Mletčani, da slože medju sobom knezove senjske i korbavske proti Turčinu.

1468. die XVIII. decembris. Relatione viri nobilis Nicolai Michael doctoris, qui rediit orator ex partibus Segne, intelligitur manifestissime, Turcos facillime posse in provintiam nostram Hystrie irrumpere. Et nisi provideatur, venient procul dubio, et ex improviso aggredientes provinciam illam, abducent predam hominum ingentissimam. Memoravitque idem nobilis pro unico remedio huiusmodi periculi declinandi, quod detur opera concordandi simul illos magnificos comites Segne cum comitibus Corbavie, quoniam si uniti et concordes fuerint, non poterunt Turci ita facile superare angustos passus illorum, et venire in provinciam nostram predictam. Et nihil est ommittendum pro facienda huiusmodi concordia. Propterea vadit pars, quod eligi debeat per scruptinium in hoc consilio unus orator noster ad utrosque comites predictos pro queritanda et tractanda concordia antedicta cum illa commissione, que ei dabitur per hoc consilium, et cum expensa et familia, quam habuit idem ser Nicolaus. De parte 119, de non 8, non sinceri 2.

Die VII ianuarii. Electus ser Jacobus de Medio, qui refutavit cum pena. Postea electus ser Nicolaus Michael doctor, et acceptavit.

Senato Mar. vol. VIII. c. 193., u mlet. arkivu.

CCCCXXXXII. God. 1469. 7. siečnja, u Mletcih.

Poslanik, izabran da podje u Korbavsku, nije se mogao odreći te časti pod kaznom od 100 dukata.

1468. die septimo ianuarii. Quod orator eligendus in hoc consilio ad magnificos dominos Corbavie recusare non possit sub pena ducatorum centum in suis bonis exigenda per advocatores sine alio consilio. De parte 96, de non 0, non sinceri 2.

Senato Mar. vol. VIII. c. 194. t., u mlet. arkivu.

CCCCXXXXIII. God. 1468. 28. prosinca, u Mletcih.

Izgon Franovaca bosanskoga vikarijata iz Dalmacije.

Quod fratres vicariatus Bossine baniantur de Dalmatia. Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Antonio Venerio de suo mandato comiti et Marco Cornario capitaneo Jadre, et . . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Credebamus et ita pro certo tenebamus, quod fratres s. Francisci vicariatus Bossine, de quibus totiens et vos ad nos nosque ad vos scripsimus, eorum vita moresque sunt nobis suspectissimi et statui nostro Dalmatie periculosissimi, iam in executione mandatorum nostrorum ammoti istinc et licentiati fuissent, ita ut desinerent amplius versari et manere in locis nostris Dalmatie, sed ut videre videmur et certo nuper didicimus, nihil factum est, cum ipsi fratres maneant, sicut antea, et in libertate sua sit moliri, que volunt. De qua re non parum mirati sumus, nec

facere possumus, quin doleamus de tanta negligentia mandatorum nostrorum. Et proinde perseverantes in pristino nostro proposito et intentione, ut dicti fratres vicariatus Bossine ammoveantur atque licentientur, mandamus vobis efficacissime, ut si ad hanc diem factum non est, dare operam et providere penitus debeatis, et dicti omnes fratres Bossinenses et presertim frater Marinus de Corzula et frater Franciscus Slatarich, qui sunt capita huius ut dicamus secte, licentiare et omnino ammovere debeatis e locis et terris nostris Dalmatie, ita ut versari et manere amplius non habeant in monasteriis et ecclesiis positis sub regimine isto vestro, sed eant atque emigrent alio terrarum; commonefaciendo eos, ut ullo pacto non revertantur. In quibus quidem monasteriis et ecclesiis manere debeant, et ita facere debeatis, fratres vicariatus Dalmatie, qui sunt viri probate vite fideique et nobis gratissimi. In primis autem advertatis diligenter, ut calices, paramenta et alia ornamenta ecclesiarum non auferantur per dictos Bossinenses, sed remaneant in monasteriis et ecclesiis ad cultum divinum. Datum in nostro ducali palatio die XXVIII decembris, indictione secunda, 1468. Recepta die XVI ianuarii 1469.

„Ducali e terminazioni“ II, c. 69., u zadar. arkivu.

CCCCXXXXIV. God. 1469. 12. siečnja, u Mletcih.

Mletčani zahvaljuju se poslanikom ugarskoga kralja, koj sklapajuć savez sa aragonskim kraljem, ostavio mjesto i za njih.

MCCCCLXVIII. die XII ianuarii. Quod oratoribus serenissimi domini regis Hungarie respondeatur: Vidisse nos magnificencias suas alacri animo et respectu serenissimi domini regis, qui illos misit, et respectu personarum suarum, quorum utrique exigentibus dignitatibus suis magnopere afficimur. Intellexisse preterea causam legationis eorum, et vidisse formam illam capitulorum, intelligentie contrahende cum serenissimo rege Ferdinando, in qua facta est illa reservatio et exceptio summi pontificis, serenissimi domini imperatoris et nostri. Cognovimus preterea, quantum oratores ipsi nobis dixerunt de constanti mente et proposito regie maiestatis non derogandi antique et mutue nostre benivolentie et confederationi pro aliqua nova amicicia. Et demum, quod si nobis aliquid addendum, mutandum vel reformandum videretur, id faceremus etc. Ad que omnia respondentes, dicimus, omnia ipsa nobis gratissima et iocundissima fuisse, utpote plena regie benivolentie et amoris erga nos, et quantum possumus regie sublimitati regratiamur, et pro humana et liberali nobiscum comunicatione facta et pro inserta illa conditione et exceptione, et pro regia mente et dispositione perseverandi nobiscum in benivolentia et confederatione, que utrique nostrum magnam affert reputationem et commoditatem. Gratias preterea agimus regie celsitudini pro humanissima oblatione, ut addamus et corrigamus etc. Et dicimus non videri nobis necessarium aliquid addere vel mutare, quoniam quantum necessarium erat ad commodum lige et confederationis nostre, sapientissime ab illius maiestate consideratum esse animadvertimus. Et sic certissimi reddimur, maiestatem ipsam cum effectu esse perseveraturam, et magnificencias ipsorum oratorum regia mandata obedituros et observaturos, ut asserunt, adhibiturosque

in hac parte omnem advertentiam. Et eiusdem animi constantisque propositi sumus erga regiam sublimitatem suam perpetuandi intelligentiam et confederationem nostram cum ea et non solum conservandi illa, sed etiam augendi illius vires ad comunem reputationem et beneficium utriusque nostrum. De parte 114, de non 5, non sinceri 4.

Secreta cons. rogat. vol. XXIII. c. 156., u mlet. arkivu.

CCCCXXXXV. God. 1469. 13. siečnja, u Zadru.

Šalje se Hvaranom za podkneza sin umrvšega kneza.

Electio vice comitis Lesine. Consilio et nobilibus Lesine. Egregii amici carissimi. Ben che per la morte del quondam spetabile miser Augustin Rayner conte vostro, la qual ne fo molestissima, per esser sta homo dabene et degno havessiamo de . . . . . altramente Nondimeno considerando le cose de li et como vanno et per vigor de li commandamenti de la nostra illustrissima signoria, che nui habiamo de qui et libertà attributane, provedendo, havemo electo vice conte vostro el spectabil meser Domenego Moresini fio de miser capitanio, el qual subito drieto questa barca vostra vignera al regimento de quel luoco. Unde vi comandamo, che al dicto spectabil miser Domenego debiate dar obedientia et fede come vice conte vostro cum ogni debita reverentia et fidelita fina che per la nostra illustrissima signoria sera provisto de novo conte. Jadre die XIII ianuarii 1468. Rectores Jadre.

„Ducali e terminazioni“ II. c. 176., u zadar. arkivu.

CCCCXXXXVI. God. 1469. 15. siečnja, u Mletcih.

Šalje se vladin tajnik iz Mletaka senjskim knezovom, da jih privede na medjusobni mir i obodri, složno sa korbavskimi knezovi, na obranu proti Turčinu, a da će jih u tom republika rado pomoći.

1468. 15 ianuarii. Commissio Ludovico secretario. Ibis Segnam et dices illis comitibus: „intellexisse nos incursiones proximis diebus a Turcis factas in territoria sua et predas hominum et animalium ablatas, que nobis pro paterno in eos amore et charitate molestissime fuerunt“; sed magis dolere nos periculum, in quo se reperiunt propter dissensionem, que est „inter eos, et inimicicia quam habent cum vicinis eorum comitibus Corbavie, hostibus anditum ad eorum oppressionem faciliorem expeditioremque reddit“. Cuius causa mittitur orator, ut provideat de necessitatibus opportunis. Senia est sine munitionibus et presidio „tum quia natura loci et conditione murorum paucitatem incolentium et pavore omnium derelicta quodammodo esse videtur, et illa ab hostibus, quod absit, occupata, actum de omni illorum dominio posset merito existimari.“ Ideo prompti sumus ipsis offerre necessaria pro conservatione illorum status, sicuti quesiverunt; sed quia nunc habemus expensas magnas, mittant subito ambasciatorem ad papam, ad deprecandum subsidia et reliqua, et ambasciator noster ibi sustinebit apud papam illorum preces. + 149 — 0 — 0.

Secreta cons. rogat. lib. XXIII., u mlet. arkivu.

CCCCXXXXVII. God. 1469. 15. siečnja, u Mletcih.

Republika po svom poslaniku bodri papu, neka pruži pomoć Hrvatskoj, koja ju prešno trebuje.

1468. 15 ianuarii. Francisco Sanuto oratori veneto apud papam. Sicut scitis „immanissimus christiani nominis Turchus post regni Bossine stragem et ruinam, statum ducis Stefani eadem expeditione subvertit, et occupavit postea banatum Citine, et universam Croatiam frequentibus incursionibus et predis exinanivit. Corbaviam depopulatus est; in Dalmatiam usque descendit, et territoria nostra Jadre et Sibinici ex improviso adortus, ingentem illis proximis diebus cladem intulit. Postremo in ditionem usque comitum Segne penetravit, ferro cuncta ignique vastando, et tantum terrorem atque adeo pavorem omnibus incussit, ut non amplius de predis dubitetur, quum parum extra munitiones opidorum restat, quod hostes predare possint, sed de ipsis opidis et de salute propria ab omnibus vehementissime hesitetur. Inter cetera vero civitas Segne, ingressus profecto et porta Italie, evidentissimo discrimini subiacet, ut ab hostibus occupetur.“ Exponete omnia papae, eumque rogate, ut quamprimum succurrat illis populis, qui sunt ad confines Italie, ut possint obstare inimico, ne transeat in Italiam.

Secreta consilii rogatorum lib. XXIII., u mlet. arkivu.

CCCCXXXXVIII. God. 1469. 17. siečnja, u Storobiću.

U poslu razmirice radi granica kod Vrane medju republikom i Hrvatskom.

mccccLxviii. prima indictione die xvii ianuarii. Pro confinibus apud villam Storobichii et villam Usanizam. . . . illustrissimos dominos Antonium Venerio dignissimum comitem et Joannem Maurecenum prefectum dignissimum civitatis Jadre pro serenissimo ducali dominio Venetiarum ad componendas non nullas confinium differentias cum nobile et spectabili viro domino Joanne Ixacich castellano Clicevacii, que emerxerant occasione quorumdam animalium ablatorum per datiarios Aurane super territorio et infra confinia illustrissimi dominii nostri Venetiarum subtus quandam stratam seu carizatam existentem super villam Storobichii districtus Aurane et territorii Jadre, videlicet inter dictam villam et alteram vocatam Usaniza districtus Ostrovicie, et non nullorum aliorum animalium acceptorum per Jacobum Mladincich vice castellanum Clicevacii et abductorum e nostris et citra confine nostrum et terminos de super villam Cubliane agri Jadrensis, tendentes versus aquilonem. Missi fuissent nobiles Jadertini ser Gregorius Tetrico, ser Benedictus Gallellus et ser Nicolaus de Begna, cum quibus et ego Petrus Antonius de Azono Patavinus et prefati insignis domini comitis cancellarius suo iussu profectus eram cum libertate pro conservatione iurium confiniumque antedicti illustrissimi dominii ac quiete et pacifico statu subditorum suorum differentias predictas componendi. Ad quas paccandas accesserat voluntas et intentio ipsius nobilis castellani Clicevacii nomine comitis Joannis Corbavie, cuius castellani literis magnifici domini rectores antedicti ad predicta provocati et moti erant hac solum causa, ut confines vetustissimi territorii Jadre

paterent amplissime; quos subditi prefati comitis Joannis Corbavie et alii districtus Ostrovicie sepissime turbare conabantur contra quietum, continuum ac pacificum possessum dicti territorii Aurane, districtus Jadre confiniumque suorum cum damno ac ingenti discrimine subditorum serenissimi nostri dominii Venetiarum. Super quibus quidem differentiis et potissimum super illa de supra villam Cubliane equitavimus. Cumque die lune xviii presentis disputatum fuisset superinde per suprascriptum vice castellanum, nobilibus suis astantibus ser Petro Paladinich suprascripti domini comitis Corbavie consiliario, Stefano Rucich, Georgio Marinich, Joanne Banich et multis aliis de confinio predicto, differentia nulla reperta est, cum per se apertissime constet versus aquillonem. Sequenti autem die videlicet martis xviiii huius cum in burgo Aurane convenisset suprascriptus nobilis Joannes castellanus cum nobilibus suis prenominatis, Rotella Catimario ac multis aliis, et disputantes circa confinia suprascripta Scorobichii cum dictis nobilibus Jadertinis, confessus fuit et ceteri sui ibidem astantes, et potissimum dictus Rotella Catimarius amplissime, oblato confinium predictorum designio per ambas partes approbato, quod via seu carizata suprascripta, que sclavonice Colnich appellatur, inter villas antedictas fuit semper, est et erat verum rectumque et antiquum confine, dividens territorium illustrissimi dominii Venetiarum a territorio Ostrovicie, sicque continuo et tenta fuerat et habita realiter et sponte affirmantes, sed animalia eorum fuerunt accepta de super dictam stratam versus transversam super confinio sui territorii; utque ita constaret, stare volebant sacramento infrascriptorum quatuor, qui tunc ad dicta animalia accipienda accesserant. Nam si dicto in loco animalia antedicta accepta fuerunt, sibi iure restituenda requirebant. Si vero de subtus stratam super territorio *illustrissimi dominii Venetiarum,* de munere et gratia restituenda quoque supplicabant. Concludens, tandem ambe partes circa dictos fines Aurane assenserunt, ut in literis rectoribus Jadre, prout gestum erat, in forma describeretur infrascripta sic, quod pro partium voluntate executum est. Quarum literarum exemplaria hic inferius per me cancellarium suprascriptum pro dictorum confinium declaratione, nec non et literarum spectabilis domini castellani Aurane, exequendo literas magnificorum dominorum rectorum predictorum, sic partibus requirentibus ad perpetuam futurorum memoriam hoc in volumine registrari et anotari iusserunt.

Magnifici ac generosi domini singularissimi. Domenega de sera zonzessimo al tramontar del sol a Laurana, et subito spazassimo un messo al castellan de Clicevaz, che la matina fo luni 18 se ritrovasse ala villa a Cubliane, che li nui videssimo la differentia de le cavre ultimamente tolte. Unde la matina al ora constituta se ritrovassimo al dicto luogo cum piu de persone 200 de li nostri in ordene, et li stagando vene ser Piero Paladinich et el visconte de Clicevaç cum alguni altri suo nobeli cum cavalli circa 30, et li disputata la differentia del luoco, dove fono tolte le cavre za restituite. Trovassemo si per li nostri de Laurana como per li soi, che quelle cavre erano sta tolte fuora del nostro destrecto et territorio visto el dicto confin in quel luoco et da le parte confermado et ratificado. Et facto questo volendo vegnir ala secunda de le piegore tolte per ser Zuan Petrico, resposene el dicto visconte, non haver di

questo liberta a parlargem, et cusi non possendo pervegnir ad altro fine, facta colation su la campagna de confecti et bon vino cum taze, che nui havevimo portate, tolessimo licentia et vegnissemo a Laurana cum disposition de vegnir questa matina a Zara. Ma cerca hore quatro de nocte, essendo parte de nostri andata a dormir, vene da nui Zuan Banich cum el cancellier del castellan de Clicevaç insieme cum Stipan Rucich, et per parti del dicto castellan ne disse, che lui voleva esser a parlamento cum nui questo matina, et che glie dissiamo el luogo, dove haveva a convegnir, et nui glie deputassemo uno de li duy luogi, over qui a Laurana over a s. Elia. Parse a lui de vegnir a Laurana. Unde fossimo insieme, et facti molti parlari si de queste piegore como de tuti altri danni, ne rispose humanamente et cum bona disposition al parer, ma chel voleva, che le piegore prima fossino restituite, et poi de li altri danni. Le vostre magnificencie intenderiano, quanto el faria a satisfaction de li dicti; promettendo, che tuto quello lui facesse, el conte Zuane remagneria contento. Et finalmente strenzessimo la cosa ala dechiaration del confin predicto, che e una via, la qual parte quello de sora da Scorobichio fra la villa Usaniza et Scorobichio confesso el dicto castellan cum quelli zentilomeni erano li et il nobile prefato chiamato Rudella, che la dicta strata era vera et che apartien al dicto confin, ne in questo confin tengono differentia alguna, per che quello e vero secondo anchor el desegno monstrato li per nui del dicto confin, ma la differentia era, che dicevano li ditti esser sta tolti sora da la stra verso traversa sul suo confin, et nui dicevimo esser sta tolti su quel de la nostra illustrissima signoria sotto la via verso Quirina. Et di questo el dicto castellan fo contento star al sacramento de li quatro infrascripti subditi vostri se zuravano esser de sotto da la strata predicta nel vostro territorio domandava de gratia le vostre magnificencie li volesse far restituir le dicte piegore. Se veramente de sora nel suo, domanda quelle per iustitia, et su queste siamo romasi digando, che facta tal restitution de animali, le vostre magnificencie intenderano largamente quanto ali dani facti a vostri cum effectu satisfera. Unde pregiamo le vostre signorie ne scriva sel glie piace, che nui sacramentamo li dicti quatro homini, del sacramento de li quali se ne contentano, et zurando ad una via o al altra quello habiamo a far. El dicto castellano concluso in questo, ne partito cum speranza de presta resposta. Iterum pregiamo le vostre magnificencie ne scrivan presto, perche non se partiremo de qui fin tanto non habiamo la intention et deliberation de le vostre magnificentie, et anche sel par a quelle de darne quale modo et forma glie a scriver ordeni le vostre magnificentie como li piace. Speriamo forsi questo sera principio de restitution de ogni danno et anche de amor et bona visinanza insieme, che idio hora mai el faci per tanti affani et perturbation glie nascono.

Li nomi de coloro, che dieno esser sacramentati: Zuan da Fiorenza, Zuan Driscovich offitial, Greguor Stoianich et Greguor Lale becharo.

Scripte queste, perche no resta altro far qui cha sacramentar li quatro nominadi ne la litera, nui havemo deliberato ritornar a casa per non far tanta speza ala nostra illustrissima signoria, per che un solo molto ben puol satisfar a questo, et remagnera ser Benedecto Gallello. Datum Aurane die xviiii ianuarii 1468 hora xxii. raptissime.

Servitores vestrarum magnificentiarum Gregorius Tetricus, Benedictus Gallellus et Nicolaus de Begna.

A tergo: magnificis ac clarissimis dominis Antonio Venerio dignissimo comiti et Joanni Maureceno dignissimo capitaneo Jadre, dominis nostris singularissimis.

In Christi nomine MCCCCLXVII adi XXI zener in Laurana. Magnifici ac generosi tanquam patres honorandi. In questo zorno de comandamento de le magnificentie vostre ho examinado insieme cum ser Benedetto de Gallelli quelli quatro subditi nostri cum sacramento ne la capella de san Gregorio in castello sovra la crose de sancto Gregorio presente ser Stefano Rucichio et ser Zorzi Marinichio et Zuan Banichio mandadi per el castellan de Clizevaç ad essere al zuramento, et mostradoli sopra una carta el desegno del confin ai prenominadi, zoe ser Stefano Ruzichio et compagni, consenti, che de sotto dala carizada verso garbin era de la nostra illustrissima signoria. I quali nostri subditi zuro esser stato tolto el bestiame, che have hora uno anno ser Zuan Tetrico et compagni de sotto da la carizada sopra il territorio de la nostra illustrissima signoria infra i confini de Scorobichio et la villa de Vsaliza. El qual sagramento glie de per Zorzi prestaldo tolto per tute do le parte, che e capellan in questo borgo. Çercha le parte, che le vostre magnificencie dice ad esser restituiti quelli tal animali, questo al presente non se hanno possuto exequir, respecto che quelli animali non si trovan tuti, et etiam non si atrova qui. Le vostre magnificencie sera cum ser Benedeto, et intendera, come passa la cosa, et comandera sopra de cio quanto a quelle parera. A la qual assai me ricomando. I quali zoe ser Stefano Ruzichio et compagni prego ser Benedeto de Gallelli dovesse supplicar alle vostre magnificencie se degnasse a restituirli i sopradicti animali, non obstante che quelli siano sta tolti sopra il territorio de la nostra illustrissima signoria, e questo dimandava de singular gratia, açio questo sia cason et principio de assai ben et acordo. I sacramentati sono stadi Zuan de Fiorenza et Zuan Driscovichio ofitial, Greguor Stoianich et Griguor Lale, al qual sacramento ultra i prenominadi sono stadi Antonio Batifero contestabel et Zuan grando Bertonichio, Piero Bertonichio suo cusin et molti cussi nostri como suo.

Jacomo Rachatayapiera castellan de Laurana.

A tergo: magnificis ac generosis tanquam patribus honorandis dominis Antonio Venerio comiti et Joanni Mauroceno capitaneo Jadre dignissimis etc. Recepta XXII ianuarii 1468.

Restitutio de gratia animalium predictorum.

Memores magnifici domini rectores Jadre fidei et promissionum suarum, quas adversus omnes observare statuerunt, et maxime castellano Cliçevacii, quia sponte cum suis confessus fuit, animalia antedicta accepta fuisse super territorio illustrissimi dominii nostri, inclinati supplicationibus suis nobis suo nomine factis, ex humanitate et gratia spetiali animalia predicta modo ut prefertur accepta, que iure optimo nostra erant, libere sibi restitui ac relaxari voluerunt, scripseruntque castellano antedicto, ut illa mittat acceptum Aurane, existimantes potius bonam vicinitatem quam bona aliena.

Declaratio pro confinibus ultrascriptis. — Ultimo ianuarii 1468.

Stipaç Covacich habitator ville Vsalize inferioris districtus Ostrovicie etatis annorum nonaginta et ultra constitutus in cancellaria magnifici domini comitis Jadre et ad declarationem confinium ultrascriptorum existentium inter villam Scorobichii districtus Aurane territorii Jadre et villam Usanizam, que confinia dividit quedam via vocata Colnich sclavonice, latine vero carizata, et ostenso sibi designio dictorum confinium, ac delato sibi corporali sacramento super crucifixo more solito, et interogatus, quid scit de confinibus predictis, suo sacramento testificando dixit, examinante nobile viro ser Gregorio Tetrico consiliario mandato suprascripti magnifici domini comitis, nec non interogante circumspecto viro ser Petro Venturini publico interprete comunis, quod ipse testis et alii de dicta villa Usanize semper et a suo recordatu citra pasculaverunt, et similiter illi de Aurana et districtus pasculaverunt eorum animalia usque ad dictam viam Colnich, que continuo ut vidit pro antiquo confine habita fuit, et nunquam citra dictam viam pasculaverunt. Et similiter illi de Aurana et districtus pasculaverunt animalia sua usque ad dictam viam et non ultra versus villam predictam Vsavizam, et si pasculatum fuit per aliquam partium ultra et citra dictam viam, fuerunt pignorati. Interogatus, si aliquis de villa Usavize, qui pasculaverit citra dictam villam Colnich per illos de Aurana et districtus fuerunt pignorati, respondit, quod sic, quia multi fuerunt pignorati, et maxime ipse testis fuit pignoratus tribus vicibus in diversis temporibus, quia pasculaverat citra viam antedictam, et ultimo etiam fuit pignoratus, et accepta animalia sua per conductores incantus Aurane pasculantia citra viam predictam, et ita semper vidit observari per utramque partem de sua memoria, viamque predictam haberi et teneri pro vero et antiquo confine dividente territorium illustrissimi dominii Venetiarum a territorio Ostrovicie. Et aliud nescit. Super generalibus recte respondit. Prelectum et confirmatum.

Ego Petrus Antonius de Açono patavus suprascripti magnifici domini comitis cancellarius predicte examinationi diligenter assumpte presens fui, scripsi et relegi testi predicto, et in fidem me subscripsi.

Ducali e terminazioni II. c. 176—178., in archivio Jadrae.

CCCCII. God. 1469. 20. siečnja, u Mletcih.

Šalje se poslanik knezovom senjskim, da jih umiri.

mcccclxviii. die xx ianuarii. Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro Nicolao Michael doctori dilecto civi et fideli nostro, quod quanto citius potes hinc discedas, et te conferas orator noster ad magnificos dominos comites Segne, quibus presentatis litteris nostris credentialibus et factis de more salutationibus et oblationibus nostro nomine dicas et exponas, intellexisse nos incursiones proximis diebus factas per Turchos in ditiones eorum, et predas abactas, que molestissime nobis fuere. Et considerantes pericula, quibus universus status eorum subiacet, moti a paterna nostra in illos benivolentia et caritate, te ad illorum presentiam mittere constituimus, ut secum cogitationes nostras aperiamus, et illi tecum de suis cogitationibus conferre

possint, et ut deveniamur ad necessaria remedia pro salute et conservatione status eorum. Nam sicut per circumspectum secretarium nostrum Ludovicum Manenti illis dici et offeri fecimus, mittemus, si ita esse illis gratum intellexerimus, ad illorum civitatem Segne unum probum comestabilem nostrum cum societate sua pro illius custodia et conservatione, et alia quecunque faciemus, que necessaria et nobis possibilia fuerint. Sed quoniam inter cetera imprimis necessaria necessariissima existimamus, ut ipsi fratres inter se unanimes et concordes sint, et eorum rem comunem communiter procurent et salvare nitantur, et cum comitibus Corbavie, depositis odiis et rancoribus, amice se intelligant et vivant, tibi dedimus in mandatis, ut huiusmodi concordiam et intelligentiam inter illos procures, constituas et firmes, quoniam sicut ipsi pro eorum prudentia optime intelligunt dissensio et discordia inter se ipsos et cum vicinis eorum facillimum aditum et materiam prebet comuni inimico utrosque eos offendendi et territoria illorum propulsandi et dissipandi; quod non ita laxis habenis et ita inexplorate facere auderet, si cognosceret illos concordes et alteros ad alterorum defensionem et subsidia paratos pro viribus esse. Suadeas igitur et inducas comites antedictos ad huiusmodi concordiam. Et in Corbaviam ad comitem Joannem te conferas, faciendo illi similem expositionem et suasionem, et inter eos procura et effice, ut ad pacem, compositionem et intelligentiam mutuam pro defensione statuum suorum deveniant. Et utere pro votiva executione huius rei omni tua industria et solertia, et cum his et illis comitibus. Suadeas preterea et insta, quod si comites Segne non misissent ad tuum illuc appulsum oratorem sive nuntium suum ad pedes summi pontificis iuxta suasionem illis factam nomine nostro per Ludovicum Manenti, oratorem sive nuntium predictum mittant bene de eorum necessitatibus et periculis instructum, quoniam hoc existimamus fore optimum rebus suis remedium. Et de omni rerum illarum successus et conditionibus, et de Turcis quod ad illa confinia reperiuntur, deque eorum numero et progressibus nos in diem distincte advisa.

Ibis ad impensas nostri dominii, ducendo tecum famulos decem computato uno notario cum uno famulo.

Magnificus comes Joanes Vegle habet cum fratribus suis certas differentias, de quibus a nuntiis eius hic existentibus summes sufficientem informationem, et accipies copiam conventionis et pactorum inter se, et volumus, ut solicites et procures etiam inter eos bonam concordiam et observationem conventionis et pactorum suorum et remotionem cuiuscunque cause et materie discordiarum inter eos. De parte 100, de non 0, non sinceri 0.

Secreta consilii rogatorum vol. XXIII. c. 159., u mlet. arkivu.

CCCCL. God. 1469. 31. siečnja, u Mletcih.

Primljeno, da se pošalje u Šibenik čim prije 100 konjanika, koji su se nalazili tada u Frijulu.

MCCCCLXVIII. die ultimo ianuarii. Captum iam fuit in hoc consilio, quod mittantur Sibinicum equi centum sub aliquo strenuo ductore; cumque in Foroiulii reperiantur lanzee spezate societatis condam spectabilis Mel-

chioris de Imola, que sunt equi 129, et sunt aptissime, que mittantur Sibinicum; vadit pars, quod de dictis lanzeis spezatis accipi et deputari debeant equi centum utiles, quibus preficiatur caput et ductor nobilis vir Franciscus Mauroceno peritus in re militari, qui iam fuit gubernator dictarum lancearum in partibus Albanie, et expediantur cum celeritate, ut deliberatio huius consilii locum habeat. De parte 116, de non 18, non sinceri 0.

Secreta cons. rogat. vol. XXIII. c. 160., u mlet. arkivu.

CCCCLI. God. 1469. 9. veljače, u Mletcih.

Odgovara se Cesaru u poslu obrane proti Turčinu, i glede Ivana kneza krčkoga.

1468. 9 februarii m. v. Nobilibus deputatis imperatori. Laudent imperatorem, quia una cum papa convocare intendit Romam die prima octobris ambasciatores omnium potentatum ad stabiliendum ea, que necessaria sunt agendi contra Turcum. Sed sicut heri dictum fuit ipsi imperatori „immanissimus hostis Turchus non dormit, sed quotidie magis ac magis serpit et se insinuat in visera christianorum, adventavitque iam ad fines imperatorie sublimitatis sue ditione, namque pene tota comitum Segne in predam versa et exhausta, terre Fluminis appropinquavit, que si, quod deus avertat, immanissimus perveniret, facillime potest imperatoria sublimitas sua coniectura assequi, quanta irreparabilia damna imperatorie sublimitati sue et reliquis christianis finitimis sequerentur.“ Excitent ergo ipsum ad providendum securitati illius loci et aliorum in illis partibus, ut sint ad defensionem aliorum. „Et quum maiestas sua respondens herisero ad partem hanc provisionum faciendarum pro defensione et conservatione Fluminis, petiit posse extrahere miliaria x. salnitri emendi per eum suis pecuniis, respondeatur ad hoc nos esse contentissimos . . . De castellis occupatis per comitem Joannem Vegle dicatur, nos certe non intelligere materiam illam, neque aliquid scimus de huiusmodi occupatione. Sed quum ipse comes Joannes est hic, loquemur secum, et illum hortabimur ad remanendum cum sua sublimitate in concordia, et ad restituendum, si quid tenet pertinens ad imperatoriam sublimitatem suam. Et si comes ipse restituere castella illa non voluerit, ex nunc certificamus maiestatem suam, quod de castellis illis nullo modo nos impediemus, neque permittemus homines nostros se impedire. De castello Duini, de quo sublimitas sua petit, ut non impediamus neque per emptionem neque alio modo, respondeatur, quod in cunctis nobis possibilibus complacere celsitudini sue cupientes, sumus contenti non se impedire de loco illo. De scribendo in curiam et intercedendi pro reverendo domino archiepiscopo Spalatensi, ut obtineat a summo pontifice patriarchatum Aquilegensem, dicatur, quod in gratificationem cesaree maiestatis sue scribemus ad oratorem nostrum in favorem predicti domini archiepiscopi in forma convenienti et opportuna.“ + 136 — 15 — 17.

Secreta cons. rogatorum lib. XXIII., u mlet. arkivu.

CCCCLII. God. 1469. 27. veljače, u Mletcih.

Nalaže se pod kaznom knezu zadarskomu, koj se imao izabrati, da za dva mjeseca ima otići na svoje mjesto.

MCCCCLXVIII. die XXVI februarii. Quod comes Jadre de presenti eligendus in isto consilio, discedere teneatur infra terminum duorum mensium proxime futurorum; attento presertim, quod comes Jadre complevit regimen iam per ultra unum mensem elapsum. De parte 861, de non 36, non sinceri 6.

Maggior consiglio. Regina c. 79., u mlet. arkivu.

CCCCLIII. God. 1469. 28. veljače, u Mletcih.

Mletačko vieće obećaje poslanikom kneza Stjepana Frankopana, da će odmah odpraviti onamo svoga poslanika, koj će s njim ustanoviti način za obranu zemalja njegovih i njegove braće.

MCCCCLXVIII. die ultimo februarii. Quod oratoribus comitis Stephani de Frangepanibus ad ea, que dominio exposuerunt tam de intelligentia habenda cum reverendo domino episcopo Quinqueecclesiarum pro coercendis Turcis ab invasionibus et incursionibus, quas faciunt penitusque in dies facturi sunt, nisi resistatur, quam de sucursu ipsi comiti dando, ut principaliter civitatem Modrusie, tante importantie et momenti, quanta narratur, valeat defendere et conservare, et de oblationibus, quam de persona et gentibus, quas pro facultatibus secum habere potest etc. respondeatur.

Gratissimum nobis fuisse ipsorum oratorum adventum ad nos, et illos multum libenter audivisse, et intellexisse, non iam ob materiam et causam, ob quam venerunt, molestam ex se et infestam quanto plus esse posset, sed respectu persone domini eorum, quem uti filium diligimus. Et quoniam desiderantes nos conservationem status sui non secus ac debemus pro nostra in illum et fratres eorum paterna benivolentia, libentissime audivimus vias et modos ab eis propositos et memoratos huiusmodi conservationis. Et mittere Segnam deliberavimus unum oratorem nostrum, qui cum ipso comite et fratribus esse debeat, et data noticia suprascripto reverendo domino episcopo, aut secum conveniat, aut cum eius oratoribus, et de facienda cum reverenda paternitate sua nostro nomine intelligentia, deque adhibendis remediis ad retundendam reprimendamque hostium rabiem et tam vagam securamque illius populationem loquatur et tractet, quoniam dispositio nostra est omnia facere, que possibilia sint pro commodo omnium christianorum, et inter ceteros status rerumque ipsorum comitum, que periculo proximiores sunt impresentiarum. Poterit igitur idem comes Stefanus interim dare noticiam eidem reverendo domino episcopo de huiusmodi nostra dispositione, et secum ita se intelligere, quod applicante Segnam oratore nostro predicto, qui subito hinc discedet, aut cum reverenda paternitate sua, aut cum illius oratoribus in loco commodo et securo convenire posset.

De Modrusia et de aliis rebus ad materiam pertinentibus dabimus etiam mandata eidem nostro oratori essendi cum ipso comite Stefano et fratribus, et secum loquendi super huiusmodi rebus pro deveniendo ad

conclusionem et remedia opportuna. Et certa sit magnificencia sua, quod pro statu et rebus suis faciemus quantum pro statu et rebus nostris propriis, moti ab universali affectione nostra erga omnes christianos et a speciali antiqua et perpetua nostra in illorum progenitorum et ipsos fratres benivolentia et charitate. De parte 152, de non 1, non sinceri 0.

Secreta cons. rogat. vol. XXIII. c. 165., u mlet. arkivu.

CCCCLIV. God. 1469. 20. veljače, u Mletcih.

Odgovara se na molbe Vlatka vojvode sv. Save.

1468. ultimo februarii. Quod ad capitula, que illustris ducas Vlaticus sancte Save per oratores suos nostro dominio exhiberi fecit, respondeatur: Et primo ad primum, quo instat, provisionem per nos fieri de habendo deposito pecuniarum suarum, que sunt in manibus Raguseorum. Nos pro paterno nostro amore in excellentiam suam dispositos esse illius desiderio satisfacere, ut huiusmodi pecunias suas habeat; ideo committere statuimus capitaneo nostro generali maris, quod in itinere suo Ragusium divertat, illamque spectabilem comunitatem hortetur, instantissimeque requirat, ut eiusmodi depositi pecunias restituere velint, sicuti conveniens et debitum est. Et ita ex nunc captum sit, quod idem capitaneus Ragusium divertere debeat cum illo mandato, quod illi in hac parte dabitur. Ulterius, ut idem Ragusei intelligant, nos huiusmodi rem plurimi facere, illamque cordi habere, mittemus ad illos oratorem nostrum cum efficacissimo mandato ad requirendum et instandum, ut pecunias depositi ipsius, sicuti par est, restituant. In eaque re faciemus quicquid facere honeste poterimus, ut compos desiderii sui fiat, et cum pecuniis ipsis conservationi status sui prospicere queat, qui nobis non minus carus est quam proprius status noster.

Ad secundam vero partem, qua dicit, serenissimum Ferdinandum regem se requisivisse de permutandis castellis et locis suis, dicimus, licet cognoscamus, magnificentiam suam sapientissimam esse, ac per bene scire rebus suis consulere, tamen quia super hoc consilium nostrum requirere videtur, magnificentie sue opinionem nostram dicemus, que eiusmodi est, quod magnificentia sua velit castra et loca sua, que hereditario nomine possidet, conservare, nec certum pro incerto dimittere; de qua comunicatione nobiscum habita magnificentie sue gratias agimus, pro conservatione status eius semper optime dispositi erimus.

Ad alia vero capitula, quibus favores nostros pecuniarios requirere videtur tam pro defensione passus Narrente, ac ponenda custodia ad os Narrente pro impediendo cursu mercatorum Raguseorum, ac Turchorum et auferenda fantasia ipsis inimicis de fabricando aliquo fortilicio intra flumen Narrente, dicimus, quod rationes provisionis magnificentie sue videri diligenter faciemus, et quicquid inventum fuerit illam habere debere, curabimus illi dare facere, ut addito favore nostro optime intentioni sue comoditati ac saluti status sui prospicere queat, que quanto succedat, tanto magis pro nostra paterna affectione in suam magnificentiam placebit.

Ad ultimam vero partem, qua declarari requirit de veniendo ad nostri dominii presentiam dicimus, quod quamquam magnificentiam suam libenter

semper videremus, tamen quia conditiones temporum presentium, que ad bellum aptissime sunt, sciremus magnificentie sue paterne consulere pro nunc non venire, sed potius domi stare, ac defensioni et conservationi status sui, crudelissimis hostibus Turchis oppositi, sua diligentia ac magnanimitate perspicere. Et quando temporis comoditas aderit, et de passagio aliisque rebus, quas requirit, libenter providebimus, quum magnificentiam suam libenter semper, ut dicimus, videbimus, paterneque suscipiemus. De parte 120, de non 0, non sinceri 0.

Senato Mar. vol. VIII., u mlet. arkivu.

CCCCLV. God. 1469. 28. veljače, u Mletcih.

Daje se odgovor na molbe korbavskoga kneza.

1469. ult. febr. Misit ad nostrum dominium magnificus comes Corbavie oratores suos, requirentes et supplicantes, ut certa capitula inter magnificentiam suam ac rectores nostros Jadre, noviter facta, confirmare dignemur, donoque ac gratia relaxari facere illum captivum Jadre carceratum pro casu Marci Cralii etc. Item lites ac controversias veteres inter magnificentiam suam sive subditos suos ac nostros componi. Preterea, et pecuniis munitionibusque subveniri pro conservatione castrorum et locorum suorum.

Quamobrem vadit pars, quod eisdem oratoribus respondeatur. Et ad primam quidem partem confirmationis suprascriptorum capitulorum nos pro paterno amore nostro erga magnificentiam suam ei satisfacere esse contentos, eiuscemodique capitula approbare atque confirmare, illumque captivum in complacentiam magnificentie sue dono ac gratia de carceribus libere relaxari facere.

Ad secundam vero partem de veterum diferentiarum compositione, licet super illis oratores fidelissime comunitatis nostre Jadre audiverimus, tamen quia idem oratores dicunt superinde informationem necessariam non habere, esse contentos, quod rectores nostri Jadre illos audiant, definiant atque componant et exequantur, sicuti eis videbitur iustitie convenire. Reservata appellatione nostro dominio omnibus illis, qui se gravatos sentirent.

Ad terciam postremo partem pecuniarie subventionis dicimus, nos esse oratorem nostrum ad illum magnificum dominum immediate expedituros, qui habita cum illa magnificentia collocutione, intellectisque provisionibus opportunis, ac nostro dominio data informatione necessaria, providebitur postea sicuti rerum necessitatem expostulare videbitur. De munitionibus autem dicimus, esse quoque contentos ipsis oratoribus dari facere gratis ballistas xx azalinas, sclopetos xl, bombardellas quatuor, capsas x veretonorum, barilia xii pulveris a bombarda et a sclopeto octo, ut castra et loca sua conservari queant, infuturumque alias provisiones esse facturos, quas pro conservatione status sui oportere cognoverimus, cum illum proinde carum ac nostrum habeamus. De parte 106, de non 9, non sinceri 21.

Senato Mar. vol. VIII., u mlet. arkivu.

CCCCLVI. God. 1469. 2. ožujka, u Mletcih.

Predstojnici zadarski upućuju se o odgovoru danu poslanikom korbavskoga kneza, te neka se po tom vladaju.

Confirmatio capitulorum suprascriptorum. Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Nobilibus et sapientibus viris Antonio Venerio de suo mandato comiti et Marco Cornario capitaneo Jadre, fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Misit, uti scire debeatis, ad nostrum dominium magnificus comes Corbavie oratores suos, qui inter cetera nostro dominio supplicarunt, ut capitula inter illius magnificentiam et vos noviter facta confirmare dignemur, ac dono et gratia illum captivum istic pro casu Marci Crai carceribus mancipatum dimitti facere. Que quidem capitula omnia cum nostro consilio rogatorum approbavimus et confirmavimus, que ac tenore presentium approbamus et confirmamus. Ad partem autem suprascripti captivi, habita ratione ad temporum presentium conditiones, sumus contenti ac cum eodem consilio vobis mandamus, ut illum e carceribus relaxari ac in pristinam libertatem redigi libere faciatis. Et quia in eisdem capitulis erant capitula quedam super differentiarum veterum compositione, super quibus licet audiverimus oratores istius fidelissime comunitatis, tamen quia oratores eiusdem magnifici comitis responderunt, super illis plenam opportunamque informationem non habere, statuimus eiusce modi differentiarum compositionem diffinitionemque vobis committere, volentes vobisque cum suprascripto consilio mandantes, ut illas audire debeatis, auditasque decidere, sicuti iustitie et equitati vobis videbitur convenire, et sicuti pro solita diligentia et obedientia vestra vos cito et benefacturos confidimus. Reservata tamen ad nostrum dominium appellatione earum, si quis se gravatum sentiret. Data in nostro ducali palatio die secundo martii, indictione secunda MCCCCLXVIIII. Recepta die VIIII martii 1469.

„Ducali e terminazioni“ II. c. 70 retro, u zadar. arkivu.

CCCCLVII. God. 1469. 8. ožujka, u Mletcih.

Nalaže se vrhovnomu kapetanu na moru, neka se predstavi vieću dubrovačkomu i od njega zahtjeva, da povrati Vlatku vojvodi sv. Save poklade, koje je stavio njegov otac u njihovu blagajnu.

1469. 8 marcii. Commissio data Nicolao Canal capitaneo generali maris. . . Mandamus preterea tibi, ut in hoc itinere tuo Ragusium divertere debeas, illique magnifice comunitati facere nos pro restitutione depositi illustri duci Vlatici de sancto Sava et literis et oratoribus nostris suis cum magnificenciis sepe egisse, ut eiusmodi pecunias, sicut par est et omnis honestas atque iusticia exposcit, restituere vellent. Et hactenus tam honestissime requisitioni non est satisfactum, qua de re non possumus nisi vehementer mirari et dolere, quod in re ita iustissima tam difficiles se exhibeat. Ideo hortari et instantissime requiri eorum magnificencias facies, quod satisfacere velent, ac pecunias ipsas omnino restituere, que res, quamquam honestati conveniens et debita sit, erit tamen nobis gratissimum intelligere, eorum magnificencias honestissime requisitioni

nostre tandem satisfecisse ... Verum si aliter fortasse accideret, eos certos esse volumus, quod per obligationem, quam eidem illustri duci Vlatico habemus, quippe qui nobilis noster ac nostro dominio comendatus est, aliter facere non poterimus, quam illius satisfactioni prospicere.

Secreta cons. rog. lib. XXIV., u mlet. arkivu.

CCCCLVIII. God. 1469. 12. ožujka, u Mletcih.

Dozvoljava se Antunu Dandolo, da se za osam dana po svom povratku iz poslaničtva izjavi, prima li čast kneza zadarskoga ili ne.

MCCCCLXVIIII. die XII martii. Quod nobili viro Antonio Dandulo doctori, qui remansit comes Jadre, estque impresentiarum orator in servitiis nostri dominii sine salario, concedatur, quod habeat terminum acceptandi octo dierum postquam Venetias redierit. De parte 900, de non 24, non sinceri 36.

Maggior consiglio. Regina 80., u mlet. arkivu.

CCCCLIX. God. 1469. 15. ožujka, u Fanu.

Nadbiskup spljetski, vrhovni zapoviednik Marke, moli pomorskog kapetana mletačkog, da dozvoli prenos hrane iz Marke u luku cesenatičku po moru.

Litere archiepiscopi Spalatensis. Magnifice et generose tanquam frater. Per questa mia ho voluto dar aviso a vostra magnificencia, come di commissione della santita del nostro signore ho dato certo ordine al presente, che siano condutte di questa provincia della Marca al porto cesenatico per condur di poi a Cesena per uso dell' abondantia, che ditta santità fa far in ditto loco, insino alla summa some 500 di grano per la via di mar, per la qual cagione conforto et richiedo la vostra magnificencia, che voglia proveder con li sui officiali et patroni di barche, che non diano molestia alcuna alli conduttori di detto grano per scaricare quello nel ditto porto, perchè non si fà questo per far mercantia, ma solo per supplir alla ditta abondantia, et ditti grani s' hano a condur per le mano di ser Lorenzo Tassuolo, al qual ho dato tale cura. Fani die XV martii 1469.

Archiepiscopus Spalatensis S. D. N. pape thesaurarius Marchie et gentium armorum gubernator generalis.

Magnifico et generoso domino capitanio barcarum armatarum magnifici domini Venetiarum etc. tanquam fratri.

Listina u mlet. arkivu.

CCCCLX. God. 1469. 10. travnja, u Mletcih.

Šalje se poslanik krčkim i korbavskim knezovom, i s njim mnogo bojne sprave na dar.

1469. 10 aprilis. Quod auctoritate huius consilii comittatur patronis nostri Arsenatus, quod dare debeant nobili viro ser Nicolao Michaeli ituro oratori nostro ad magnificos comites Segne ac Carolum et Paulum Corbavie illas munitiones, que videbuntur collegio, distribuendas inter eos iuxta formam commissionis sue.

Et quia magnificus comes Martinus per eius oratorem nobis petiit, ut adveniente casu, quo a Turchis invasus nequiret in terris suis permanere, possit in nostras se reducere.

Respondeatur, quod speramus in divina clementia ac virtute et prudentia sua, quod tales faciet provisiones, quibus se in omnem eventum conservabit, et tutus evadet. Sed si casus acciderit, quod deus avertat, et quia est ex nobilibus nostris et nobis carissimus poterit et in hac nostra urbe et in quibuscumque terris nostro dominio subiectis non aliter ut in suis ad presens possit, accedere et stare. Et ita ad omnem eius requisitionem quibuscumque rectoribus nostris notificabimus hanc nostram dispositionem. + 154 — 3 — 3.

Munitiones deliberate ut mittantur
Bombarde pizole xxiiii.
Bombarde mazorete viii.
Spingarde xl.
Coraze chon le zelad. lxxx.
Balestre azaline formd. lxxvi.
Schiopeti de ferro cxxx.
Casse de veretoni 2200 per cassa xlviii.
Barili de polvere mezani l.
Polvere da schiopeti barili xxviii.

Nomina prefatorum comitum sunt:
Martinus, Angelus et Nicolaus } de Frangiapanis.
Carolus et Paulus } de Corbavia.

Senato Mar. lib. IX., u mlet. arkivu.

CCCCLXI. God. 1469. 15. travnja, u Mletcih.

Daje se naputak poslaniku odlazećem k senjskim i korbavskim knezovom.

mcccclxviiii. die xv aprilis. Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro Nicolao Michael doctori dilecto civi et fideli nostro, quod vadas orator noster ad magnificos comites Segne, quibus presentatis litteris nostris credentialibus, quas tibi dari iussimus, factisque consuetis salutationibus et oblationibus nostro nomine, dicere et exponere debeas; quod nuntiatis nobis cladibus proximis diebus subditis eorum ab Turcis inflictis et abactis predis tam ex ipsorum ditione quam ex ditione comitum Corbavie, non potuimus non maximopere moveri et dolere, sed longe magis movemur et solicitamur instanti periculo maiorum malorum, que frequenter huiusmodi populationes sequi solent, ut proximum et recentissimum monumentum est finitimum et opulentum quondam regnum Bossine, quod predis et excursionibus prius afflictum, avarissimus et turculentissimus hostis, capto tandem fedeque rege truncato occupavit, et subegit; de reliquis regnis et provinciis christianorum his artibus domitis et occupatis tacemus impresentiarum, quoniam magnificenciis suis non minus quam nobis manifestissimum est, quam longe lateque fedam illius tiranidem propagaverit. His rationibus moniti ob desiderium studiumque nostrum salutis et conservationis status eorum, misimus te prima vice ad illorum magnificentias. Postea misimus Ludovicum Manenti secretarium nostrum. Nunc vero te iterum mittere deliberavimus, ut non solum consilio magnificenciis suis, sed favori etiam

et auxilio ad fines eorum tutandos et conservandos esse possimus. Et quoniam nulla re magis firmamento et augumento statuum et dominorum est accommodata, quam domestica concordia et unanimis dispositio et consensus omnium, quorum interest, e diverso nulla periculosior nulla pernitiosior quam dissensio et discordia, sicut alias fecimus, ita impresentiarum magnificencias suas paterna nostra in eos affectione et charitate hortamur, ut tam inter se quam cum comitibus Corbavie in eadem navi et periculo naufragii secum constitutis, depositis odiis et simultatibus, amice vivant et ad salutem omnium omnes unitis viribus concurrant; quod si fecerint, certissimum est, Turcos non sine maxima difficultate posse illos offendere. Et accedentibus etiam summi pontificis favoribus et nostris, quos illis offeras, non solum se tuebuntur, sed hostibus formidini erunt, ne ita licite et inoffense rapiendo dissipandoque subditos suos vagentur et discurrant huiusmodi; et intelligentiam inter ipsos comites et inter eos et comites Corbavie, ut omnium remediorum principalissimum fundamentum, procurabis omni studio et diligentia tua, et pro hac eadem re accedes etiam in Corbaviam, si fuerit opus, cum litteris nostris credentialibus ad suadendum, hortandum inducendumque comites predictos ad supradictum concordium et intelligentiam pro comuni eorum salute et conservatione, unanimesque ad defensionem conservationemque locorum suorum, et eis offeras etiam favores, quos illis impendere possimus, et honesti sint.

Dices preterea illis, quod iuxta memorationem nobis nuper factam per oratores comitis Stefani habes a nobis in mandatis conveniendi cum reverendo domino episcopo Quinque ecclesiarum, si reverenda paternitas sua in partibus illis propinquis reperitur, quo tu secure ire possis, et cum ea querendi et operandi, ut eisdem comitibus favori et auxilio esse placeat.

Et sic volumus, ut si ipse reverendus dominus episcopus fuerit in locis, quo tu possis ad suam reverendam paternitatem te conferre, ad eum vadas, et sub nostris litteris credentialibus post factas convenientes salutationes illi declares causam tue ad comitum Segne legationis, et cum reverenda paternitate predicta participata, discussa et bene examinata materia, intelligere ab eo procura remedia, que adhibenda viderentur, ne furiosus inimicus tam licite secureque affligendo christianos vagari posset. Et de omnibus nos particulariter et distincte advisa. Suade tamen imprimis et hortare reverendum dominum episcopum antedictum ad omnes possibiles favores prestandos eisdem comitibus pro illorum conservatione, ut conservatis et integris rebus ipsorum, possit reverenda paternitas sua robustius et validius impresiam, quam suscepit, sustinere, et gloriose ad votivum exitum deducere. Et si ipse dominus episcopus longe abesset, quo tu accedere tute non posses, per litteras fac quod coram superius iussimus, et de omni successu nos de die in diem facias cerciores.

Et si forte ipse dominus episcopus aliquid pecuniarum peteret sibi dari a nostro dominio, declara reverende paternitati sue varias et ingentes impensas nostras, que non paterentur, ut reverende paternitati sue de pecuniis subvenire possemus.

Dari tibi fecimus bonam summam diversarum munitionum, quoniam tam comes Martinus quam comes Angelus, Nicolaus Segne et Paulus et Carolus Corbavie petierunt a nobis de huiusmodi munitionibus subveniri. Et volumus, ut cum illic fueris, considerata importantia locorum, pro quibus huiusmodi munitiones requiruntur et conditione qualitateque ac indigentia uniuscuiusque eorum, illas partiaris et distribuas inter eosdem dominos, sicut tibi magis necessarium visum fuerit pro conservatione illorum locorum, que importantiora esse intelliges.

Insuper quoniam, ut sumus informati, comites Angelus, Nicolaus Segne et Paulus ac Carolus de Corbavia magis sunt confinibus Turci proximiores, et arces tenent valde importantes, et digne immo necessarie et diligentissime custodiantur et conserventur; dari tibi fecimus ducatos mille, quos volumus, ut inter eos distribuas, cui plures et cui pauciores, sicut uniuscuiusque conditionum exigere iudicaveritis, et declarabis huiusmodi pecunias dari eis ad finem nutriendarum gentium suarum pro conservatione locorum et pro arcendis etiam depopulationibus Turcorum. Et de rerum omnium tibi commissarum successu nos diligenter advisa, et expecta mandatum. De parte 85.

Ser Jacobus Mauroceno sapiens terre firme. Non vult capitulum pecuniarum, sed loco illius vult istud cum reliqua commissione in ceteris partibus. Cum suprascriptis comitibus et similiter cum suprascripto reverendo domino episcopo Quinque ecclesiarum volumus ut conferas et diligentissime inquiras et intelligere procures vias et modos assecurandi et conservandi dominii eorum, et si gentes illuc aut mittende aut conducende illic essent, et numerum, gubernationem, quam habere possent, quantitatem impresie, qua facienda esset, et situm conditionemque locorum et omnibus particulariter et distincte cognitis, nos per tuas litteras facito certiores, et omnia minutim scribe et declara, et expecta mandatum. De parte 56, de non 8, non sinceri 10.

Secreta cons. rog. vol. XXIV. c. 8., u mlet. arkivu.

CCCCLXII. God. 1469. 15. travnja, u Mletcih.

Poslaniku u Rimu, o njekom savezu, što je papa snovao u Italiji, i da nastoji svom moći podupirati molbe poslanika senjskih knezova, koj dolazi u Rim.

MCCCCLXVIIII. die 15 aprilis. Ser Francisco Sanuto oratori nostro apud summum pontificem. Postquam ad vos postremas litteras nostras dedimus, accepimus complures vestras dierum 24, 26 et trigesimi martii, quinti et sexti huius mensis, et introclusam copiam capitulorum per vos formatorum etc. Et quamvis multa in litteris ipsis contineantur, tria tamen visa nobis sunt principaliora, que responsionem nostram exigunt, negotium videlicet conducte Neapolionis; capitulum XXX galearum tenendarum per nos circa Amoream, et mentio lige generalis in Italia. De forma illa capitulorum, quamvis nonnullis in locis moderanda et reformanda essent, aliud tantum pro presenti dicendum non existimavimus, quoniam expectamus videre copiam forme capitulorum summi pontificis, super quibus accomodata consideratio haberi poterit, et vobis certior fieri per nos responsio. Copiam igitur supradictam ad nos mittendam quanto festinan-

tius mitti potest priusquam ad illorum sigillationem deveniatis, ut opportune vobis respondere et nostram deliberationem notificare possimus.

De Neapolione Ursino, si ad istarum receptionem certificatus fueritis, ipsum cum summo pontifice conductum esse, sicut per vestras litteras diei sexti scribitis vos intellexisse, aliud dicere non est necesse; verum si conductus non est, in opinione et sententia nostra perseveramus, conductam illius pro nobis non facere ullo modo causis et respectibus alias vobis declaratis, et quas vos pro vestra prudentia optime intelligitis, quibus rationibus et respectibus iustificabitis dominium nostrum sicut bene facere scietis.

De reliquis gentibus, sicut pridie vobis scripsimus, habemus ultra Padum et in provincia Romandiole bonum numerum conductorum et gentium tam equestrium quam pedestrium; ultra quas brevi temporis spatio alias etiam in provinciam ipsam mittere poterimus, et de novo conducere usque ad numerum, ad quem pro forma capitulorum lige cum beatitudine sua, visis illius capitulis, obligati essemus. Et circa huiusmodi gentes consideravimus, quantum summus pontifex vobis dixit de gentibus ipsis, que ad beatitudinis sue requisitionem esse debeant absque nova consultatione nobiscum facienda; et vestram prudentem responsionem, que ad comunem deliberationem beatitudinis sue et nostram rem reducere videbatur. Vidimus postremo formam capituli unde de huiusmodi gentibus mentionem agentis, quod capitulum indiget in hac parte reformationem, quoniam honestius et convenientius est, ut ad comunem consultationem et deliberationem beatitudinis predicte et materiam motus huiusmodi gentium referatur. Et sic vobis in forma capitulorum operemini, ut contineatur; quorum copiam in diem expectamus.

De xxx galeis respondimus vobis iuditio nostro satis sufficienter, et id, quod ratio et necessitas rerum exigit, et satis conforme est capitulum per vos formatum huic nostre intentioni. Nam numerosam classem nostram continue tenemus super mari, illamque in dies magis augemus et corroboramus, neque tantum distant loca illa, que dicit summus pontifex a provincia Amoree, quin optime et in tempore possimus rebus gerendis pro securitate status et rerum beatitudinis sue providere; propterea non querat beatitudo sua obligare nos ad rem non solum non necessariam, sed etiam dispendiosam, quoniam tenere uno et eodem tempore bonam armatam et utramque numerosam et potentem onerosum nimis et grave nobis esset, tenere autem illam, quam habemus, divisam et separatam, periculosum et sine fructu cum maxime occurrente aliquo casu possimus salubriter et tempestive cum illa, quam habemus, providere.

De liga generali in Italia diximus vobis per postremas litteras nostras, respondentes ad vestras litteras diei noni februarii, ligam ipsam generalem nobis placere. Et consideravimus modum, quem beatitudo summi pontificis sapientissime commemorat, ut videlicet beatitudo sua et nos colligati cum reliquis colligatis potentiis ad ligam devenire possemus, que hoc modo et generalis et particularis esset hic modus et forma, que a sensu et intentione nostra, quando pridie ad vos scripsimus, minime erat aliena. Et alia etiam, que beatitudini sue videretur in huiusmodi practica et materia generalis lige nobis grata esset, ad cuius sapientiam nos remittimus, ut in reliquis etiam facere consuevimus.

Misisse in curiam debent. et ad conspectum summi pontificis magnifici comites Segne nuntium quemdam suum pro supplicando, ut beatitudo summi pontificis illis subvenire aliquo modo dignetur, ut se ab oppugnationibus Turci defendere possent. Cui nuntio volumus et vobis mandamus, ut omne auxilium, consilium et favorem prestetis tam apud summum pontificem quam apud romanos dominos cardinales et aliter, sicut opus fore intellexeritis, declarando pericula imminentia statui ipsorum dominorum, que non tantum eis quantum universe Italie iminent. Et enim status eorum porta Italie, quo occupato, nulla amplius Turcis resistentia nisi in ipsa Italia fieri poterit. In qua re, ut importantissima et digna efficacissimis provisionibus, omnem vestram adhibite diligentiam, ut ad eius dominos redeat bene contentus et ultra aliquam effectualem provisionem sperent etiam imposterum maiora presidia ad illorum conservationem, sentiatque idem nuntius et dominis suis referrat intercessionem vestram nostro nomine illis profuisse.

De adventu ad nos viri nobilis Pauli Contareno nomine summi pontificis non est cur veremini de vestro honore, quoniam vos in executionem mandatorum nostrorum et obedienter et diligenter vos gessistis. Et nobis grata et accepta est opera et solertia vestra. Estote igitur bono animo et pergite alacriter serviendo dominio nostro, quod de bene de se meritis facile male credere non consuevit.

Mittimus vobis presentibus introclusam copiam responsionis facte per nos oratoribus serenissimi domini regis Renati et illustris domini ducis Joannis per quam illorum propositionem intelligetis, et volumus, ut de ea beatitudini summi pontificis noticiam detis oretenus tamen et sine ostensione scripture sive copie illius. De parte 120, de non 8, non sinceri 4.

Secreta cons. rogat. vol. XXIV. c. 9., u mlet. arkivu.

CCCCLXIII. God. 1469. 13. svibnja, u Mletcih.

Nalaže se upraviteljem Zodra, da uklone razmiricu, obstojeću medju Šibeničani i banom, a da svi gradovi priskoče jedan drugomu u pomoć u svakoj potrebi.

mcccclxviiii. die xiii maii. Rectoribus Jadre. Accepimus nuper litteras vestras datas septimo huius, quibus scribitis sperare de componenda et sedanda dissensione inter banum et fideles nostros Sibenicenses vigentem; quamobrem solitam diligentiam et prudentiam vestram laudantes cum nostro rogatorum consilio vobis respondemus, quod solita prudentia dexteritateque vestra, salva semper dignitate et honore nostri dominii, curare debeatis de componenda illa. Ad quod ut idem banus facilius inducatur, volumus, ut cum rectoribus nostris Sibinici, Tragurii et Spaleti optimam intelligentiam habere habeatis, ac vobis vicissim omnes favores possibiles prestare tam stipendiariorum gentium quam quarumcumque aliarum rerum, ut huiusmodi inconvenientiis et damnis unitis viribus cum dignitate nostri dominii facilius occurratur. Quibus gentibus vos rectores omnes unum aut plura capita preficietis, sicut vobis oportune videbitur, ut res ordinate procedant, et hoc idem rectoribus supra-

scriptarum terrarum nostrarum iniunximus ut vobiscum se intelligant, ac eorum vobis prestent favores. Volumus preterea, ut eidem banno illiusque subditis nullum munitionum victualiumque favorem aut cuiusvis alius rei dare aut dari ullo pacto permittatis, ne cum munitionibus et armis nostris nostros incursitet subditos atque damnificet; vobis postremo mandantes, ut si quid depositum aut quampiam aliam rem subditorum ipsius banni in iurisditionem istius regiminis habetis, illam sequestrare debeatis et sequestrata tenere, que, non prospiciente eodem banno indemnitati suprascriptorum subditorum nostrorum, sit pro satisfactione damnorum eorum. Et hoc idem suprascriptis rectoribus nostris iniunximus, ut omnes uno eodemque modo cum suprascripto banno vivant.

Demum captum sit, quod quamprimum expediri ac mitti debeat unus secretariorum nostrorum ad ipsum bannum, qui, si eiusmodi dissensionem per suprascriptos rectores nostros Jadre compositam fuisse inveniet, revertatur Venetias; sin vero composita non esset, ad illum se conferrat ad dolendum de eiusmodi damnis, ac petendum restitutionem animalium ablatarum, cum damnorum preteritorum refectione, sicuti ei per collegium plenius dabitur in mandatis. De parte 120, de non 0, non sinceri 0.

Secreta cons. rogat. vol. XXIV. c. 14., u mlet. arkivu.

CCCCLXIV. God. 1469. 16. svibnja, u Mletcih.

Republika potvrdjuje pogodbu sklopljenu medju Šibeničani i banom.

Capitula inter magnificum banum et Sibenicenses. In dei eterni nomine amen. Cum inter magnificum Ladislavum Marcum banum Crovatie parte una et magnificum comitem Sibenici parte alia et eorum subditos certe discordie atque differentie suborte et secute viderentur, propter quas hinc inde et damna mortesque processerant, magnifici et clarissimi domini Antonius Venerius comes et Marcus Cornarius capitaneus Jadre pro illustrissimo ducali dominio Venetiarum etc. concordium et quietem pertractarent. Tandem intervenientibus pro ipso magnifico banno magnificus dominus Miclaus Marsinschi Corbavie comite et Tarpaval milite vicebano, et pro magnifico domino comite Sibenici nobilibus viris ser Hendrico et Petro Tolimerich, omnibus cum literis credentialibus magnificorum dominorum suorum pro sedandis, extinguendis et penitus eradicandis ipsis differentiis ac discordiis, utque perpetua benivolentia vigeat et amor inter partes et subditos eorum pro quiete et pacifico statu eorum, commemoratis damnis atque iniuriis utriusque factis et secutis, omnibus compensatis et consideratis, conclusum et firmatum fuit per ipsas partes concordium perpetuum et quietem, volentibus et consentientibus magnificis et nobilibus oratoribus antedictis nominibus quibus supra, ut per capitula infrascripta amplissitur contra.

1. Quod omnes Sibenicensium captivi tam cives quam stipendiarii, qui sunt in carceribus magnifici domini banni Tinine vel alibi in terris suis, sue pristine subito restituantur libertati et relaxentur cum rebus suis, que reperirentur, et similiter si qui captivi ipsius magnifici domini banni essent per dictum magnificum comitem Sibenici detenti, relaxentur.

2. Quoniam per utramque partem vicissim innumerabilia damna facta fuere, inter que multe mortes et homicidia contigerunt, essetque difficilis

illorum restitutio, que nisi forte aliquo cum inconvenienti sequeretur. Ideo dicta damna ab aliqua partium alteri minime repetantur, et e converso; hoc tamen declarato, quod si aliquid de dictis bonis et rebus ablatis in dictis novitatibus atque discordiis in manibus ipsarum partium vel suorum hominum, qui ad dicta damna fuerunt, reperiretur, restituatur. Et sic per sacramentum vel per alium modum et viam convenientius inquiratur et restituatur quicquid repertum videretur in manibus predictorum. Ita tamen, quod si quid de dictis bonis ad hunc usque diem Pentecostes alienatum aut dispensatum esset per ipsas partes, illud amplius non repetatur.

3. Quod de confinibus et differentia, si qua est inter dictos magnificum bannum et Sibinicenses in villa Sithnize et alibi circa confinia Sibenici, quod dicti Sibinicenses, si essent eiecti aut turbati in dictis confinibus per subditos magnifici domini banni, mittant unum vel duos ad beneplacitum ad magnificum bannum predictum, et iustitiam de dictis confinibus petat ab eo. Et si non erunt concordes, quod ipse magnificus bannus mittat duos ex suis et totidem Sibenicenses, quod ad predicta accedentes confinia, humane et quiete videant, si dicti Sibinicenses suis sunt in confinibus perturbati. Et hoc idem intelligatur de subditis magnifici domini banni, si etiam essent in dictis confinibus turbati, quod vadant ad magnificum dominum comitem Sibenici, et visis iuribus partium, observetur ut dictum est.

4. Quod omnis iniuria vel odium inter dictas partes libere remittatur et extinguatur, et quod partes liberum habeant comercum hinc inde, possintque ire et redire de uno territorio ad aliud expedite et secure sine aliqua arrestatione aut impedimento et prout faciebant, antequam dicte novitates sequerentur. Et quod de omicidiis hinc inde secutis et delictis in dictis discordiis et novitatibus nulla fiat mentio, sed omnes sint liberi atque securi ut ante.

5. Quod de Morlachis, qui in territorium Sibinicensium venerunt, nihil dicatur, sed quia de eis Morlachis dicitur spectare serenissime maiestati regie et illustrissimo dominio Venetiarum, ideo sibi remittantur ad diffiniendum et terminandum. Interea tamen de eis nulla novitas vel innovatio fiat.

Actum Jadre in cancellaria magnifici domini comitis suprascripti, presentibus suprascriptis dominis oratoribus ac multis ex nobilibus eorum, presentibus etiam spectabili domino Francisco Aurio dignissimo camerario Jadre, ser Joanne de Calcina cive Jadre et ser Joanne Francisco Grisano de Padua cancellario comunitatis Jadre. Die Pentecostes vigesimo primo maii millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, indictione secunda. Laus deo.

Contra bannum et subditos eius.

Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Antonio Venerio de suo mandato comiti et Marco Cornario capitaneo Jadre fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Accepimus nuper litteras vestras datas septimo huius, quibus scribitis sperare de componenda et sedanda dissensione inter bannum et fideles nostros Sibinicenses vigentem. Quamobrem solitam prudentiam et diligentiam vestram laudantes cum nostro rogatorum consilio vobis respon-

demus, quod solita prudentia et desteritate vestra salva semper dignitate et honore nostri dominii curare debeatis de componenda illa. Ad quod, ut idem banus facilius inducatur, volumus, ut cum rectoribus nostris Sibenici, Tragurii et Spaleti optimam intelligentiam habere debeatis, ac vobis vicissim omnes possibiles favores prestare tam stipendiariorum gentium quam quarumcumque aliarum rerum, ut huiusmodi inconvenientiis et damnis unitis viribus et cum dignitate nostri dominii facilius occuratur. Quibus gentibus vos rectores omnes unum aut plura capita preficietis, sicut vobis oportere videbitur, ut res ordinate procedant. Et hoc idem rectoribus suprascriptarum terrarum iniunximus, ut vobiscum se intelligant, ac eorum vobis prestent favores. Volumus preterea, ut eidem banno illiusque subditis nullum munitionum victualiumque favorem aut cuiusvis alterius rei dare aut dari ullo pacto permittatis, ne cum munitionibus et armis nostris nostros incursitet subditos atque damnificet. Vobis postremo mandantes, ut si quod depositum aut quampiam aliam rem subditorum ipsius banni in iurisdictione huius regiminis habetis, illam sequestrari debeatis et sequestratam teneri, que non prospiciente eodem banno indemnitati suprascriptorum subditorum nostrorum sit pro satisfactione damnorum eorum. Et hoc idem suprascriptis rectoribus nostris iniunximus, ut omnes uno eodemque modo cum suprascripto banno vivant. Datum in nostro ducali palatio die XVI maii, indictione 2., 1469. Recepta XXVII maii 1469.

Confirmatio capitulorum factorum inter magnificum bannum et comitem Sibenici.

Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Antonio Venerio de suo mandato comiti et Marco Cornario capitaneo Jadre fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Gratas admodum habuimus literas vestras diei penultimi maii novissime lapsi, ex quibus et ex forma capitulorum concordii facti cum banno intelleximus quecumque per vos non minus prudenter quam diligenter gesta, ut ipsum concordium sequeretur. Quo fit ut exinde laudemus vos plurimum et merito commendemus. Concordium autem factum habere volumus executionem et effectum, et pro parte vestra firmiter observari. Et ita per alligatas litteras scribimus comiti Sibenici, quas sibi quamprimum mittere curabitis. Pro quanto vero pertinet ad Morlachos per accessum oratoris nostri, quem de proximo ad regiam maiestatem Hungarie missuri sumus, dabimus operam rem istam componere, sicuti melius fieri poterit. Datum in nostro ducali palatio die 11. iunii, indictione secunda MCCCCLXVIIII. Recepte X iunii 1469.

„Ducali e terminazioni“ II. c. 73—4., u zadar. arkivu.

CCCCLXV. God. 1469. 16. svibnja, u Mletcih.

Šalje se iznova nješto vojske na obranu Šibenika.

MCCCCLXVIIII. die XVI maii. Ob sinistrum casum peditibus nostris occursum, quos miseramus ad civitatem nostram Sibenici defectu prudentie et consilii, quod haberi in huiusmodi rebus decet, necessarium est, ut civitati illi de novo peditum equitumque presidio provideatur et pro stabi-

limento civitatis et comitatus constitutus in multa trepidatione, et ut periculis futuris occurri possit; vadit pars, quod strenuus Fantaqutius de Fontanellis supplere debeat conductam, quam habet peditum quinquaginta usque ad pedites centum. Et ultra hos mittantur alii pedites centum novi sub illo comestabili vel comestabilibus, qui collegio videbuntur. Mittantur insuper equites quinquaginta sub aliquo probo et experto stipendiario, ad cuius gubernationem et obedientiam sint pedites et equites predicti. Et pro huiusmodi gentibus expediendis collegium habeat omnem libertatem et auctoritatem tam circa pecunias quam circa quamcunque aliam expedientem rem, modo gentes ipse celeriter mittantur. De parte 153, de non 0, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum vol. XXIV. c. 15., u mlet. arkivu.

CCCCLXVI. God. 1469. 18. svibnja, u Mletcih.

Opisuju se kralju ugarskomu razbojničke provale bana u šibenički kotar, te se zahtjeva, da bana ukroti i prisili na odštetu.

MCCCCLXVIIII. die XVIII maii. Serenissimo domino regi Hungarie. Tulerunt diu, rex serenissime, plerasque iniurias et predas fideles nostri urbium nostrarum Dalmatie, et inprimis Sibinicenses, illatas eis a banno Crovatie, avare nimium certe et insolenter, primum quidem, ut de aliis taceamus, in Nadgorie loco agri Sibinicensis, direptis et vastatis tribus villis, deinde proximo aprile, alia quadam villa similiter direpta, ad mille et amplius pecoribus abactis, multaque alia preda facta. Destulissentque ad extremum ipsi Sibinicenses, licet acerbe et dolenter, hanc tantam iacturam et iniuriam, sic omnino nobis volentibus atque sperantibus modum facturum iniuriis bannum ipsum atque non modo staturum conventis ex decreto regio vestro et nostro, verum etiam emendaturum damna huiuscemodi. Non contentus autem his, bannus ipse nunc denuo kalendis maiis, collecta predatoria manu, irruptione facta in agrum nostrum sibinicensem, tamquam si cum hostibus res sibi fuisset, tres villas ex opulentioribus diripuit, ferro ignique vastavit, predam maximam abegit hominibus plerisque cesis atque dispoliatis; demumque molendinis nostris finitimis Scardone incensis et diruptis. Nostri vero partim indignitate rei tantaque iniuria, cede et damno super sexmillium ducatorum commoti, partim etiam, quia ut est apud antiquos pacientia nimium lesa, plerumque vertitur in furorem, ceperunt et ipsi arma ut accepimus, et cum hominibus ipsius banni manus conserverunt cum utriusque partis conplurium cede. Molestissimum certe hoc nobis et ingratissimum auditu fuit, eoque molestius atque ingratius, quod nihil antiquius ducimus quam inter homines et subditos regios nostrosque amicie et pacate vivatur, et altera pars alteri iure amicicie et vicinitatis auxilio favorique sit contra impetum et incursiones Turcorum. Jamque vestre maiestatis ergo prefato banno tum copiam rerum victualium tum munitiones dono et gratis suppeditari a rectoribus nostris Dalmatie fecimus; sed ipse bannus, cum deberet dictis munitionibus uti in Turcos, ingratissime eis usus est in nostros. Non dubitamus quin regie celsitudini vestre pro mutuo amore et benivolentia nostra hec non minus quam nobis displicere habeant,

quando ab intentione et studio utriusque nostrum alienissima sunt. Quas ob res oratam volumus maiestatem vestram, ut pro sua iusticia placeat prospicere indemnitati nostrorum hominum et tanquam presentaneum et salutare remedium harum novationum sic commonefacere ipsum bassam et severius interminari ei placeat, ut desinat ab predis et rapinis, facta debita restitutione rerum indebite ablatarum. Quod nobis gratissimum erit, et nostra amicicia et benivolentia convenientissimum. Mittemus autem quamprimum ad regiam celsitudinem unum oratorem nostrum, qui latius hec omnia aperiet serenitati vestre. De parte omnes, de non 0, non sinceri 0.

Secreta cons. rogat. vol. XXIV. c. 14., u mlet arkivu.

CCCCLXVII. God. 1469. 2. lipnja, u Mletcih.

Daje se naputak providuru odlazećem u Albaniju.

mcccclxviiii. die ii iunii. Quod ser Josaphat Barbaro profecturo provisori in Albania fiat commissio in hac forma.

Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro Josaphat Barbaro dilecto civi et fideli nostro, quem elegimus nostrum honorandum provisorem Albanie, ut quanto citius potes navigationi te committas, et recta via Scutarum accedas, quam veluti caput provincie imprimis caram habemus, ad cuius reparationem et fortificationem facies omnes provisiones, quas pro tua prudentia et experientia, de qua valde confidimus, noveris opportere simul cum comite nostro Scutari, ut superveniente aliquo periculo aut turbatione Turchorum in provincia illa, ipsa civitas se conservare possit.

Separavimus a camera ista nostra Scutari affictus pischeriarum, qui sunt circiter ducati ii mille singulis annis, qui in manus tuas pervenire habent, ut et rebus occurrentibus providere et gentibus nostris italicis solvere possis. De quibus quidem pecuniis volumus, ut singulis annis pro tempore, quo stabis in ipsa provincia, expendas simul cum comite nostro Scutari ducatos v centum pro fortificatione civitatis Scutari, reliquos distribuas solus tam subveniendo gentibus nostris italicis, sicut tibi visum fuerit. De qua dispensatione universarum pecuniarum affictus pischeriarum, tam eorum, quos deputavimus pro fabrica, quam que dispensabuntur quomodolibet, teneri facies ordinatum computum separatum ab aliis computis istius camere nostre, ut semper rationes nostras videre possimus.

Misimus ad manus comitis nostri Scutari staria mille tritici, mille millii, ac v centum biscoti et nonnullas munitiones, et mandavimus, ut eas quamprimum mittat Croyam: quod si ad tuum appulsum fecerit, benefactum erit; tu comiti de denariis, quos tibi dari fecimus, sibi solve, quicquid in agoziis expendisset; sin minus ipse munitiones et victualia missa non fuissent, procura, ut festinantissime conducantur et conserventur omnia pro munitione ipsius civitatis, nec de eis quicquam dispensabis modo aliquo.

Sumus advisati, quod Lecha Duchainus habet in Scutaro bona quamplurima, que retrahere querit; et sicut a comite nostro Scutari informati sumus, habet certam praticam se adherendi Turcis. Volumus, ut illis

modis et mediis, quibus caucius facere poteris, procures impedire, quod retrahat bona ipsa, nam isto medio speramus, quod divertetur a praticis ipsis, quia accedente ipso ad Turcos posset se convertere contra statum nostrum.

Monebis Thomasium de Imola, ut solvat sociis suis stipendia, que ipse singulis mensibus percipit a camera nostra Padue; quoniam intelligimus, quod aliter sit, ex quo sui socii aufugiunt; quod si non faciet, providebimus nos opportune. De quo loco removebis ipsum Thomasium, quem Scutarum mittes, et eius loco remittes Rentium de Roma. Sed priusquam eum removeas, fieri facias monstram ordinatam, quam mittes nostro dominio, ut solvi sibi faciamus bulletas suas pro pagis, quas habuerit.

Habebis in provincia illa gentes nostras armigeras tam pedestres quam equestres, tam que presentialiter sunt, quam que venture sunt, quas omnes sive in castris sive in stativis volumus esse sub te et ad obedientiam tuam, et de illis nullus rectorum nostrorum se impedire habeat; illis quoque solvi volumus per tuas bulletas de tempore in tempus sicut tibi videbitur. Conducte autem registrentur in cancellaria Scutari per notarium tuum, de quibus retrahantur bullete de tempore in tempus, que remaneant in ipsa cancellaria, copie autem mittantur nostris provisoribus camerarum cum omnibus scripturis, ut rationes nostras semper videre possimus.

Gentes vero provinciales, donec in castris fuerint, sint ad obedientiam tuam, in civitatibus vero sint ad obedientiam rectorum in tua absentia; presente vero te, sint ad obedientiam rectorum et tuam, et per comunes bulletas utriusque vestrum solvatur eis de pecuniis camerarum illarum nostrarum; quas gentes convenire et in exercitum venire facies, quando tibi videbitur.

Habemus multos proniarios in provincia illa, qui habent certas obligationes, quas minime observant, percipiunt tamen solutiones suas; volumus, ut quando tibi videbitur, quod res nostre exigant, precipias eis, ut equitent et stent in castris apud te ad obedientiam tuam; quod si obedire noluerint, remittimus in libertate rectorum nostrorum, sub quorum iurisditione erunt, et tua providendi de eis, sicut vobis videbitur.

Visitabis preterea Croiam, Drivastum, Dulcignum, Antibarum, Dyrachium, ac denique universam provinciam illam, faciendo illas provisiones in unaquaque civitatum ipsarum, que tibi necessarie videbuntur, ut conserventur. Prestabis omnes favores, qui requirentur tibi pro oportunitatibus, que in dies occurrere possent comiti nostro Catari.

In Alexio vendi solebat augumentum salis centum pro centenario singulis annis, de quo dominium nostrum percipiebat bonam utilitatem; et quia hic est tercius annus, quo augumentum ipsum venditum non fuit cum maximo detrimento introituum camere iste nostre, volumus, ut cum fueris Alexium, videas et examines cum omni diligentia rem istam, et de eo, quod comperies, dabis particularem noticiam dominio nostro, et mandabis, ut incantetur augumentum ipsum salis; et percipias camerario istius loci, ut mittat libros suos officialibus nostris rationum, sicut tenetur; et nisi id faceret, tu scontra illis accipies, et nobis mitte.

Visitabis quoque Juam Strexi ac alios dominos, quos nostro dominio benivolos esse cognosces; ac alios quoscumque, quorum amicicia rebus nostris prodesse posse cognoveris, eosque confirmabis in benivolentia nostri dominii, et cum eis amico animo te habebis; ortaberis quoque rectores nostros, ut cum eis amice se habeant, et pacifice vicinari velint. Si filium olim Musachi et istius domine Mamice poteris reducere ad obedientiam nostram, gratissimum habituri sumus, in qua re utaris omni diligentia tua; non concludes tamen aliquid cum eo absque licentia nostra; et quia domina Mamiza mater eius habitat in Dyrachio, volumus, ut si tibi et rectori nostro Dyrachii videretur habitatio sua in illa civitate esse suspiciosa, illis verbis et modis, que prudentie vestre videantur, removeas eam de dicta civitate, ne eius filius per medium suum aliquid contra statum nostrum moliatur.

Examinabis terram Drivasti, que, ut nobis nuntiatum est, indiget aliqua constructione aut instauratione murorum; que si talis fuerit, ut tu providere possis, id perficias omni diligentia tua. Si vero egeret maiori provisione, nos advisa, ut providere possimus.

Sumus contenti ut confirmes privilegia concessa per Baldesaram Perduci Vucho Scura vayvode montanee Bende super Croyam iuxta opinionem et consilium, non excedendo summam ducatorum XII in mense. De pischeriis constructis in Boiana volumus, ut rector noster Scutari et tu diligenter rem illam examinetis, et nobis scribite sententiam vestram, ut deliberare possimus, sicut videbitur opportunum.

Multa enormia committuntur, ut optime prospicere poteritis illarum camerarum nostrarum, que pretextu veterum debitorum nostrorum et bulletarum omnes pene usurpantur, et pessime administrantur; propterea volumus, ut dum fueris in unaquaque civitatum predictarum videas rationes et computa tam salis quam quorumcumque aliorum introituum nostrorum, et ubi providere et remediare poteris, id facias pro utilitate nostri dominii; ubi non poteris, nobis scribe et diligenter omnia denota et explica.

Habere debes de salario in mense et ratione mensis florenos centum liberos ab omni angaria; et si quid solvere cogereris, dominium nostrum solvat pro te. Ducere tecum debeas famulos octo; in quorum numero sit unus notarius cum uno famulo, quibus omnibus expensas facere tenearis et salaria solvere preter quam notario, et dominium nostrum de passagio tibi providebit. Solvere tibi poteris et salarium tuum percipere a cameris suprascriptarum terrarum et locorum nostrorum de sex in sex mensibus.

Et ex nunc captum sit, quod fiant littere patentes omnibus rectoribus nostris partium Albanie a Cataro exclusive ultra, ut provisori nostro predicto faveant, obediant et exequantur, quantum per eum fuerit vigore horum mandatorum nostrorum deliberatum et requisitum; et quod possit expendere de denariis camerarum illarum, promittentes litteras suas dominio nostro.

Captum preterea sit, quod eidem provisori nostro dari debeant ante suum hinc discessum ducati v centum pro salario suo et alii ducati 1200 de quibuscumque pecuniis nostri dominii, de quibus factis monstris gentium nostrarum Italicarum veterum subveniat eis, sicut sibi videbitur, et

solvat agozia rerum mittendarum Croiam; reliquos si qui supererint, dispensabis et distribues in necessitatibus occurrentibus, sicut tibi videbitur.

Detur preterea ipsi provisori nostro fusta, quam alias captum fuit mitti debere Scutarum cum octo hominibus computato patrono, comito et remario, quibus omnibus detur paga mensium quatuor, et accipiantur pecunie pro eius expeditione de quibuscumque denariis nostri dominii ut supra, cum qua accedat ipse provisor noster. De parte 119, de non 6, non sinceri 1.

Secreta cons. rogat. vol. XXIV. c. 20., u mlet. arkivu.

CCCCLXVIII. God. 1469. 2. lipnja, u Mletcih.

Turci provalili do Ljubljane. Republika skuplja novu vojsku u Friaulu, te i Istru oboruža, da odbije česte napadaje.

MCCCCLXVIIII. die XXI iunii. Ut habetur ex litteris potestatis et capitanei nostri Justinopolis, capitanei Raspurch et oratoris nostri ad partes Segne Turci in maximo numero excucurrerunt ad partes Lubiane, videlicet ad loca serenissimi imperatoris, et in Crovatiam, depopulatique sunt omnia illa territoria, spoliarunt everteruntque templa dei, ingentemque hominum stragem predamque animarum et pecorum fecerunt, et demum omnia igne ferroque vastarunt. Et quoniam propter parvam locorum distantiam magnopere timendum est, quod dicti Turci in provinciam nostram Istrie et inde in patriam nostram Foriiulii transitum faciant, quod quantum periculi statui nostro importaret, satis omnibus certum est, necesse omnino est subitariam et opportunam provisionem facere, mittendi equites et pedites in bono et sufficienti numero ad patriam nostram predictam, ut ibi parati et expedicti sint venientibus Turcis, ut dictum est, ad defensionem, salutem et conservationem omnium illorum locorum et subditorum nostrorum. Propterea vadit pars, quod auctoritate huius consilii mandetur et ordinetur, quod omnes gentes nostre equestres, que allogiant in Tarvisino et in Foroiulio, que sunt circa equi mille, de presenti iter arripiant et equitent in patriam nostram Foroiulii, ibique parati sint ad prestandam opem et auxilium locis et subditis nostris, prout necessitas exiget, si Turci venerint ad illas partes. Gubernationi et regimini quarum gentium nostrarum preficiatur magnificus conductor noster dominus Deiphebus de Anguilara, qui in suprascripta patria allogiat.

Item millequingenti pedites, decreti per hoc consilium, de presenti fieri debeant partiendi et dividendi inter illos comestabiles, qui iam ad hoc per collegium deputati fuerunt, ut celeriter mitti possint, quo necesse fuerit.

Item scribatur et mandetur capitaneo nostro Raspurch, quod cum omni celeritate ordinare debeat paisnaticum, mandando omnibus, ut parati et instructi maneant, ita ut venientibus Turcis ad illa loca, omni amota dilatione operari eos possit ad defensionem et salutem status nostri facultatemque et personarum suarum.

Scribatur quoque comiti Goricie, ut sine mora omnem possibilem provisionem facere velit cogendi bonum numerum gentium causa repri-

mendi impetum Turcorum, et defendendi ac conservandi loca et subditos suos, dando ei noticiam de gentibus, quas orsum mittere constituimus hac de causa, deque provisionibus, quas fecimus et quotidie facturi sumus pro conservatione et salute locorum nostrorum et suorum in illis partibus. Horteturque eius magnificencia ad intelligendum se cum locumtenenti patrie nostre circa provisiones faciendas contra Turcos ad defensionem eorum locorum. Cui locumtenenti nostro mandetur, ut quamprimum in ordine poni faciat omnes guarnitiones patrie tam equestres quam pedestres.

Et quoniam sumopere necesse est pro salute rerum nostrarum, ut cum his copiis et gentibus proficiscatur unus noster provisor, captum sit, ut de presenti per scrutinium in hoc consilio fieri debeat super dictis gentibus, qui statim electus, si presens fuerit, respondere teneatur, sin minus, die insequenti ad tercias. Ducere secum debeat equos xvi, inter quos sit unus notarius noster cum uno famulo. Et eat cum illa commissione, que ei dabitur per hoc consilium.

Insuper rectoribus nostris Istrie mittantur omnes ille munitiones, que collegio videbuntur.

Demum omnibus predictis copiis nostris equestribus quamprimum per cameras suas dari debeant due page, ut quam celerrime equitare valeant, sicut presens necessitas nostra maxime postulat. Scribatur quoque et mandetur collaterali nostro Tarvisii, ut subito equitare faciat dictas gentes versus patriam. De parte 130, de non 0, non sinceri 1.

Secreta cons. rogat. vol. XXIV. c. 26., u mlet. arkivu.

CCCCLXIX. God. 1469. 17. lipnja, u Mletcih.

Naputak za poslanika odlazeća k cesaru i ka kralju ugarskomu.

MCCCCLXVIIII. die XVII iunii. Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro Joanni Aimo militi, dilecto civi et fideli nostro, quod vadas orator noster ad serenissimum dominum imperatorem, apud cuius maiestatem postquam presentia mandata nostra fueris executus, prosequaris iter tuum ad serenissimum dominum regem Hungarie, sicus inferius tibi dicemus. Imperatorie autem maiestati presentabis litteras nostras credentiales, faciesque ei recommendationes et oblationes consuetas cum illis bonis et accommodatis verbis, que tue prudentie videbuntur; postea subiunges, fuisse his proximis diebus ad nos spectabilem dominum Joannem .... secretarium et oratorem suum, qui parte imperatorie maiestatis sue nobis exposuit, quantum erat intentionis sue serenitatis circa illius rebelles tam Tergestinos quam Portus Naonis, et de liga etiam cum summo pontifice pro rebus Italie mentionem fecit. Ultimo loco de concessione per nos facta, ut currus et saume vectorum teotonicorum possent iuxta consuetudinem transire cum mercibus usque Portum Gruarium, et ex portu in Alemaniam absque mutatione facienda in Glemona, sicut a parvo tempore citra illi de Glemona usurpasse et innovasse mercatoribus contra veterem eorum libertatem videbantur etc. Et sicut eidem domino Joanni quo ad factum Tergestinorum et Portus Naonensium respondimus, ita per te replicamus, curasse

nos omni diligentia, ut iusticia ministraretur contra illos subditos nostros, quod in casu illius depredationis rebellibus maiestatis sue faverant; que iusticia pro qualitate culpe ministrata est, neque severius procedi contra illos potuisset quam visum est errata sua mereri; iussimusque restitutionem bonorum sive satisfactionem fieri iuxta consilii nostri deliberationem, nec quicquam obmisimus, quod per nos nostrosque advocatos, quibus rem efficaciter commissimus, fieri cum iusticia potuit; et si pro restitutione sive satisfactione predicta quicquam faciendum restat, facturos nos pollicemur. Exititiis autem suis Portus Naonis exilium dedimus ex universa patria nostra; Tergestinis autem ex tota Hystria, ne quid per occasionem moliri contra statum imperatorie maiestatis sue possint.

De possessionibus Tergestinorum venditis pro satisfactione illius hebrei intelligere perquisivimus rem illam, et comperimus in ea cum maxima honestate et iusticia fuisse processum; nam hebreus ille subditus noster habere iustissime debebat causa dotis ab illo altero hebreo Tergesti degente bonam pecuniarum summam, extabantque complures sententie et documenta rectissime et ratissime facte, littere multe nostre scripte Tergestinis et illorum responsiones promittentium solvere, instabant ab alio latere multi cives nostri ab eodem hebreo subdito nostro habere debentes. Et tandem post factas omnes honestissimas instantias cum Tergiestinis scriptas nuntiosque pluribus vicibus missos, et multos ab illis acceptos terminos, nihil eis observantibus, necessarium fuit vendere ex eorum bonis, multo ante tempore hac causa sequestratis, quot essent pro satisfactione hebrei illius, qui iustissime ab illo altero hebreo habere debebat; quorum bonorum venditorum pretium distributum fuit inter cives et subditos nostros creditores illius, ad quorum instantiam prope unum annum carceratus steterat, non potens aliunde eis satisfacere. Unde sicut domino Joanni diximus, impossibile esset retractare venditiones supradictas, tum quia lederetur iusticia, tum quia non possent creditores semel satisfacti compelli ad restituendum id, quod habuerunt: et hebreus ille pauperimus et egenus est; et non dubitamus imperatoriam celsitudinem suam, intellecta serie huius rei, optime pro illius iusticia et mansuetudine satisfactam remansuram.

De liga cum summo pontifice, quoniam dominus Joannes ad nos venit, eramus in pratica cum beatitudine predicta, cum qua divina interveniente gratia ad conclusionem postea devenimus pro securitate et quiete comunium statuum nostrorum, de qua conclusione maiestati predicte pro debito et officio nostro per te noticiam dandam existimavimus.

Dices preterea eidem maiestati rediisse ad nos superioribus diebus Antonium Matheum, nobisque multa retulisse nomine imperatorie celsitudinis sue, quam certam esse volumus, quod nos eumdem Antonium Matheum non misimus, nec quicquam commissimus ei, ut maiestati sue nostro nomine diceret. Quin imo requisiti, ut licentiam illi concederemus se conferendi ad maiestatem predictam, illam concessimus; sed ut breviter intentionem nostram imperatorie sublimitati sue declaremus, nos sumus illius eiusdem mentis et dispositionis, quam per nobiles nostros imperatorie sublimitati sue, dum hic esset, fecimus declarari.

Post hec, cum illis verbis, que prudentie tue videbuntur, memora maiestati predicte pericula christianis imminentia ab sevissimo Turcho,

suade et hortare maiestatem suam ad dirigendum cogitatus suos contra illum, et ad se intelligendum cum serenissimo rege Hungarie pro hoc cristiano negotio, ad quem regem maiestati sue declarabis, quod te mittimus pro re hac.

Scribe ad nos responsiones maiestatis sue et conditiones presentium rerum suarum et omnia nova quecumque, dum illic fueris, intelliges; et si invenires res suas compositas et feliciter directas, vel per victoriam, quam de hostibus reportasset sive aliter, ita ut tibi videretur congratulatio tua nostro nomine esse ad propositum, illam facies cum omni decentia verborum.

Expeditus ab imperatoria maiestate prosequere iter tuum, ubi intellexeris reperiri serenissimum dominum regem Hungarie, cui presentatis litteris nostris credentialibus, quas tibi dari iussimus, factisque convenientibus et consuetis salutationibus et oblationibus, volumus, ut cum verbis idoneis et accomodatis declares maiestati sue designatum per nos te fuisse oratorem ad illius maiestatem, simul atque de obtentione illarum provinciarum et ceteris suis felicibus successibus nuntius nobis ablatus fuit. Sed certificati postea per adventum ad nos reverendi . . . . . oratoris eiusdem maiestatis ad summum pontificem, discessum tuum maturavimus, ut cum regia sublimitate sua pro officio mutue nostre benivolentie et amoris nostro nomine congratuleris, sicque facias cum omni expressione leticie nostre et significatione syncerissime nostre charitatis erga maiestatem predictam. Postea addas, quod memores mutue inter nos benivolentie et amoris et laborum periculorumque comunium inter nos, quamvis non ad nos solos, sed ad reliquos etiam christianos ab immanissimo omnium hoste Turco pertineant, ad maiestatem suam te mittere deliberavimus, ut sicut antehac facere cum illius maiestate consueti sumus cum ea de occurrentibus communicare, audire illius sententiam et nostram dicere possimus, et illi nos sua autem maiestas nobis consilio et favori amicabiliter esse possit; et maiestati predicte notificabis, instruxisse nos hoc anno classem nostram, et ceteros consuetos apparatus nostros contra illius rabiem instaurasse, suadeque et hortare maiestatem suam ad faciendum pro magnitudine animi sui contra hunc inimicum, et hoc presertim tempore opportunissimo iuditio nostro ob existimationem amissam in partibus Asie, et illius res minus prospere gestas, et invalitudinem, que nuntiatur de persona sua; quibus omnibus rebus memoratis et in medium per te adductis, et aliis, que tibi succurrent, movere tenta maiestatem suam ad aliquid faciendum, quod sit christianitati commodum, sibi autem glorie et honori: plura in hac parte non dicimus, quoniam prudens es, et omnia hec negotia tibi nota sunt, et pro rerum temporumque conditionibus apte et accomodate loqui poteris.

Volumus preterea, ut narres eidem maiestati novitates illatas his proximis diebus per bannum Crovatie subditis et hominibus nostris Dalmatie, et presertim comitatinis nostris Sibenici, nulla honesta inductus causa vel ratione. Que quamvis composite fuisse postea videantur, non est tamen, quod non fuerint alienissime ab omni equitate et pacifico vivendi modo et ab intentione menteque, ut indubie tenemus maiestatis sue, quam meminimus alias efficaciter iussisse eidem banno, ut abstineret ab omnibus iniuriis subditorum nostrorum, viveretque cum nostris recto-

ribus et officialibus pacifice et amice. Quod tamen ipse banus non observavit, quin immo ea commissit, de quibus tu habes particularem informationem: iccirco insta et effice, ut regia maiestas sua talia eidem banno mandata det, quod ea, que subditis nostris abstulit, reddantur, abstineaturque post hac ab omni iniuria et rapina, vivaturque inter subditos nostros ita tranquile, benivole et unite, ut maiestas sua et nos uniti in effectu sumus; et circa huiusmodi partem habito respectu ad magnificum Tus Janus banum principalem illius provincie et attinente illius banni vel vicebanni, adhibeas omnem convenientem operam, quod res ille pacate et tranquille transeant, declaraque eidem maiestati, ubi tibi ad propositum occurrerit, rectores nostros pluries requisitos ab ipso banno, iussu nostro subvenisse gratis de munitionibus pro conservatione locorum suorum et alias etiam commoditates in gratificationem serenitatis sue a nobis nostrisque esse consecutum.

Restat cum suprascripto banno una tantum res in totum componenda et deffinienda, que ad dispositionem regie maiestatis et nostram reservata in concordia et compositione cum rectoribus nostris facta, videlicet de Murlachis silicet, qui ex partibus superioribus in territoria nostra se recipiunt, et hos petebat bannus sibi dari. Rectores autem nostri ex opposito negabant, Murlachos predictos homines liberos et sui proprii iuris se in ditionem nostram sponte sua recipientes banno predicto tradendos esse, quoniam neque ius neque honestas id patitur, et nulla id exigit consuetudo. Quin immo contra banni petitionem sunt omnes predicte rationes: iccirco volumus, ut cum prefata regia maiestate opereris et efficias, quod res ista traditionis Murlacorum predictorum pro parte nostra, ut equiore et honestiore declaretur, et mutuo fiat inter bannum et rectores nostros, quorum subditis licitum sit, quemadmodum liberi homines sunt, et sub ipso banno et sub nobis degere, prout ipsa inibuerant, et nemini vis inferatur: et de huiusmodi regia declaratione detur noticia suprascripto banno, ut posthac materiam habeat abstinendi a novitatibus et a petitione huiusmodi hominum: quoniam nos nostros, volentes sub banno ipso se recipere, non repetere contenti sumus.

Ceterum si contingeret, illum serenissimum dominum regem aliquam facere tempore, quo illic fueris, expeditionem contra regem Boemie seu contra regem Pollane, est nostre intentionis, ut non sequaris castra maiestatis sue, ne aliquis regum predictorum a nobis iniuriam per tuam presentiam in castris existimet se recipere, sed divertas in aliquem locum quam proximiorem persone eiusdem maiestatis poteris, ut de occurrentibus cercius nos valeas informare.

Si dum illic fueris, senseris aliquid de practica matrimonii cum rege Ferdinando et de aliqua alia re, que ad comoda et incomoda nostra pertinere possit, sis diligens et studiosus procurare consueta solertia et dexteritate nostram utilitatem et commodum nostri dominii, et impedire turbareque designia et cogitatus, qui nobis obesse possent. Et in diem de occurrentibus nos advisa. De parte 125, de non 3, non sinceri 4.

Secreta cons. rogat. vol. XXIV. c. 22., u mlet. arkivu.

CCCCLXX. God. 1469. 18. lipnja, u Mletcih.

Knez hvarski, koj se imao izabrati, neka se stavi na put za mjesec dana.

1469. 18 iunii. Quod comes Liesne eligendus de presenti in isto consilio teneatur recedere infra mensem postquam remanserit iuxta formam partis. De parte 246, de non 35, non sinceri 10.

Maggior consiglio. Regina c. 81., u mlet. arkivu.

CCCCLXXI. God. 1469. 21. lipnja, u Mletcih.

Ferdinand, sicilijanski kralj, podjeljuje neke trgovačke slobodštine Dubrovčanom.

Ferdinandus dei gratia rex Sicilie, Hierusalem et Hungarie etc. notificat, ab ambasciatoribus Raguseis sequentia duo capitula accepisse cum instantia, ut ipsa approbare vellet, id est: „Item supplicano la prefata maiesta, che li nostri citadini et subditi, che conducendo in Manfredonia le lane, che comprano delle pecore de Apruzo, et caricando per Ragusa, siano tenuti ad pagar solum quella dohana, la qual pagano per dicte lane, quando caricano ad Fortor, et questo per bona et legittima causa, et per maiore commodita de nostri citadini, perche da Manfredonia he piu dritto et breve camino per Ragusa. Placet regie maiestati.

Item supplicano la prefata maiesta attento che in le gratie concesse ad nui per sua maiesta fra le altre havimo uno capitulo tenoris sequentis. Item se occoresse, che Ragusei over subditi de Ragusei portasse le sue robbe over mercantie dal reame ad Ragusa non possendole vender in lo dicto reame, che tal robbe et mercantie non siano tenuti ad nullo pagamento delle dohane et fundichi. Placet regie maiestati ad eius beneplacitum: sia declarato delle robbe, le qual fossero portate da Ragusa in lo regno non potendole vender et volendo retornar in Ragusa, non siano tenuti ad pagamento como dice lo sopraditto capitulo. Placet."

Vult igitur rex, quod ista duo capitula Raguseis observentur in pena duc. mille.

Datum in castello nostro novo Neapolis . . . . die XXI. mensis iunii, anno domini millesimo CCCCLXVIIII. Regnorum nostrorum anno duodecimo. Rex Ferdinandus.

Executoriale huius diplomatis expeditum fuit: in regia camera summarie XXII. martii. MCCCCLXX. ab Innichus de Davalos Montis Odorisii comite, regio collaterali et consiliario etc.

Orig. perg. in secreto archivio Viennae.

CCCCLXXII. God. 1469. 27. lipnja, u Krbavskoj.

Pozivlju se Vlasi, koji su pobjegli bili iz vlasti kneza krbavskoga u vlast mletačku, da odgovaraju pred sud zadarskoga kneza.

Quod ius administretur contra Morlachos comitis Joannis. Copia quarundam literarum Joannis Ixacich directivarum magnifico domino comiti suprascripto (Antonio Venerio) Jadre, quod ius administretur magnifico

comiti Joanni Corbavie contra Morlachos suos, qui aufugerint in isto territorio Jadre, videlicet:

Magnifico et possente segnor. Sapia la gratia vostra, como alguni Morlachi del mio segnor sum fuzidi la in el vostro destreto, e si l anno portado via la regalia et credito del mio segnor. E mo prego la gratia vostra, che ve piasesse darce vostro sigello, che fosse commandadi avanti la gratia vostra, et como i sera davanti a vui, spiero in la gratia vostra che aministrarete rason al mio segnor.

Zuan Ixacich. Recepta die xxvii iunii 1469.

Ducali e terminazioni II. c. 74., u zadar. arkivu.

CCCCLXXIII. God. 1469. 6. srpnja, u Mletcih.

Predlog o dalnjoj zaštiti granice proti turskim navalam odgodjen.

mccccLxviiii. die vi iulii. Ser Paulo de Priolis provisori nostro in partibus Foriiulii. Cum nobis cure et cordi sit, et pro honore dei et nostro defensio locorum et fidelium nostrorum deliberavimus augere copias istas nostras usque ad numerum duo mille equitum italorum, ultra peditum et alias copias, et proinde in presentia venire facimus istuc iuxta deliberationem nostram quatuor ductores nostros, dominum Galeotum de Faventia, Herculem Malvicio, Santagutium de Bononia et duos filios Troili cum comitivis suis. Mittimus etiam ad partes Istrie spectabilem militem dominum Andrionum de Parma comestabilem nostrum cum societate sua, qui habeat gubernationem copiarum Istrie. Quibus omnibus copiis una cum circumstantibus et finitimis non dubitamus, quin in omni necessitate resisti possit impetui Turcorum, et fiat honor dei et securitas fidelium christianorum in istis partibus. Vellemus autem, dum tempus habetur, non cessaretur a provisionibus debitis. Multis et variis viis certiores facti sumus, dictos Turcos regressos esse in Bossinam, traiecto amne Cupe. Alias comes Stephanus optulit nobis locum Modrusie pro recepto et alogiamento copiarum nostrarum, quibus inde obviaretur damnis et predis Turcorum; intelligimus locum illum esse ad hoc satis idoneum. Esse etiam alia loca, ut audimus, peropportuna et ad continendas copias et ad resistendum excursionibus Turcorum. Est igitur nostre intentionis ac vobis mandamus, ut postquam tuto facere hoc potestis, equitare debeatis cum domino Deiphebo, adducendo vobiscum illum numerum equitum in societatem vestram, quo tuti esse possitis, ad conveniendum magnificum comitem Stephanum et illos alios dominos, qui non multum ex ista patria distant, et habere secum sermonem et intelligere accurate ab eis consilium et opinionem suam. Et imprimis, quo numero gentium, quibusque modis et viis venientibus Turcis, ut dubitandum est, resisti, et conatus eorum ac damna frustrari possint. Tum etiam circumlustrare loca et aditus, et precipue ubi tuto et comode stare et allogiare possent copie nostre equestres et pedestres; et de situ et distantia eorum tum ab ista patria quam a mari; advertendo semper, et habendo bonum respectum in huiusmodi examinatione locorum securitati dictarum nostrarum copiarum, ne conditione ipsorum locorum sinistrum aliquod et periculum recipere possent. De his etiam omnibus practicare et intelligere

studebitis ab illis aliis dominis et capitaneis locorum serenissimi domini imperatoris, quibus est comune huiusmodi periculum Turcorum, iamque illud cum clade multorum christianorum senserunt; et quid ipsi facere possent, et quot copias exponere, ita ut occurrente necessitate unitis viribus res publica christiana ab atrocitate et impetu immanorum Turcorum defensari posset. Que omnia, sumpta vera et indubitata informatione, nobis diligentissime denotare curabitis, ut providere sciamus, quantum erit agendum. De parte 50.

Quod hec materia differatur. De parte 86, de non 1, non sinceri 1.

Secreta cons. rogat. vol. XXIV. c. 31., u mlet. arkivu.

CCCCLXXIV. God. 1469. 14. srpnja, u Mletcih.

Republika šalje knezu Stjepanu 100 vojnika za obranu Modruša.

MCCCCLXVIIII. die XIIII iulii. Ser Nicolao Michael doctori oratori nostro ad partes Segne. Ultime littere, quas ad nos scripsistis, sunt diei primi mensis presentis date Modrusie, ex quibus cognovimus omnia, que nobis scripsistis de rebus Turcorum ac de damnis miserabilibus et predis per eos factis, ac de molestia, quam capiebat magnificus comes Stephanus sollicitus et anxius de salute status sui. Quapropter respondentes vobis cum nostro consilio rogatorum, laudamus plurimum diligentiam vestram, gratissima omnia, que dixistis et fecistis habentes; volumusque ut cum prefato comite vos nostris verbis condoleatis de huiusmodi calamitate christianorum, quam molestissimam ut par est habemus. Declarabitisque magnificencie sue optimam dispositionem nostram, que certe in omnibus, in quibus prodesse rebus et securitati status sui poterimus, non deerimus, et comuni christianorum saluti opitulabimur. Quoque ut satisfaciamus desyderio et requisitioni sue saltem pro tutamento et conservatione urbis Modrusie deliberavimus sibi mittere pedites centum, qui sint ad omnem obedientiam magnificencie sue. Preterea cum mittamus ad partes et loca nostra finitima magnificencie sue de aliis copiis nostris, semper ad omnem necessitatem et securitatem status sui presto erunt. Et ita captum sit, ut dicti pedites centum mittantur per collegium sub illis comestabilibus, qui eis videbitur. De parte 140, de non 5, non sinceri 2.

Secreta cons. rogat. vol. XXIV. c. 33., u mlet. arkivu.

CCCCLXXV. God. 1469. 29. srpnja, u Mletcih.

Pozivaju se po poslaniku Dubrovčani, da povrate vojvodi Vlatku njegove novce, i moli se papa, da o tom uznastoji.

1469. 29 iulii. Misit ad nostrum dominium illustris ducas Vlatichus sancti Save nobilis et recomendatus noster oratores suos ad supplicandum, ut cum Raguseis operari dignemur, quod pecunias sui iuris, quas in deposito habent, restituere velint. Quamobrem vadit pars, quod per collegium eligi debeat unus noster orator ad ipsos Raguseos cum illo mandato, quod eidem collegio videbitur, et familia, quam habuit nobilis vir Philippus Pasqualigo, quia hac de re ad ipsos Raguseos orator fuit pro recuperandis eiusmodi pecuniis, et proficiscatur ad impensas nostri dominii.

Et scribatur hac de re oratori nostro ad summum pontificem, quod nostro nomine illius beatitudini supplicet, quod aut per nuncium, aut per literas in efficaci forma ipsos Raguseos requirat ad restituendas huiusmodi pecunias. pro consecutione quarum dignetur prestare honestos favores, qui illius beatitudini videbuntur. + 130 — 0 — 9. Electus ser Johannes Antonius Minio ser Nicolai.

Senato Mar. lib. IX., u mlet. arkivu.

CCCCLXXVI. God. 1469. 7. kolovoza, u Mletcih.

Poslanik mletački po naputku svoje vlade pozivlje kapetana magjarskoga, neka pusti u miru senjske knezove.

1469. 7 augusti. Ser Nicolao Michael doctori oratori nostro ad partes Segne. Acceptis et intellectis literis vestris, per quas inter cetera nobis scribitis de rebus istinc et presertim de illorum magnificorum dominorum desiderio, quod esset, ut per nuncium nostrum exhortaremus capitaneum serenissimi domini regis Hungarie, ut supersederet ab offensione ipsorum dominorum, et presertim quod se offerunt stare iuri coram magiestate regia prefata. Respondentes vobis cum nostro consilio rogatorum dicimus, quod pro satisfaciendo desiderio magnificenciarum suarum deliberavimus, et ita volumus, ut mittatis ad prefatum capitaneum Aloysium Manentem cancellarium vestrum cum literis vestris credentialibus et cum commissione inclusa presentibus nomine vestro videlicet; et cum responso, quod habuerit et reportaverit vobis dictus Aloysius, dabitis nobis noticiam. Insuper scribemus de his rebus in opportuna forma oratori nostro, qui est apud serenissimum dominum regem Hungarie, hortabimini proinde istos magnificos dominos, ut stent bono animo.

Nicolaus Michael orator etc. Ludovice. Committo tibi, quod te conferas ad magnificum Merblas capitaneum serenissimi regis Hungarie, cui presentatis literis credentialibus, factisque debitis et convenientibus oblationibus meo nomine, referas, quod illustrissima dominatio mea, mota iam quatuor mensibus preteritis, tum divisionibus vigentibus inter hos magnificos dominos, tum etiam depredationibus et imminentibus periculis crudelissimorum Turcorum, misit me ad partes istas causa componendi et conservandi ipsos dominos in unione, quia virtus unita fortior est, se ipsa dispersa et omne regnum in se ipsum divisum desolabitur. Sed intelligens, Turcos proximiores fieri, et magnificentiam suam non esse bene satisfacta de his dominis, pro amicitia et benivolentia illustrissime dominationis mee in serenissimum regem dominum suum et confidentia sapientie et bonitatis magnificencie sue, iudicavi in earum partium esse omni opera et cura studere, quod isti domini permaneant in gratia serenissimi regis et benivolentia magnificencie sue, ne imminentibus hostibus, aliquid detrimenti ex divisione patiatur christianitas. Ideo meo nomine rogabis magnificentiam suam, quod placeat acceptare bonam mentem horum magnificorum dominorum, qui offerant se missuros oratores suos ad serenissimum regem, et velle obedire mandatis suis, credatque sibi gloriosius apud clementem regem futurum subditos clementia in observantia debita conservasse, quam armis vicisse, istis presertim periculosis-

simis temporibus. Pro tempore vero, quo eris apud eum, curabis de omnibus cogitationibus suis et numero exercitus quanto melius poteris informari et dare mihi particulare noticiam. + 84 — 7 — 4.

Scribatur etiam in convenienti forma circa hanc sententiam oratori nostro apud regem Hungarie.

Et sic respondeatur omnibus oratoribus dominorum Segne illis bonis verbis, que collegio videbuntur.

Secreta cons. rogat. vol. XXIV. c. 33., u mlet. arkivu.

CCCCLXXVII. God. 1469. 8. kolovoza, u Mletcih.

Ivan, korbavski knez, moli republiku, da mu pozajmi 3000 dukata, ali je odbijen.

MCCCCLXVIIII. die VIII augusti. Venit ad nostrum dominium unus orator magnifici comitis Joannis Corbavie, instantissime nomine ipsius domini sui rogans, ut ei accomodare velimus ducatos III mille pro substentatione status illius. Quamobrem vadit pars, quod eidem oratori respondeatur: nos iam diu eidem domino suo affecti fuisse et esse, proque amore nostro in illius magnificenciam non minus cupere conservationem et comoda status illius, quam proprii status nostri. Et quamquam benivolentia nostra in eum nos reddat propensos in omnibus possibilibus illius magnificencie morem gerere, tamen quia uti notum est his temporibus multis maximisque impensis gravati sumus potissimum ob Turcorum bellum, quod multos annos terra marique habemus, non videmus modum, quo illius requisitioni satisfacere possimus, quod non minus nobis, quam illius magnificentie molestum est, quoniam si per statum rerum nostrarum potuissemus et illius requisitioni et nostre in eum benivole voluntati, libenter satisfecissemus; rogamus proinde illius magnificentiam, ut nos pro nunc excusatos habeat. De parte 123, de non 5, non sinceri 3.

Secreta cons. rogat. vol. XXIV. c. 40., u mlet. arkivu.

CCCCLXXVIII. God. 1469. 25. kolovoza, u Mletcih.

Šalje se u pomoć Vlatku vojvodi sv. Save 505 mira hrane na račun njegove plaće.

1469. 25 augusti. Omnes plane intelligunt conservationem status illustris ducis Vlatici statui nostro multum conferre, cui nullo pacto prospicere potest, cum in summa necessitate constitutus sit. Et quia a nostro dominio bonam pecuniarum summam de ratione provisionis sue, quam illius oratores sibi dari supplicant: vadit pars, quod eidem duche per provisores nostros bladorum mittantur staria 500 frumenti, ut castellis et locis suis succurrere queat. Valor cuius et nabulum navigii, cum quo comportabitur idem frumentum, quod per nostrum dominium solvatur, ponatur ad computum provisionis, quam a nostro dominio habere debet. + 120 — 3 — 5.

Senato Mar. vol. IX., u mlet. arkivu.

CCCCLXXIX. God. 1469. 25. kolovoza, u Mletcih.

Nalaže se poslaniku u Ugarskoj, neka preporuči kralju stvari knezova senjskih.

1469. 25 augusti. Oratori Aimo in Ungaria. — Comites Segne et statum eorum volumus ut efficassime regie maiestati commendetis, sicut superioribus diebus vobis scripsimus, et per alligatas etiam ad maiorem expositionem huius nostri desiderii de illorum conservatione replicari vobis mandavimus.

Secreta cons. rogatorum lib. XXIV., u mlet. arkivu.

CCCCLXXX. God. 1469. 29. kolovoza, u Mletcih.

Neka se knez spljetski, koj se imao izabrati, stavi na put za mjesec dana.

1469. 29 augusti. — Quod comes Spalati eligendus discedere teneatur infra terminum unius mensis sub pena ducatorum centum. De parte 426, de non 11, non sinceri 9.

Maggior consiglio. Regina c. 83., u mlet. arkivu.

CCCCLXXXI. God 1469. 7. rujna, u Mletcih.

Republika pozivala je i papu, da radi u korist senjskih knezova.

1469. 7 septembris oratori in Roma. — De comitibus Segne placuit nobis vestra intercessio et humana oblatio summi pontificis, cui de integro prefatos comites et statum eorum commendate, et operamini, ut beatitudo ipsa scribere et illos efficaciter serenissimo domino regi Hungarie commendare dignetur, quod quanto efficacius fiet, tanto nobis gratius erit. (Denuo 16 septembris.)

Secreta consilii rogatorum lib. XXIV., u mlet. arkivu.

CCCCLXXXII. God. 1469. 25. rujna, u Mletcih.

Odgovara se poslaniku u Ugarskoj, i dalje ga se upućuje.

MCCCCLXVIIII. die XXV septembris. Ser Joanni Aymo militi oratori nostro in Hungaria. Accepimus hisce diebus ternas litteras vestras datas Vienne die XXII mensis augusti proximi, et datas Posonii die XXVIII dicti mensis et die quinto presentis; quibus diligenter nos certiores fecistis de expositione mandatorum isti serenissimo domino regi, deque omnibus iis, que ad eam diem secuta et gesta per vos fuerunt.

Intelleximus quantum scribitis obtinuisse a regia maiestate circa depositionem banni Croatie, et substitutionem alterius eius loco. Quod certe perlibenter audivimus, placetque admodum nobis diligentiam et operam in hac re vestram. In qua quidem vos laudamus et commendamus, mandantes vobis, ut solito studio et aptitudine vestra sollicitetis et efficiatis, ut hoc omnino locum habeat, utque bannus, qui substitutus fuerit, cum subditis et locis nostris Dalmatie amice et benivole vicinet et vivat.

Intelleximus etiam colloquia per vos habita cum regia maiestate cumque archiepiscopo Strigoni et episcopo Vesprimii super negotio Tur-

corum. Quamobrem, optime consideratis omnibus iis, que per vos scripta sint in tali re, volumus et mandamus vobis cum nostro consilio rogatorum, ut quando in huiusmodi sermone incidatis, diligentissime advertere debeatis ita reservate et castigate loquendi, quod per verba vestra non auferatur nobis potestas et auctoritas, quam a rege habuimus faciendi nos soli sine eius maiestate pacem aut indutias cum Turco, quoniam rem faceretis penitus diversam et contrariam voluntati et intentioni nostre. Ideoque hoc vos admonere voluimus. Item quia facta per vos mentio fuit de pecuniaria subventione data per nos regie maiestati contra Turcos, optime pro vestra prudentia nosse et intelligere debetis maximas immo intollerabiles expensas, quibus presenti tempestate et mari et terra gravamur. Proinde volumus et mandamus vobis, ut circa hoc propositum reservate loquamini; quoniam impossibile nobis penitus esset ad tales expensas devenire. Id quod vobis diximus de negotio pacis et induciarum deque re pecuniaria, mandamus vobis, ut secretissimum teneatis: et si acciderit, ut hisce de rebus vobis mentio fiat, curabitis declinare atque effugere quantum poteritis huiusmodi colloquia, non ostendendo tamen circa hoc novum a nobis habuisse mandatum.

Intelleximus quoque, quantum scribitis vobis dixisse regiam maiestatem de gentibus tenendis ad illos duos passus, que prohiberent, quod Turci venire non possent in Dalmatiam, Croatiam inferiorem sue maiestatis et Croatiam superiorem serenissimi imperatoris. Proinde volumus et mandamus vobis cum dicto nostro consilio, ut detis operam intelligendi portionem, que adminus hac in re nobis pro uno tercio posset contingere pro gentibus, que tempore necessario, qui possent esse duo vel tres menses in anno, dicta de causa ad dicta loca tenende essent. Id postea nobis vestris litteris declarabitis, ut constituere et vobis respondere valeamus.

Quoniam vero una ex principalibus causis, propter quas misimus vos ad istum serenissimum regem, fuit practica, quam tenet rex Ferdinandus cum prefata regia maiestate super negotio nuptiarum, miramur hac de re nihil a vobis, ut expectabamus, cognovisse. Igitur volumus et mandamus vobis cum nostro consilio rogatorum, ut solito ingenio et prudentia vestra circa huiusmodi negotium exequamini id, quod per formam instructionis vestre vobis dedimus in mandatis. Et per primas litteras vestras nobis dabitis noticiam de toto eo, quod habebitis in hac materia.

Iniunximus preterea vobis, ut regie maiestati magnificos dominos Segne, nobis commendatos, diligenter et accurate commendaretis, rogaretisque prefatam regiam maiestatem nostro nomine, ut precipere vellet capitaneo copiarum suarum in illis partibus, quod dictos magnificos dominos molestare nolit. Expectabamus quoque super hoc intelligere, quantum gessistis respondideritque vobis regia maiestas. Quod si forte adhuc per vos factum fuisset, natus temporis occasionem et opportunitatem, diligenter efficere curate, et nos vestris litteris facite cerciores.

Intelleximus demum, quantum scribitis vos dixisse regie maiestati de vestra opinione redeundi ad serenissimum imperatorem pro causa etc. Quamobrem volumus et mandamus vobis, ut nullo pacto a prefato serenissimo domino rege discedere debeatis sine expresso mandato et licentia nostra. De parte 148, de non 1, non sincere 0.

Secreta cons. rog. vol. XXIV. c. 55., u mlet. arkivu.

CCCCLXXXIII. God. 1469. 22. listopada, u Mletcih.

Zapovieda se poslaniku u Senju, neka ostane na svom mjestu, i u slučaju potrebe, uzme si pripomoć od knezova Istre i sjeverne Dalmacije.

MCCCCLXVIIII. die XXII octobris. Ser Nicolao Michaeli doctori oratori nostro ad partes Segne. Intellectis his, que scripsistis nostro dominio ac rectoribus Istrie novissimis litteris vestris de adventu Turcorum et provisionibus factis, laudamus diligentiam et studium vestrum; et magnificientes personam vestram pro prudentia et magnitudine animi vestri, quam profuturam arbitramur rebus dominorum illorum advenientibus Turcis contra eos. Et si superioribus diebus vobis dederimus licentiam repatriandi, mandamus vobis cum nostro consilio rogatorum, ut inde non discedatis modo aliquo, sed ibi permaneatis pro hortamine et reputatione illorum dominorum, quoadusque a nobis aliud habueritis in mandatis. Et si propter eas provisiones, quas isti domini fecerint, videbitis opus esse novo presidio, sumus contenti in hoc casu, quod requirere possitis quoscumque rectores nostros Istrie, Chersi, Auseri, Pagi, Arbi ac aliorum locorum nostrorum, ut de gentibus et aliis necessariis vobis provideant, sicut vobis videbitur; quibus per alligatas scribimus et mandamus, ut requisiti a vobis, obediant quecumque precepta et requisitiones vestras, ac si nos eis preciperemus, et tanquam provisori in hac provisione a nobis delegato. Et preter hoc vobis nuntiamus, quod dispositi sumus facere omnia possibilia pro eorum conservatione; sicque nostro nomine volumus, ut eorum magnificenciis dicere debeatis. Et committantur omnibus rectoribus suprascriptis, ut ei obediant tanquam provisori nostro.

Nuntiamus preterea vobis, quod iussimus unam ex galeis nostris subtilibus et fustam Jadre, que sunt Ancone, quamprimum veniant ad vos, et stent ibi pro conservatione status istorum magnificorum dominorum procedentibus Turchis ad eorum damna.

Et ex nunc captum sit, quod mitti debeant oratori nostro ducati centum pro eius expensis, qui accipi possint de omni loco et officio de pecuniis nostri dominii, unde haberi poterunt. De parte 110, de non 1, non sinceri 0.

Secreta consilii rogatorum vol. XXIV. c. 60., u mlet. arkivu.

CCCCLXXXIV. God. 1469. 10. studenoga, u Mletcih.

Piše se poslaniku u Senju, neka nastoji pomiriti barem tri brata, i skloni, da svoje zastupnike pošalju kralju, koj će jih liepo primiti.

MCCCCLXVIIII. die X novembris. Ser Nicolao Michael doctori oratori nostro ad magnificos dominos Segne. Misistis ad nos circumspectum secretarium nostrum Ludovicum de Manentis, per quem nobis declarare fecistis, quo in statu se reperit civitas Segne, quam sane maximo in periculo constitutam esse videmus ob discordiam potissimum et dissensionem illorum magnificorum dominorum fratruum, quos si unire possibile esset, optimum remedium ad securitatem eorum status iudicaremus.

Volumus ideo vobisque cum nostro consilio rogatorum mandamus, ut omni vestra prudentia debeatis curare, quod idem domini aut maior pars

eorum aut saltem tres seu eorum nuntii aliquo in loco se recipere velint, cum quibus eritis, et omnibus inductivis persuasivisque verbis, que vestre prudentie videbuntur, conabimini eos inducere, quod in tanto eorum periculo concordes esse velint, et intenti ad defensionem status sui, iam tot annos ab eorum magnificis maioribus possessi, potissimumque civitatis Segne, reliqui eorum status fundamentum et conservatio. Declarantes nos erga eorum magnificentias optime dispositos esse, quod statum ipsum sub sua ditione servare queant, sicuti iam tanto tempore tenuerunt. Dicetis preterea eorum magnificenciis, oratorem nostrum ad serenissimum Hungarie regem nobis nuper scripsisse, se nostro nomine eorum magnificentias illius maiestati commendasse, que commendationem eiusmodi bono animo audisse visa est, et dixisse, quod eorum oratores ad maiestatem suam mittere velint, quoniam eos libenter videbit et audiet; cui oratori nostro rescripsimus, ut quando idem oratores ad maiestatem ipsius se contulerint, illis omni favore assistere debeat; adeo quod speramus, res magnificentiarum suarum optimum et optatum finem esse consecutura. Et ut earum magnificentie intelligant et certe sint, quam curam de conser-tione earum status habeamus, mittimus vobis his inclusum breve unum summi pontificis nostro rogatu per nostrum oratorem ab illius sanctitate optentum, quo magnificentias suas earumque res eidem serenissimo regi commendat, ut si eis ita videbitur, illo uti possint ad componendas aptandasque res suas cum maiestate eiusdem regis. Et de responsione, quam habueritis, nos vestris litteris quam celeriter reddere certiores.

Et in simili effectu sive forma respondeatur oratori magnifici comitis Joannis Vegle cum illis pertinentibus verbis, que collegio videbuntur. De parte 80, de non 20, non sinceri 5.

Secreta cons. rog. vol. XXIV. c. 65., u mlet. arkivu.

CCCCLXXXV. God. 1469. 10. studenoga, u Mletcih.

Republika nalaže predstojnikom Zadra, da Luku Pavlovića postave za sudca u Rašćanih.

Christophorus Mauro dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Antonio Venerio de suo mandato comiti et Marco Cornario capitaneo Jadre ac Jacobo Tayapiera castellano Aurane et . . . . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Comparuit ad presentiam nostram fidelis noster Lucas filius quondam Georgii Paulovich olim iudicis ville Raschiane districtus Jadre, et multa de probitate, fide ac bonis operibus quondam Georgii patris sui nobis narravit, que omnia quibusdam privilegiis predecessorum vestrorum et sindicorum nostrorum ad partes Dalmatie et Albanie, ac etiam aliquibus literis nostris confirmantibus clare constitit. Denique petiit, quod in premium fidei et meritorum patris sui, nuper Jadre crudeliter interfecti, ipse remitteretur et confirmaretur iudex in predicta villa Raschiane loco patris sui, ut una cum eius matre et aliis confratribus vivere et se substentare valeat. Quibus omnibus auditis, sequentes naturam et consuetudinem nostram, quippe qui fidei et operum fidelium nostrorum de nobis benemeritorum immemores esse non consuevimus, quinimo eorum filios cle-

menter et benigne respicere pulchrum semper duximus, deliberavimus et terminavimus, ac tenore presentium deliberamus et terminamus, quod predictus Lucas filius quondam sepedicti Georgii Paulovich sit iudex in predicta villa Raschiane districtus Jadre loco patris cum omnibus modis, utilitatibus, emolumentis et condictionibus quemadmodum pater suus Georgius esse solebat. Et ut littere et terminatio hec nostra, ut merito quidem convenitur, ceteris aliis preferatur, volumus, quod si aliqua super hoc electio aut terminatio istic facta fuisset, omnino revocetur et annulletur, et hec nostra firma et valida remaneat ad beneplacitum nostri dominii. Mandantes vobis, ut hanc nostram terminationem observare et inviolabiliter observari facere et exequi debeatis. Facientes has nostras literas in actis regiminis vestri ad futurorum memoriam registrari, et registratas ipsi Luce restitui Datum in nostro ducali palatio die x novembris, indictione tercia MCCCCLXVIIII. Recepta xx novembris 1469.

„Ducali e terminazioni“ II. c. 78., u zadar. arkivu.

CCCCLXXXVI. God. 1469. 23. studenoga, u Mletcih.

Mletačka vlada obavieščuje svoga poslanika kod pape, kako su se Magjari iznenada uvukli u Senj, i zatjerali ondašnje knezove.

1469. 23 novembris. Oratori apud pontificem. Intelleximus quantum scribitis summus pontifex vobis dixisse de civitate Segne, et volumus, ut eidem beatitudini gratias agitis nostro nomine pro illius in nos paterno affectu et indulgentia et pro illius sapientissimis memorationibus et consiliis. Utque intelligatis seriem illius rei, vos advisamus, quod disipata fama adventus Turcorum ad partes illas civitatis Segne, quam incole omnes penitus destituerant et deserta relinquerant, impositis presidiis nostris custodivimus et conservavimus, pleneque profugam in eorum domo reduci curavimus. Quo beneficio et spe future illius civitatis salutis et incolumitatis vincti, tam domi quam plebs civitatis predicte illam nobis et in manu et potestate nostra ut habebamus, relinquere non solum contentabantur, sed requirebant et studiose deprecabantur. Nos vero, ut que alienarum rerum cupidi nequaquam sumus, civitatem ipsam acceptari detrectavimus, contenti liberasse illam a Turchorum manibus et illius dominis conservasse. Et dum presidia nostra revocavissemus, solusque remansisset orator noster, supervenere nonulle gentes regie maiestatis Hungarie, et civitatem predictam, expulsis deturbatisque illis pauperibus comitibus antiquissimis dominis, occupavere rem profecto miseratione dignam, ut s. antiquissima et nobilissima illa domus ita extinguatur. Hec ut se habent beatitudini antedicte! etsi antehac de veritate illam informata fuisse credamus, notificata tamen per vos nostro nomine voluimus. + 132 — 0 — 1.

Secreta cons. rogat. lib. XXIV., u mlet. arkivu.

CCCCLXXXVII. God. 1469. 25. studenoga, u Mletcih.

Dogodivši se boj medj vojskom Majerblaža i onom knezova senjskih, nalaže se poslaniku, da ondje ostane.

1469. 25 novembris. Quia post datam licentiam nobili viro Nicolao Michael doctori oratori nostro ad magnificos comites Segne intervenit nuntius de conflictu dato Mayerbalas capitaneo regis Hungarie per supra-

scriptos dominos, facit multum pro nostro dominio habere illis in regionibus aliquem nomine nostri dominii; quamobrem vadit pars, quod mandetur eidem oratori nostro, quod e regionibus ipsis discedere nullo pacto, sed stare apud illos magnificos dominos pro eorum solamine in quantum nova, que de suprascripto conflictu nobis significavit, vera sunt. Et si fortasse inde recessisset, et in itinere esset, reverti debeat omnino ad eos. Et quia res hec maximi ponderis est, expediatur una barcha, que deferat hunc mandatum nostrum. + 139 — 10 — 2.

Secreta consilii rogatorum lib. XXIV., u mlet. arkivu.

CCCCLXXXVIII. God. 1469. 28. studenoga, u Mletcih.

Mletčani obavieščuju papu o padu Senja u ruke kralja, i mole ga, da providi.

MCCCCLXVIIII. die XXVIII. Ser Francisco Justiniano militi oratori nostro ad summum pontificem. Ultimis nostris litteris scripsimus, et intercetera imposuimus vobis, ut gratias agetis sanctitati summi pontificis pro sua benigna et paterna cura habendi commendatos magnificos dominos comites Segne atque scribendi in commendationem magnificenciarum suarum serenissimo domino regi Hungarie; denotavimusque occupationem civitatis Segne a capitaneo regio. Nunc vero, ut sanctitas prefata intelligat successum rerum dictorum dominorum, mittimus vobis litteras nuper acceptas ab oratore nostro in illis partibus, volentes et mandantes vobis, ut dictas litteras ostendere debeatis sanctitati prefate et supplicare, ut sanctitas prefata dignetur considerare importantiam occupationis dicte civitatis, quoque animo capitaneus regius ad hoc se movit. Et insuper imminens periculum, quod hinc sequi posset, ex vicinitate Turcorum, et dispositione dictorum dominorum, qui potius quam occupentur loca sua ab Hungaris, ea dabunt Turcis; et ea verborum efficatia, que summe sapientie beatitudinis sue videbitur cum maiestate prefata agere et scribere in commendationem dictorum dominorum; et enim remedio opus est, efficax et presentanea medicina est adhibenda; ne Turci, qui et vicini sunt, et dissensionibus christianorum aluntur, de medio rapiant, cum pernicie et ruina rerum christianarum. De parte 137, de non 2, non sinceri 0.

Secreta cons. rogat. vol. XXIV. c. 68., u mlet. arkivu.

CCCCLXXXIX. God. 1469. 28. studenoga, u Mletcih.

Piše se poslaniku u Hrvatskoj, neka nastoji pomoći knezovom u predobiću Senja; a šalje jim se bojne sprave putem Krka.

1469. 28 novembris. Ser Nicolao Michael doctori oratori nostro et provisori ad partes Segne. Post literas vestras, per quas nobis denotastis magnanimum M. dominorum comitum Segne, superatis et fugatis hostibus suis, reddite nobis fuerunt vestre litere diei XXI. mensis presentis, ex quibus intelleximus, et Aloysium Manente cancellarium vestrum pervenisse ad vos, et in executionem mandatorum nostrorum vos fuisse cum prefatis dominis, eosque convenisse unitos et concordes animo et dispositione exponendi vitam pro recuperatione civitatis Segne etc. Enim-

vero utraque significatione maxime letati sumus, vestramque diligentiam cum nostro consilio rogatorum commendamus. Nam omnem prosperitatem magnificentiarum suarum non secus quam nostram existimamus. Nec gratius quicquam intelligere potuissemus, quam ut potiantur dicta sua civitate Segne, pro cuius recuperatione quicquid fecerunt facientque, erit profecto laudabile et commendatione dignum apud deum et homines. Nec erit quisquam, qui iure possit improbare, ut ab occupatoribus vindicent rem suam, hoc est sedem dominatus sui et maiorum suorum dulcissima incunabula. Nec dubitamus quin sicuti iam ceperunt, si concorditer et magnanime se habebunt, feliciter omnia eis succedant. Ad quam concordiam et unionem his et aliis verbis quantum in vobis est, exhortemini magnificentias suas, declarabitisque desiderium nostrumque studium faciendi omnia, que honeste a nobis hoc tempore fieri poterunt in conservationem status sui. Et ne eis desimus, scribimus rectoribus nostris istarum insularum finitimarum, ut satisfaciant requisitionibus vestris de munitionibus et rebus victualibus pro conservatione status dictorum dominorum per medium insule Vegle, gubernando rem istam quanto cautius et prudentius facere poteritis. Deliberavimus insuper scribere in efficaci forma oratori nostro ad serenissimum dominum regem Hungarie, et replicare instantiam nostram, ut acceptentur ad gratiam a maiestate sua. Scribimus namque sancto pontifici supplicantes, ut reiterare dignetur efficatioribus verbis regi prefato negotium dictorum dominorum. Et ita de tempore in tempus quantum per nos honeste fieri poterit, non pretermittemus quicquam, quod conferre habeat saluti et conservationi status sui. Et si recuperabitur civitas Segne auxiliante deo, speramus, quod tales provisiones fient, quod in futurum non dubitare habebunt de dicta civitate. Munitiones, quas hinc impresentiarum mittimus Veglam, casu quo non consumerentur aut de eis superessent, curate ut mittantur et collocentur ad insulam Arbi.

Et ex nunc captum sit, ut mittantur Veglam pulveres a bombarda et alie munitiones, sicuti collegio videbitur. + 127 — 6 — 8.

Secreta cons. rogat. lib. XXIV. c. 68., u mlet. arkivu.

CCCCLXXXX. God. 1469. 1. prosinca, u Mletcih.

Republika hvali poslanika u Baški, što se vješto ponaša u poslu senjskih knezova, koji se obraćaju i na cesara za pomoć.

MCCCCLXVIIII. die primo decembris. Ser Nicolao Michael doctori oratori nostro ad partes Croatie. Complures litteras vestras habuimus, quarum ultime sunt ex Besta insule Vegle diei XXIII presentis mensis, et omnia, que scripsistis, optime intelleximus. Laudamus responsionem per vos factam comiti Angelo, quoniam prudens fuit et reservata, sed nobis presertim placuit, quoniam ut scribitis hortatus illum estis et inanimastis ad recuperationem civitatis et nidi sui. Et ut mentem nostram vobis patefaciamus, positisque vos illi accommodare, scitote desiderium nostrum esse, ut illi magnifici comites recuperent civitatem suam; sed tamen nollemus nos ita cum regia maiestate Hungarie detegere, quod eveniente re aliter, quam desideremus, insule et loca nostra circumstantia bello

implicita remanerent: propterea id, quod pridie vobis scripsimus, replicamus etiam impresentiarum, ut silicet de rebus, quas vobis expressimus, sine demonstratione sed cautissime et sub pretextu et nomine comitis Joannis impressie sue et recuperationis civitatis eorum faveatis.

De comite autem Joane, quoniam frater est, et quecumque ipse ageret, honesta illi et supportabilia iudicabuntur, contenti sumus, ut cum galeota et fusta et cum barchis, gentibus, munitionibus et illius quibuscumque viribus et ingenio fratribus suis faveat et succurrat, ut civitatem predictam valeant recuperare; eiusque ad nos adventum tantisper differat, donec res ipsa fuerit terminata. Sicque nostre intentionis esse sibi declarata. Nos autem res illas privatas interim suspensas tenebimus.

Supracomito autem galee nostre iubete, ut sub pretextu, quod illic sit pro defendendis subditis nostris ab oppressionibus et rapinis barcharum armatarum, per illas oras discurat et se ostendit. Non tamen oppugnet Hungaros, aut manifeste aliquid committat contra eos ob respectum et causam, quam superius expressimus.

Ceterum per litteras potestatis et capitanei nostri Justinopolis certiores facti sumus, supradictos comites petiisse ab imperatoria maiestate sucursum gentium suorum Lubiane; que maiestas erga illos bene disposita esse videtur. Propterea suadete et hortemini magnificencias suas, ut in huiusmodi peticione et instantia perseverent, quoniam subsidia, que a maiestate sua habere possunt, prompte facilia et magne reputationis rebus eorum. De parte 67—74.

Secreta consilii rogat. vol. XXIV. c. 69., u mlet. arkivu.

CCCCLXXXXI. God. 1469. 21. prosinca, u Mletcih.

Upućuje se poslanik u Rimu, neka nastoji, da se sklopi mir u Italiji, i da papa pošalje poslanika ugarskomu kralju za to, da senjskim knezovom povrati njihov zavičaj, grad Senj.

mccccLxviiii. die xxi decembris. Ser Francisco Justiniano militi oratori nostro apud summum pontificem. Scripsimus vobis die quarta instantis, et scripsimus etiam ad oratorem nostrum Neapolis, misimusque ad vos exemplum, potuistisque ex utrarumque litterarum ipsarum continentiam manifestissime cognoscere mentem et dispositionem nostram ad sublationem presentium controversarum et compositionem pacationemque Italie; rem iudicio nostro non modo utilem, sed prorsus necessariam statui serenissimi pontificis nostroque per omnes illas rationes et respectus, quos memoravimus, et omnes facillime intelligent. Et quoniam ex itinerum difficultate esse posset, quod tabellarius aut retentus alicubi fuisset, aut periisset, sive aliquo alio modo impeditus litteras ipsas non attullisset, illas easdem replicatas cum istis mittendas curavimus. Reddite postea sunt nobis littere vestre dierum 28 novembris primi, 2, 4, 5 et sexti presentis mensis, quibus omnia occurrentia distincte scribitis, et vestram diligentiam commendamus. Plurimum autem nos movit advisatio data de invalitudine summi pontificis, vehementiusque perturbasset huiusmodi res, nisi de melioramento facti fuissemus certiores Ad sanctitatem autem ipsam scribere deliberavimus, sicut per introclusum exemplum videbitis,

et volumus, ut beatitudini antedicte litteras ipsas presentabis, additis illis verbis, que ad materiam accomodata sint, ut sua beatitudo cognoscat, quanta caritate et devotione illam prosequimur, nosque non esse nescios, quanto presidio quantoque decori nobis sit, vita et incolumitas persone sue, neque immemores humanorum casuum pro illius sospitate vehementer solicitari.

Redeuntes unde digressi sumus ad materiam silicet pacis et illius conditiones consideravimus quantum scribitis reverendissimum dominum cardinalem Trani locutum esse cum beatitudine summi pontificis de castellis tam vicariatus Fani quam territorii Arimini et videtur nobis materia illa satis trita esse et vicina facilisque conclusionis, quoniam castella territorii Arimini omnia, que sunt alicuius pretii et momenti, sunt in potestate summi pontificis. Et si qua a Roberto in hac proxima novitate occupata fuere, illa sunt modica, exilia et minimi momenti, neque digna pro sententia nostra ut quando aliter fieri non posset, pro illis a conclusione pacis desisti debeat, vel saltem a treuguis et indutiis belli per quamlongius tempus, sicut pridie vobis scripsimus, fieri possent, quando beatitudo summi pontificis existimaret rebus suis nostrisque inducias ipsas, quam pacem futuras honorabiliores et commodiores, ut isto sive pacis sive indutiarum tempore negotia sue beatitudinis nostraque melius possent dirigi et disponi Et presertim bello, quod cum Turco habemus, nobis gravissimum et dispendiosum aliquo modo provideri. Certissima enim res est, quod compositis presentibus novitatibus et liberatis beatitudo sua nobisque a laboribus, impensis et discrimine imminentis belli, et in liga federeque nostro perseverantibus, facillima erit utrique nostrum dirrectio et bona dispositio reliquorum negotiorum nostrorum, que in dies magis magisque non possunt nisi proficere, et illorum conditiones augere et meliorare. Unde commoditas et occasio necessaria et certa emerget, qua beatitudo sua et nos non solum secura sed etiam honorabili pace frui perpetuo possimus. Venerabimurque omnes Italie potentatus sanctitatem suam recognoscentque illam causam auctorem conditionem pacis et tranquillitatis sue, ut in cuius manus erit quascumque conditiones voluerit, ut unusquisque habeat in Italia. Hanc preclarissimam facultatem beatitudinis sue prestare non potest aliud, quam presentium controversiarum compositio. Et propterea videtur nobis, ut ceteris omnibus rebus, que non nisi viles esse possunt in comparationem tam excellentis boni preferendi huiusmodi compositio sit; propterea volumus, ut vestra consueta ingenii comoditate et dexteritate summo pontifice suadendo pergatis presentium motuum quietem, considerata maxima ex ea futura utilitate, et opposita incomoditate et discrimine, si bellum futurum esset. Considerato insuper et in quorum manibus status eius nosterque et reliquorum Italie potentatuum positus est, ut unusquisque nostruum ab aliorum voluntate et arbitrio dependere videmur. Res profecto a beatitudine sua et ab unaquaque potentiarum non solum consideranda sed etiam extimescenda. Est preterea sapientissimorum omnium sententia tempus rerum omnium maximum; quod potissimum res afflictas exigere et erectas affligere per innata mutabilitate consuevit. Hinc igitur credendum inserviendumque fore sanctitati predicte omni servata modestia et decoro memorate et suadete.

Bellum Turci superius vobis memoravimus; et ut melius timendas illius conditiones intelligatis, possitisque summo pontifici declarare, quoniam si ad nos immediatius ob confinia nostra pertinet, pertinet principalius ad beatitudinem suam comunem omnium christianorum patrem et principem, vos advisamus, quod occupata, sicut pridie vobis scripsimus, civitate Segne ab Hungaris, comites illi, qui multa opida tenent situ et natura valida et munita inter provinciam Bossine et Hystriam et ceteram Italiam, in desperationem ducti, manifestissime dicunt et affirmant, se potius quam pati remanere privatos civitate illa, que suus est nidus sua incunabula et tituli dominiique sui autior et alimina Turcos vocaturos, et posituros in illorum manibus quecumque opida et statum eorum. Quod si occurreret, non possent Turci amplius ab Italie finibus arceri, sed de ipsius Italie possessione in Italia inde Turcis intra brevissimos annos certatum esset; hoc quantum importet quantumque existimandum sit et futuro tanto discrimini occurrendum beatitudo sua sapientissima optime intelligit huius ceterorumque malorum, que bellum Italie producere posset, remedium et medicinam pax est allatura, quam igitur suadete omni vestro studio et diligentia, que quanto citius fiet, tanto utilior et commodior futura est, rerum temporumque conditionibus sic exigentibus.

Ceterum quoniam pericula, que de Turcis memoravimus, presentaneum et validum remedium exiguntur, et nullum cognoscimus vehementius, quam quod beatitudo predicta curam suscipiat componendarum rerum prefatorum comitum cum regia maiestate Hungarie et restituende illis civitatis sue; instate omni studio et efficatia, ut sanctitas ipsa non solum per litteras, que semel lecte parum solent rebus magnis et aliqua difficultate implicitis affere momentum, sed etiam per oratorem quempiam sive nuntium operari et efficere dignetur, ut maiestas ipsa supradictos comites in gratiam recipiat, eisque urbem suam restituat, et sinat eos sub consueta illorum devotione et reverentia erga regale Hungarie solium possidere et frui statu eorum, ne Turcis tanta prestetur facultas et occasio pernitius in christianorum viscera penetrandi quanta prestaretur, si opida comitum predictorum in illorum manus deveniret. Pro impetranda huiusmodi pontificii oratoris sive nuntii missione omnem vestram adhibite diligentiam, quod tamen impetratu fore existimamus attenta maxima rei importantia et assidua ac vehementi cura, quam beatitudo summi pontificis sponte sua ad res christianas gerit, que in ea augebitur istorum periculorum significatione et vestra assidua instantia. De parte 140, de non 16, non sinceri 3.

Secreta consilii rogatorum vol. XXIV. c. 73., u mlet. arkivu.

Index personarum et locorum.

*

B.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

J.

K.

L.

M.

*

N.

O.

P.

Q.

R.

T.

U.

V.

X.

Y.

Z.